

terea munitiora fuere quàm terga. His ita ordinatis præcepit, ut si falcatos currus cum fremitu Barbari emitterent, ipsi laxatis ordinibus impetum incurrentium silentio exciperent, haud dubius sine noxa transcurfuros, si nemo se opponeret. Sin autem sine fremitu immisissent, eos ipsi clamore terrerent, pavidosq; equos telis utrinque suffoderent. Qui cornibus præerant extendere ea iussi, ita ut nec circumuenirentur si arctius starent, nec tamen ultimam aciem exinanirent. Impedimenta cum captiuis, inter quos mater liberiq; Darij custodiebantur, haud procul aciem in edito colle constituit, modico præsidio relicto. Laeuum cornu, sicut aliàs, Parmenioni tuendum datum. Ipse in dextro stabat.

HAUD ALIAS TAM ALACREM) verè Senarius:

Vultus ducis, victori a augur optimus.

ET VULTU EIUS INTERRITO) Ita omnes editiones & membranæ. Acidalius contendit legendum esse, & ex vultu eius interrito, clariùs quidem hic & liquidius. Sed possis ita accipere verba Curtij, ut intelligas; milites conspecto eius vultu interrito, victoriam auguratos esse.

PRORVTO VALLO) ut simul exire versus ordinem possent, res longa fuit, si per portarum angustias singuli cogerentur exire.

ACIEMQVE DISPONIT.) Suprà cap. 27. Darij exercitum per cornua, agmina, & acies ordinatum legisti, contra quem Alexander hic vicissim suum equitatum & phalanges componit, in qua re sæpè, victoria sita est, uti Cæsar in Pharsalica dixit, à cohortibus subsidiarijs pendere illius prælij fortunam & victoriam.

IN DEXTRO CORNU LOCATI SVNT EQVITES.) Contra sinistrum Darij cornu, in quo Bactriani equites & Dahæ & Arachosij, Sufiani que consistebant.

QVOS AGEMA APPELLABANT.) Infrà *alam* ipse Curtius * interpretatur. Liuius duo agemata, * lib. 5. c. 9. legione appellat. Delecta deinde & viribus & robore atatis ex omni cetratorū * numero duo erant agemata, lib. 42. p. 805. fol. D. hanc ipsi legionem vocabant. Optimè Liuius ex omni cetratorum seu peltastarum numero delecta, alias dec. ait, viribus & robore componi agemata seu legionem. Suidas in voce ἀγῆμα. ἀγῆμα, inquit, τὸ πρό- 5. lib. 2. ζὸν τῆ βασιλείας τάγμα ἐλεφάντων, καὶ ἵππων, καὶ πεζῶν. Agema est acies, qua regem præcedit elephantorum, * peltastarum equitum, & peditum. οἱ δὲ τὸ ἀριστὸν τῆ μακεδονικῆς συστῆσεως κραταῖον ὀπλίσει, καὶ σωματίων ἐνεζέτα. Alij dicunt, Agmen seu agema esse lectissimam Macedonici exercitus partem, cum genere armorum, tum robore corporis. Ita Suidas. Agmen seu Eustathius: ἀγῆμα τάγμα ἱππέων, καὶ πεζῶν ὀπλιπέων παρὰ Μακεδόσι, διὰ τὸ ἀγῆτον ἔσι θαυμαστὸν εἶναι οὗ- α. Odyff. τω λεγόμενον. Agema est acies equitum & peditum selectorum apud Macedonas, eò quod esset ἀγῆτον, hoc p. 399. 52. est, admiranda. Idem. ἀγῆμα λέξις τακτικῆ, παρὰ τὸ ἀγῶ, ἢ παρὰ τὸ ἀγῶ ἀγῆσιω, τὸ θαυμάσιω. Agema vel vox militaris, ducta ab ἀγῶ ducō, vel potius ab ἀγῶ ἀγῆσιω, hoc est, admiror. Accuratè hoc obseruandum, Agema nunc peditum, nunc equitum agmen. hoc loco Curtius equites pro agemate exertè accipit. lib. 5. c. 9. infrà verò disertè *alam* peditum, agema vocat. Ipse cum armigeris & ala, quam agema appellabant, ar- dua semita, & quæ sequuntur. vbi equiti inuia via, necessario pedestantum intelligendus est. Nec est, quod hæreas in voce *ala*, tam ea vox pro pedite, quam equite vsurpatur apud Latinos scriptores, quod multis scriptorum locis testatur * Liphus. Itaque non est quod mireris, etiam apud Arrianum nunc agema pro pedite, nunc pro equite sumi.

CLITVS.) Hic est nobilissimus ille Clitus, in cæna demum, ipsius Alexandri manu obrunctus, de quo copiosissimè infrà. Præerat optimæ totius equitatus parti, hoc est agemati, veluti fidelissimus regi.

PHILOTAE.) Parmenionis filij, qui miserandum in modum postea perijt, uti suo loco cognoscet.

MELEAGRI ALA.) equitum hoc loco. Infelix Meleagri interitus postremo libro enarrabitur.

PHALANX.) De phalange largè dictum lib. 3. c. 18. Addo tamen hic de phalangitarum armis ex Xiphilino, ut intelligatur, quomodo armati in prælium processerint. ταῦτα δὲ ἦν κράν & ὠμοβόσον, In Caracalla p. 348. θώραξ λινοῦς τριπλῆς, ἀπὸ χαλκῆ, δόρυ μακρὸν, ἀχιμὴ βραχέα, κρηπίδες, ζιφ. Arma hæc erant: galea ex crudo bouis corio, thorax ex lino triplex, scutum æreum, lancea longa, hasta breuis, ocrea, seu crepida & gladius. Caracalla quoque ad imitationem Alexandri instituit ledecim millium, & Alexand. Seuerus triginta millium phalanga.

AGYRASPIDES.) Pollux lib. 1. ἐρεῖς δὲ καὶ οἱ πεζέτεροι, καὶ οἱ ἀργυράσπιδες, καὶ οἱ χρυσάσπιδες τὰ μακεδονικά. Dices & pedites, & qui argenteis, & qui aureis clypeis vruntur, & agmina Macedonica.

Iustinus. Post hæc Indiam petit (Alexand.) ut Oceano, vltimoque Oriente finiret imperium. cui gloriæ, ut etiam exercitus ornamenta conuenirent, phaleras equorum & arma militum argento lib. 12. inducit, exercitumque suum ab argenteis clypeis Argyraspidas appellauit. Fallitur tamen Iustinus, cum tum demum Macedones Argyraspidas appellatos affirmat, cum Alex. Indiam petijt. Hic, ut vides, in prælio contra Darium inito iam agmen argyraspidum erat. Sed Iustinus totum postea exercitum argyraspidas vocatum docet. Ad imitationem Alexandri, Alexander Seuerus fecit argyroaspidas & chrysoaspidas. Lampridium audiamus. Elaborabat denique ut dignus illo nomine videretur,

imò vt Macedonem illum vinceret, dicebatq; inter Romanum Alexandrum & Macedonem multum interesse debere. Fecerat denique sibi argyrospidas & chrysoaspidas: fecerat & phalangem triginta millium hominum, quos phalangarios vocari iusserat.

Cæterùm Diodorus Argyraspidas pedestrem aciem explicat. ὅτι οὐδὲν δὲ τῶν ὑπετάγη τὸ τῷ ἀργυροσπίδων πεζῶν τάγμα, διαφέρον γὰρ τῷ ὀπλων λεμπρότητι, καὶ τῷ ἀνδρῶν ἀρετῇ καὶ τῶν ἡγεῖτο Νικάνωρ ὁ παρμενίωνος.

NICANOR PARMENIONIS) Tres nobilissimi fuerunt Parmenionis filij, qui omnes cum patre in expeditione h. c. Asiatica perierunt, Hector Nilo haustus, Nicanor ex itinere repente extinctus, Philotas omnibus tormentis excruciatas, quòd in Alexandrum diceretur coniurasse, interijt. Pater ipse de eadem causa suspectus, ferrò traiectus. De Hectore supra 4. De Nicanore Philota & Parmenione infrà b.

a c. 21.
b l. 6. c. 12.
14 15. 16. 17.
18. 19. 20.
b lib. 7. c. 2.

COENOS.) Extrat huius oratio lib. 9. c. 6. & 7. mors. extat & in Philotam accusatio lib. 6. c. 18. Fuit Polemicratis F. quem laudat Arrianus lib. 3. Duxit hic, vt Diodorus est auctor, aciem quam Elimiotin appellabant, siue Elimiotas.

POST EVM ORESTES, LYNCESTES QVE.) Nullus dubito prorsus, quin hic rescribendum sit, Orestæ Lyncestæque, seu potius Lyncistæ. Dux mihi scriptus eòdex in posteriore voce, nec dubium quin prior vox etiam ita sit castiganda, cum de duobus populis hic Alexandrum secutis agat. Quamuis Alexander Lyncestes inter duces fuerit postea interfectus, iam tum ab Alexandro in vinculis detentus. Siculus disertè suffragatur, qui Orestes & Lyncistes populos ponit, eosque Perdiccæ subijcit. Orestæ porrò fuere Hecatæo in Europa, Theagene in Macedonicis, Strabone & Stephano testibus. Orestæ, inquit Stephanus, gens Molossorum, vt auctor est Hecatæus in Europa, Theagenes in Macedonicis narrat, Orestem, posteaquam ad mentem redijt, pra pudore cum sua Hermione in has terras delatum, Orestem ex coniuge suscepisse, quo regnante populum nomen Orestarum sortitum esse. Strabo Orestas inter Epirotas censent. Amphilocho quoque inter Epirotas censentur, & qui supra eos siti Illyrios attingunt montes, asperam incolūt regionem Molossi, Athamanes, Aethices, Tymphaei, & Orestæ. Subijcit deinde

Plin. l. 4. c. 10. de eis d. Fluius etiam Lyncestius apud Ouid. 15. Met. lib. 8. c. 13.

originem Orestarum. Addit quoque Illyricis mixtos Lyncistas; Stephanus Lyncistas inter Epirotas numerat his verbis: Λύγκη, πόλις ἠπειρῆς Σελβῶν ἐσδομά. ἐκλήθη ἀπὸ Λυγκῆος τὸ ἐθνικὸν Λυγκιστῶν. Lyncus ciuitas Epiri, Strabo lib. 7. nomen à Lynce conditore. Gens Lyncistæ. His populis Perdiccam præfuisse in acie docet Diodorus.

* Arrianus. * Diodorus quamquam nostrum exemplar Diodori etiam habeat πολυπέριχων non πολυπέριχων.

POLYPERCON.) Inter proximos Alexandri duces & amicos, vt qui in conuiuio supra Alexandrum accumbere solitus, vti Curtius infrà docet, vbi in regis iram incidit, sed veniam impetravit. Græci * Polyperchonta, & Polyperchonta appellant. Diodorus Polyperchonta Stymphæorum præfectū facit. Ego nullos vnquam Stymphæos apud Geographos lego, sed Tymphæos apud Strabonem, Stephanum, Plinium reperio, inter Epirotas, Thesprotos, Aetolos, & Macedonas. Τύμφη, inquit Stephanus, ὄρεος περὶ τὸν ἑσπέρων, καὶ τὴν πόλιν τὸ ἐθνικὸν τυμφῶος. Tymple mons est apud Thesprotos, Tymphaa vrbs, gentile Tymphaei. Plinius etiam inter Macedones recenlet. Continebat enim Macedonia centum quinquaginta populos. Sunt tamen apud Arrianum lib. 1. Stympææ rupes. Ita vt vtroq; modo gentem hanc & vrbem & montes dictos credam Tymphæos & Stymphæos. Arrianus Polyperchonta quidem inter duces collocat in acie, sed subiectos illi, non exprimit.

Strabo, l. 7. Stephan. de vrb. Græciæ. Plin. l. 4. cap. 2. * lib. 4. c. 19. * lib. 5. c. 6

PEREGRINI MILITIS.) Horum ducem Arrianus Menidam, non Polyperchonta facit: ξυμπάντων δὲ πρῶτος ἀγόμενος ἦσαν οἱ μισθοφόροι ὑπὲρ τῶν Μενιδῶος ἡγεμεν.

HVIUS AGMINIS AMYNTAS PRINCEPS ERAT.) Huius peregrini militis dux Amyntas erat. Sed quomodo Amyntas, cum iam Polyperchonta præfectum huic militi & peregrino agmini constituerit? Accedit, Amyntam abfuisse. nam supra * Curtius illum ex Alexandri imperio cum decem triremibus in Macedoniam ad conquirendū nouum militem ablegarat, qui sequenti lib. * cum nouo milite, victo iam Dario Babylonem ad Alexandrum redit. Dices, Polyperchonta vicarium Amyntæ ducem, & quasi legatum fuisse. Nam vices Amyntæ alium egisse, quamuis non Polyperchonta, sed Simmiam etià Arrianus testatur. ἐπὶ δὲ ἡ Αμύντης τῶ φιλιππῶος, ταύτης δὲ ἡγετο Σιμμίας, δὲ Αμύντης ἐπὶ Μακεδονίας ἐξ ἐξυλλογῆς ἐσταλμένος ἦν. Secuta est acies Amyntæ, Philippi, cui tamen Simmias præerat, quod Amyntas in Macedoniam ad colligendum exercitū missus esset. Vocatur ergo Amyntæ agmen quamuis absentis, sicuti, exempli gratia, hodie Fuggeriana legio appellatur, etiam si Dux legionis Otho Henricus Fuggerus subinde vel ad Cæsarem, vel Augustā negotiorum causa excurrat, quando suo loco legatum seu vicarium relinquit, quoad redeat. legio nihilominus, seu præsentē, seu absente Duce, Fuggeriana dicitur. Ita Amyntæ acies vocabatur, etiam absente Amynta, siue Polyperchon, siue Simmias illius interim rector & ductor erat. Cæterùm Amyntæ plures cum apud Curtiū, tum Arrianum in exercitu Alexandri fuisse leguntur. Arrianus lib. 1. Amyntas cum Tymolao præfectus Alexandri Cadmeæ à Thebanis obtuncatur. Alter est Amyntas Andromenis, de quo hoc loco mentio, & supra vt dixi, & infrà, & sæpè apud Arrianum. Tertius est Amyntas Arrabæi. Quartus Amyntas Antiochi, qui ex Macedonia profugus ad Darium odio Alexandri à quo nunquam læsus erat, se contulit. De quo Curtius supra, l. 3. c. 22. & lib. 4. c. 3. Quintus Amyntas Philippi, cui Arrianus hic vicarium Simmiam sufficit, quod Amyntas in Macedoniam ad conseribendum militem missus

missus esset. Curtius hunc Amyntam Andromenis filium facit. Quem ipsum Arrianus, parum sui credo memor, infra etiam Andromenis filium appellat: *Εντραδθα*, inquit, *ὁ Ἀμύντας ὁ Ἀνδρομένους ζῶν τῆ δυνάμει ἀφίκετο ἦν ἐκ Μακεδονίας ἦγε*. Nisi dicas Andromenem etiam Philippum audisse, quod parum est verosimile. Atque hæc ex mente reor Curtij dicta sunt, quantum ingenio assequi potui, cum & Glareani, & Modij, & Acidalij, qui miris hic modis paratragœdiat, notas attentâ mente * bis, ter, quater perlegissem, cognovissem, & recognovissem, nullum secutus. Acidalius enim magno pere tritatur, lectoremque magis involuit, quam expedit. Experieris vbi legeris, ego ad Curtium redeo.

* ἀνεγνώσθησαν, ἔγνων, ἔγνων, ἔγνων.

PHILAGVS BALACROS. Iusta hæc scriptura etiam membranâ firmata, Balacros seu Phalacros, sunt enim ijdem, nam quos Græci Phalacros appellant, Macedones Balacros dicunt eodem significatu, Caluos nempe, hoc quidem Græcè βαλακρός seu φαλακρός caluus, causam aperit Strabo: Μύκονθ δέ, inquit ille, ἐστὶν ὄρη ἢ μὲνέουσι κείνου τῷ γιγάντων τοὺς ὑδάτας ὄφ' ἠρακλέους καταλευθέντας, ἀφ' ὧν ἠπαρομία, πάνθ' ὑπὸ μίαν Μύκονον, ἐπὶ τῷ ὑπὸ μίαν γραφῆν ἀγόντων τὰ διηρημένα τῆ φύσει. καὶ τοὺς φαλακροὺς δέ τινες καλεῖσιν ἀπὸ τῆ τοῦ πάλθου τῆ ἐπιχωριαζέου τῆ νήσου. Myconus est, sub qua fabulantur iacere vltimas centaurorum ab Hercule interfectos: vnde adagium est: omnia sub vnam Myconum: de ijs, qui sub vnam descriptionem cogant ea, quæ natura seiunxit: Caluos etiam Myconios quidam vocant, idè quod istud vitium ea in insula est nimis quàm frequens. Idem Eustathius de eisdem Phalacris seu Balacris dicit. Eadem habet Stephanus in voce Μύκονθ. Arrianus Balacros sagittarios fuisse tradit, καὶ οἱ βαλακροὶ ἀκονιστοί, inquit.

Philagrus tamè apud Herodotum proditor Eritreensium, vt dubitem meliusne Philagrus an Philagus hic scribatur.

IN SOCIETATEM. Belli, an regni? an vtriusque? hoc reor. *nuper*, inquit, quod olim * omnes Cyclades Persis essent subiectæ.

* duo superioris Darius.

DEXTRI CORNVS. Mox infra: fons læui cornus suffragante vtrinque MS. Constantiensi, & docent Grammatici cornu ἀκλιτορ, & cornus cornus quarto ordine, quomodo Plinius quoque non semel vsurpat: sicut & tonitru, & tonitrus dicitur.

Herodotus quinto. Priscianus.

IN LAEVO CRATERVS. Eodem modo in Issica pugna læuum tuebatur, vt & in Tyri oppugnatione. Fuit ex omnibus Alexandri prætoribus secundum Hephæstionem regi propter fidem & alias animi corporisque dotes longè carissimus, vt infra multis locis ostendetur.

Curt. lib. 3. cap. 18. lib. 4. c. 10.

PELOPONNENSIVM. Peloponnesus arx Græciæ peninsula vndique mari cincta vsque ad Isthmum Corinthiacum quadraginta stadiorum, id est, vnum milliare Germanicū & quadrantem latum, quo velut cingulo Græciæ adhæret, hodie Morea dicta, olim etiam Pelopia, & Inachia, formam eius habes apud Mercatorem, Ortelium, I. Hondium, & alios; omnibus seculis celebratissima & nobilissima, quæ vnâ cum Sparta defecit ab Alexandro, vt infra lib. 7. c. 8. narrabitur. Describitur accuratè à Strabone, Ptol. Plinio, Solino, Eustathio, alijs.

ACHÆORVM. Græcia tota continet Macedoniam, Epirum, & Achaïam, cui adhæret per Isthmum Peloponnesus. Achaïa est Germanissima Græcia; HELLAS dicta; in qua & Attica, Thebæ, Phocis, Aetolia, & Locri, Opuntij, & aliæ regiones, quas Geographi accuratè describunt & delineant. Ita Locrenses pars sunt Achæorum, olim Leleges dicti, & Epicnemidij appellati Plinio auctore. multa de his Eustathius ad Dionysium, quæ huc parum faciunt.

MALEON. In Laconica Maleæ ciuitas est, Eustathius ad Dionysium Malea & Malia, Strabo Malea & Maleæ, vnde Maleon in casu secundo multitudinis apud Plinium Maleum promontoriū. Strabo 1. 8. lib. 1. c. 5.

THESSALIEQVITES. Robur equitatus Macedonici, de quibus lib. 3. plura.

PHILIPPO DVCE. Thracum duce, infra lib. 8. c. 7. Sed hic Thessalos duxit.

CORNVA SVBSIDIIS. Hoc supra quoque de dextro cornu dixit.

NON RECTA FRONTE. Cornua duo exercitus frontem respiciebant, subsidia latera spectabant, ita vt terga subsidiariorum lateribus cornuum obuenterentur; vt si hostis, Alexandri exercitum à latere inuaderet, frontes subsidiariorum hostem respicerent, & in pugnam parati essent. Proinde vltimum agmen firmissimo milite lauderet, qui cornibus terga vertebant, ne ab hoste circumueniri possent. In subsidijs Agriani equites erant, qui Alexandrum in acie ab hostibus circumuentum seruauerunt, vt cap. 36. infra cognosces. Plura de Agrianijs lib. 3. c. 18.

ATTALVS. Arrianus hunc Amyntæ si atrem cum Polydamante & Simmia facit à Philotâ iussu Alexandri postea occisum, cuius cadem Clitus Alexandro in conuiuio obiecit. Sed Arrianus cum Amynta primum post occisum Philotam in iudicium productum affirmat, ita fortasse de alio Attalo est hic & ibi sermo, aut certè diuersa historici tradunt.

CRETENSIVS. Creta & Cretenses notiores sunt, quàm vt interprete, aut iudice egeant. De origine tamen vocis Cretæ insulæ, vnde Cretenses, docebit te Ioannes Auennarius in lexico Hebraico, qui vocem natam ait ex Hebræo קְרֵת Creta siue Curæta nomen est insulæ; in qua fortissimi milites dicti Curetes. Hinc Græcè Κρήνη Creta regio & insula. Hinc & κρατέω firmo, roboro, & latinum certo, metathesi literarum. tu plura ibidem cognosces.

VLTIMOS ORDINES AVERTIT A FRONTE. Ita totam aciem composuit, vt ad omnes partes respiceret, Orientem, Occidentem, Meridiem, & Arctum.

ILLYRII HIBRANT. Quos armis primum sibi subiecerat Alexander, priusquam in Asiam moueret. Illyricum continet Vopitico quicquid à Lanatico sinu vsque ad Peloponnesum; Istriam; Mace-

Macedoniam, Epirum, Pannoniam, Dalmatiam. adeas licet Notitiam Imperij & Pancirolam; præter antiquos Strabonem, Eulathium, Plinium lib. 2. c. 21. toto.

μειδοροποι.


MERCEDE CONDUCTO.) * Ex varijs gentibus, nec Thraces qui sequuntur sunt ignoti, cuius metropolis & regia hodie Constantinopolis, olim Bizantium ad Hellespontum & Bosphorum.

lib. 2. c. 3.

ACIEM VERSABILEM.) *Versabilem*, cuius cornua, latera, tergum à se averſa in omnem partem propiciunt. De acie verſabili ſeu verſabili tractat copioſè Aelianus in Tacticis c. 38. vocatque φαλαγγα ἀμπίσμου, & Sixtus Arcerius ad eundem locum. Breuiſ. imè expoſuit Frontinus de hac ipſa Alexandri acie ordinata locutus, quid ſit verſabilis acies, quando ait: *Alexander ad Arbela, cum hoſtium multitudinem vereretur, virtuti autem ſuorum fideret, aciem in omnem partem ſpectantem ordinavit, ut circumventi, undique pugnare poſſent.* Arrianus de eadem.

Proinde pater eius Philippus Illyrios vicit, quod latera infirmiora in illis animadvertiſſet, quæ inuaſit, turbavit, profligavit. Itaque Alexander ita aciem diſpoſuit, ut in omnem partem verti poſſet, nec cornua eſſent munitiora, quàm latera, nec latera, quàm terga.

Acies Alexandri Magni Macedonis verſabilis.



Sed Alexandri acies non fuit tantum ἀμπίσμου, cuius figura hæc est, apud Aelianum. p. 65.

FALCATOS CURRVS.) De his sup. c. 22. largitus dictum. Romani aliam rationem aduersus falcatos currus pugnandi habuerunt, ut docet Vegetius l. 3. c. 24. Frontinus l. 2. c. 3. Macedonas autem primos vsos esse non persuadet Aelianus.

LAXATIS ORDINIBVS.) In duas partes diuisis, ut per mediam phalangem decurrerent, Ordines verterent, hastas in quadrigas instar echini, ut nusquam nisi per medium euadere possent, dirigerent. quod consilium optime celsit Alexandro, ut infra c. 36. apparebit, plus enim ipsi Persis detrimenti attulere currus, quàm Alexandro.

• Phaligus.

QVI CORNIBVS PRÆERANT.) Dextro ipse Alexander. sinistro Parmenio, ut mox ipse subiicit Curtius. Hic de minoribus loquitur ducibus Clito, Philota, Meleagro, Nicanore, Cæno, Polyperconte, * Philago, qui in dextro cornu ordines ducebat, in sinistro, Craterus, Philippus, Theſſalis, Agrianis Attalus præerat.

EXTENDERE IVSSIT.) Ita in latum protensus exercitus longitudinem exhaurit, nisi multitudo resarciat. Hinc Darius in adhortatione ad militem suum de acie Alexandri: *Videtis ordines raros, cornua extenta, mediam aciem vacuum, exhaustam.* Sed Alexander ita extendi cornua iussit, ut mediâ aciem non exinanirent, sed singuli militum latius spacium in sua quisque statione occuparent, ne

den-

densius & artius comprimerentur & circumuenirentur. e. c. miles, qui prius tres pedes occuparat, sex occupare iussus, manente eodem ordine & numero, in latum & longum, ita fiebat, vt media acies non exhauriretur, sed par vbique esset spaciū, quamuis latius starent.

IMPEDIMENTA.) Sarcinæ, calones, scæmine, pueri captiui, carri & currus, iumenta dorsuaria, seruitia. De his Aelianus c. 50. Leo imperator, tacticis c. 4. Onasander c. 6. Vegetius l. 3. c. 6. sed hi potissimum agunt de loco impedimentorum in itinere ducendorum. Inter prælia in castris seruabantur, aut loco tutiore custodiebantur, vt hic in collem subducta.

HAVD PROCVLACIEM.) Acidalius lapsū operarum cenlet apud Modium, aciem & acie rescribit, vulgò ab acie legitur. Pro scriptura Modiana exempla ex Liuius, & Plinius a & Curtio a lib. 27. ab recentioribus Grammaticis adferuntur: sed testimonia sunt intellabilia, nullus veterum ita locutus, nec Priscianus annotauit, nec vllus priscorum. Dicamus ergo *procul acie*, nō *aciem*. Apud Liuium *procul muros*, rescribendum *procul muro*, vt emendatiores codices docent, vt & apud Plinium *procul Neapoli*, non Neapolim. Grammatici recentiores etiam hunc Curtij locum addunt, & mendum mendo confirmant.

LAEVVM CORNV SICVT ALIAS PARMENIONI TVENDVM DATVM.) l. 7. c. 1. semper alterum in acie cornu defenderat.

IPSE IN DEXTRO.) aduersus cornu Darij læuum, in quo Darius pugnabat.

CAPVT XXXIII.

ARGVMENTVM.

Ante prælium Bion transfuga nunciat Alexandro tribulos ab hoste esse humi defossos contra equitatum. Alexander interequitat ordines, & singulos hortatur ad prælium.

Nondum ad tali iactum peruenerant, cum Bion quidam transfuga, quanto maximo cursu potuerat, ad regem peruenit, nunciatus murices ferreos in terram defodisse Dariū, quā hostem equites emissurum esse credebat; notatumq; certo signo locum, vt fraus euitari à suis possēt. Afferuarii trās fuga iusso, duces conuocat, expositoq; quod nunciatum erat, monet vt regionē monstratam declinent, equitemq; periculum edoceant. Caterum hoc tātus exercitus exaudire non poterat, vsū aurum intercipiēte fremitu duorum agminū. Sed in conspectu omnium duces & proximum quemque interequitans alloquebatur. Emenlis tot terras, in spem victorie, de qua dimicandum foret, hoc vnū superesse discrimē. Granicum hic amnem, Ciliciaq; montes, & Syriam Aegyptumq; prætereuntibus raptas, ingentia spei gloriaq; incitamentā referebat: reprehensos ex fuga rersas pugnatuos, quia fugere nō possēt: tertium diem iam metu exangues, armis suis oneratos, in eodē vestigio harere: nullum desperationis illorū maius indicium esse, quam quod vrbes, quod agros suos vrerent, quicquid non corrupissent hospium esse confessi. Nomina modò vana gentium ignotarū ne extimescerent, neq; enim ad belli discrimen pertinere, qui ex his Scythæ, qui ve Cadusij appellētur, ob id ipsum, quod ignoti essent, ignobiles esse, nunquā ignorari viros fortes, et imbelles ex latebris suis erutos, nihil præter nomina afferre. Macedones virtute affecutos, ne quis toto orbe locus esset, qui tales viros ignoraret. Intuerētur Barbarorū inconditum agmen alium nihil præter iaculū habere, aliū fundā saxa librare, paucis iusta arma esse: itaq; illinc plures stare, hinc plures dimicatuos, nec postulare se vt fortiter capefferent præliū, ni ipse cateris fortitudinis fuisset exemplum: se ante prima signa dimicaturum: pro se spondere quot cicatrices, totidem corporis decora, scire ipsos, vnum pōnē se præda cōmunis exortē in illis colendis ornandisq; vsurpare victoria præmia. hæc se fortibus viris dicere, si qui dissimiles eorum essent, illa fuisse dicturum, peruenisse eos, vnde fugere non possent: tot terrarū spacia emensis, tot annibus montibusq; post tergum obiectis, iter in patriam & penates manu esse faciendum. Sic duces, sic proximi militum instincti sunt.

NONDUM AD TELI IACTVM.) Vt se mutuò sagittis attingerent.

BION TRANSVGA.) Ex nomine videtur Græcus, in Darij prius castris versatus, nec enim facile Persæ transfugiebant.

lib. 3. c. 24.

MVRICES FERREOS.) Tribulos appellat Vegetius: Tribulis, inquit, & quatuor palis confixum propugnaculū, quomodo abieceris tribus radijs stat, & erecto quarto infestum est. Hos Romani, contra quadrigas falcatas & camelos spargebant, Persæ contra Alexandri equitatum. Plura Stevvechius ex Herodiano, Curtio, Val. Maximo, Leone Imperatore. Arrianum vide. Ad hoc genus referuntur etiam cippi, lilia, stimuli, stili cæci, & hoc genus pestes equitum & peditum in terra latentes.

ASSERVARI TRANSVGA IVSSO.) Vt si falleret, puniretur; si verū proderet, donis colebatur, & simul vt præfens ipse locum demonstraret. Mira paucim transfugarum facinora leguntur: fidi aliqui, plures perfidi & prodirores. Alij ab ipsis imperatoribus tanquam exploratores, missi; alij spontè ad hostes profugere soliti. E priore numero fuit Chusaius Arachites, quem submitit Dauid ad Absolonem, cuius consilio perijt Absolon & Absolonem secuti. Fuere & illi apud Liuium quadringenti, quos velut transfugas Hannibal ad Cannas pugnaturus, Romanis interfecit, qui prælii hora Romanos à tergo sunt adorti. Et vix bellum vllum describitur, vbi non fiat mentio transfugarum, eorumque vel præmia, vel supplicia referantur.

REGIONEM.) Locum. Eodem significato dicuntur vrbium regiones & viæ in ipsa ciuitate, exempli causa, omnis Roma in quatuordecim regiones diuisa erat, vt & Constantinopolis noua Roma. ponitur vox etiam pro climate cæli & mundi. Hic pro certo & designato loco, qui inter castra Darij & Alexandri situs erat.

FREMITVAGMINVM.) In quibus equi, viri, tubæ, tympana fremitū augent, vt poeta dixerit,

It clamor cælo----

Et Marius negauit se inter fremitum tubarum leges exaudire potuisse. Hic tamen non intelligendus clamor, quem toti simul exercitus: vel applaudendo ducibus, vel terrendo hostes, tollere solent.

EMENSIS TOT TERRAS.) Ante prælium ab rerum scriptoribus plerunque adhortationes Imperatorum traduntur, nunc obliqua oratione, vt hic Curtius Alexandri orationem exprimit, & sæpè Cæsar vsurpat, nunc directa, vt mox Darius. Existimauit Trogus Pompeius non conuenire historico orationem in recto casu positam, illam enim esse eorum, qui dialogos componunt, & prosopopæiam instituunt, ac personas, vt in comædijs & tragædijs introducunt, & faciūt loquentes. Sed vsus contrarius est apud nobilissimos scriptores: Liuium, Sallustium, Cælaem, Curtium, Tacitum, & omnes posterioris æui.

Cæterum synopsis & artificium huius obliquæ paræneseos, hoc est. Primò conciliat Alexander sibi benevolentiam ducum & exercitus ab laude & victorijs antè partis ad Granicum, in quâ, ad Isum, ad Tyrum, Gazam, occupata cursim etiam tota Syria & Aegypto. Mox hortatur militem ad vltimum cum Dario prælium, cuius timorem & desperationem redarguit, vires extenuat, numerum sine robore esse, malè tectum militem illius, maleque armatum, gentes inconditas, ignotas, rei militaris expertes: postremò præmia victoribus amplissima, opes immensas, totam Asiâ & Persidem in præmium cessuras: imitentur demum ipsum ducem, se in prima acie dimicaturū, quod ipsum cernerent facere, auderent & ipsi. Timidos etiam extimulat omni spe fugæ sublata, intra flumina & montes conclusos, viam in patriam fugientibus inuiam.

GRANICVM HIC AMNEM) desideratur in Curtio hæc pugna ad Granicum, cuius synopsis infirmum quidem tibicinem pro iusta columna subieci ante initium libri tertij.

CILICIAE QVE MONTES) Taurum, Amanum, & qui in ipsa Cilicia sunt, quæ parum plana est, pugnam ad Isum intelligit.

SYRIAM) in qua Tyrus, Gaza, Palæstina, Ierosolymâ.

PRAETEREVNTIBVS) vltro, sine prælio dedita.

INCITAMENTA GLORIAE) vt clades & strages debilitant animos militis, ita victoriæ augent & confirmant: sæpè etiam præfidentes & insolentes reddunt, nam: *Victoria expers nulla alibi superbia est.* & victoriam ipsa victoria corrumpit, quod non rarò factum legimus, vt contra vulgo dicitur,

Victoria vti honestè, alia est victoria.

REPREENSOS EX FUGA) victus etiam ad Isum Darius vltra Tigrim refugit, iamque hærente in tergo Alexandro, non potest vltèrius progredi, adeoque quasi ex fuga reprehensus & retractus est. Elegans vsus huius vocis: *reprehensus*, cum pro retractus ponitur: vulgo *reprehendere* pro obiurgare vsurpatur.

AGROS VRERENT) Ne Alexander, fame enectus, possit sequi.

lib. 3. c. 4.

NOMINA VANA GENTIUM) supra: *ignota etiam ipsi gentium nomina ante neglecta*, hic, vndique excita, vt paullo antè: *Hos alia gentes ne socijs quidem satù nota sequebantur.*

Ex

EX HIS SCYTHAE) Non immeritò Acidalius suspectam habet in vocem *Scytha*, quomodo enim Macedonibus ignoti Scythæ, gens Græcis auctoribus, iisque antiquissimis celebratissima, Syiaci, Herodoto, alijs, qui ante Alexandrum vixerunt & scripserunt. Nota fuere Scytharum cū Perlis prælia, illi Cyrum cum ducenis ante millibus per Scythiam grassantem deleuere, vt ne nuncijs quidem cladis supereslet, illi Darium inde submouere, & hæc omnia ante Alexandrum M. geflere, quæ illorum famam longe lateq; propagarunt. mox ipsius Alexandri ducem Zopyriorem cum triginta millibus ad interuentionem occiderunt, quamuis Alexander postea traiecto Tanai, vt existimabat, illos vicerit, vt & pater eius ad Istrum viginti millibus puerorum puellarumq; cum totidem nobilis indolis equabus, vt tradit Iustinus. Non fuerunt ergo ignoti Macedonibus. Itaque pro Scythæ alia vox, siue *Saca*, siue *Dahæ*, siue *Bilthæ*, aliaue gens sufficiens est Scythis.

CADVSII) de quibus supra c. 27.

NIHIL PRAETER NOMINA) supra: nomina verius, quam auxilia. Vt rubri maris accolæ, Cataones, Belitæ, Suliani, Aracholij, Dahæ.

NIHIL PRAETER IACVLVM HABERE) quibus armis in condita illæ gentes, quas Perlarū reges in castra redegerunt, vsq; sint in bello, ostendit Herodotus in Polymnia, vbi describit in Dorisco copias à Xerxe lustratas, singulisque tua tela, iacula, hastas, arcus alsignat.

FVNDATA) fundam describit Stevvechius ad I. Vegetij c. 16. vbi multa ex Hieronymo Mercuriali, & alijs de inuentoribus fundæ, vi & impetu saxorum inde emisorum, de Balearibus. Plura Lipsius de re militari, vbi & componit bombardas cum fundis, & antiquam militiam cum nostrate. De funda ex fundamento optimè idem Poliorcet. c. 2. lib. 4. 188. quem videbis. Quos hic Alexander contemnit funditores, his infra ipse vtitur.

IVSTA ARMA) loricas, galeas, thoraces, hastas, gladios, sagittas, sarissas.

IPSE FORTITVDINIS EXEMPLVM) Ita Darius: *nec recuso quo minus imitemini me, siue fortitudinis exemplum, siue ignauia sua.* Ita Senarius:

Exempla quisque regis anulus sui est.

Et Iuuenalis:

--- totus componitur orbis

Regis ad exemplum----

Quamquam poeta non de bellicis ibi studijs, sed moribus loquitur.

QVOT CICATRICES) tot decora, quot vulnera. Iuit qui Augusto ostentaret frontis cicatrices bello acceptas, cui Augustus, *quando fugis, ne respicias.* Apud Petronium: *Hæc vulnera pro libertate publica accepi, hunc oculum pro vobis impendi, date mihi ducem, qui me ducat ad liberos meos, nã succisi poplites membra non sustinent.* Quintil. l. 6. c. 1. De milite cicatrices in fronte sæpius Augusto ostentante Macrobius. Marij totum corpus concisum vulneribus erat. Ipse Alexander à vertice ad talos cicatricibus insignis erat. Plutarchus de Fort. lib. 2.

TOT TERRARVM SPATIA) Troadem, Phrygiam, Lyciam, Cariam, Pamphyliam, Lydiam, Cappadociam, Ciliciam, Syriam, Aegyptum, Assyriam.

TOT ANNIVM) Tigridem, Euphraten, Nilum, Lydum, Cydnum, Granicum, & alios. maria etiam Hellepontum, Pamphylium.

MONTIBVS) Tauro, Amano, Gordyæis.

INSTINCTI) à stingo, seu stinguo, *instingo* iam exoletis, nomen & participium instinctus, instinctus, & instinctus, instincta, instinctum, instinctor etiam. Oratio Alexandri Apud Arrianū ad duces planè diuersa est ab hac Curtij adhortatione, vt suam quisque scriptor finxisse videri possit. Darius apud Arrianum nullā habet omnino. Siculus neutri parænesim tribuit. Plutarchus tamen ait Theffalos longa oratione ab Alexandro ad prælium inflammatos, itemq; alios Græcos, sed argumentum non prodit.

CAPVT XXXIV.

ARGVMENTVM.

Darius sublimis curru proluxa oratione hortatur suos ad prælium, contemnit paucitatem hostis, omnia sibi fauere, locum, equitatum, copias instruatissimas, fugæ quoque hosti (non sibi) præclulos aditus. Rogat postremò Indigetes Deos, vt adesse præliantibus velint, & Persarum regnum tueri.

D.



Darius in lauo cornu erat, magno suorum agmine, dilectis equitum peditu-
que stipatus: contemseratque paucitatem hostis, vanam aciem esse extensis
cornibus ratus. Ceterum sicut curru eminebat, dextra laevaque ad circumstanti-
um agmina oculos manusque circumferens, Terrarum, inquit, quas Oce-
anus hinc alluit, illinc claudu Hellepontus, paullo ante domini, iam non de glo-
ria, sed de salute, & (quod saluti praeponitis) libertate pugnandum est. hic
dies imperium, quo nulla amplius vidit aetas, aut constituet, aut finiet, apud Granicum mini-
ma virium parte cum hoste certauimus. In Cilicia victos Syria poterat excipere. Magna
munimenta regni Tigris & Euphrates erant. Ventum est eo, unde pulsus ne fuga quidem lo-
cus est. Omnia tam diutino bello exhausta post tergum sunt. Non incolas suos vrbes, non cul-
tores habent terra. Coniuges quoque & liberi sequuntur hanc aciem, parata hostibus praeda,
nisi pro charissimis pignoribus corpora opponimus. Quod mearum fuit partium, exercitum,
quem penè immensa planities vix caperet, comparauit equos, arma distribuit: commecatus,
ne tanta multitudinem deessent, prouidit locum in quos acies explicari posset, elegit. Cetera in
vestra potestate sunt. Audete modo vincere, famamque insimulissimum aduersus fortes viros
telum, contemnite. Temeritas est, quam adhuc pro virtute timuistis: qua ubi primum im-
petum effudit, velut quadam animalia amisso aculeo, torpet. Hi verò campi deprehendere
paucitatem, quam Cilicia montes absconderant. Videtis ordines raros, cornua extensa, mediā
aciem vanā, exhaustam. nam ultimi, quos locauit auersos, terga iam praebent. obteri me-
hercule, equorum ungulis possunt, etiam si nil praeter falcatos currus emisero. & bello vice-
rimus, si vincimus praelio. Nam ne illis quidem ad fugam locus est. Hinc Euphrates illinc Ti-
gris prohibet inclusos: & quae antea pro illis erant, in contrarium versa sunt. Nostri mobile
& expeditum agmen est, illud praedae graue. Implicatos ergo spolijs nostris trucidabimus, ea-
demque res & causa erit victoriae & fructus. Quod si quem ex vobis nomen gentis mouet,
cogitet Macedonum illinc arma esse, non corpora. Multi enim sanguinem inuicem hausi-
mus, & semper grauior in paucitate iactura est. Nā Alexander quantuscumque ignauis &
timidis videri potest, unum animal est, & si quid mihi creditis, temerarium & vecors, ad-
huc nostro pauore quam suauitate felicius. Nihil autem potest esse diuturnum, cui non subest
ratio. Licet felicitas aspirare videatur, tamen ad ultimam temeritati non sufficit. Praeterea
breues & mutabiles vices rerum sunt, & fortuna nunquam simpliciter indulget. Forsitan ita
Deorum fata ordinauerunt, ut Persarum imperium, quod secundo cursu per CCCXXX. an-
nos ad summum fastigium euexerant, magno motu concuterent magis, quam affligerent, ad-
monerentque nos fragilitatis humanae cuius nimia in prosperis rebus obliuio est. Modò Graecis
vltro bellum inferebamus, nunc in sedibus nostris propulsamus illatum, iactamur inuicem
varietate fortuna. Videlicet imperium, quia mutuo affectamus, vna gens non capit. Ceterum
etiam spes non subesset, necessitas tamen simulare deberet, ad extrema peruentum est. Ma-
trem meam, duas filias, Ochum in spem huius imperij genitum, illos principes, illam sobolem
regiae stirpis, duces vestros regum instar, victos habet: nisi quid in vobis, ipse ego maiore mei
parte captiuus sum. Eripite viscera mea ex vinculis, restituite mihi pignora, pro quibus ipsi
mori non recusatis. Parentem, liberos (nam coniugem illo carcere amisi) credite nunc omnes
tendere ad vos manus, implorare patrios deos: opem vestram, misericordiam, fidem expos-
cere, ut compedibus, ut seruitute, ut precario victu ipsos liberetis. An creditis a quo ani-
mo is seruire, quorum reges esse fastidiunt? Video admoueri hostium aciem: sed quo propi-
us discrimen accedo, hoc minus his qua dixi possum esse contentus. Per ego vos deos patrios,
aeternumque ignem qui praefertur altaribus, fulgoremque solis intra fines regni mei orientis,
per aeternam memoriam Cyri, qui ademptum Medis Lydisque imperium primus in Persi-
dem intulit, vindicatis ab vltimo dedecore nomen gentemque Persarum. Ite alacres, & spiri-
tu pleni, ut quam gloriam accepistis à maioribus vestris, posteris relinquatis. In dextris
vestris iam libertatem, opem spem futuri temporis geritis. Effugit mortem quisquis con-
tempserit, timidissimum quemque consequitur. Ipse non patrio more solum, sed etiam ut
conspici possim, curru vehor: nec recuso quo minus imitemini me, siue fortitudinis exem-
plum, siue ignauiae fuere.

VANAM ACIEM) vetus verbum est, Nullum hostem contemendum. Darius numerum suorum, non vim
hostium estimauit, & perijt. Vanam, vacuam, raram, ut ipse interpretatur Curtius. Vanas a enas,
dixit Virgilius, vacuas pabulo, granis, aristas.

CVRRV EMINEBAT) Causam infra ostendit Darius, quare currum in praelio ascenderit.
Ipse, inquit, non patrio more solum, sed etiam ut conspici possim, curru vehor. Eodem modo in Iffica
pugna

pugna cum sublimis vehebatur. Describitur currus lib. 3. c. 7.

TERRARVM, INQVIT) Primò necessitatem prælij demonstrat, cum dicit, non pro gloria, sed regno, libertate & salute & vita pugnandum. Deinde, eandem necessitatem ostendit ratione locorum & regionum, dum dicit nullum reliquum fore locum, quòd regiones illæ, quæ fugiendum esset, sint exhaustæ fumentibus belli & populis castra secutis. Docet præterea, quis status exercitus vtriusque locum pugnae opportuniorem abs se occupatum, copias maximas, hostis minimas: hortatur interim, vt prælium constanter incant, famam Alexandri contemnant, componantque vtriusque exercitum, suum laudat, Alexandri extenuat, cui nec locus etiam effugij sit, deprehensam velut in cauea feram: ipsum Alexandrum temerarium iuuenem, fortuna magis, quam virtute exultantem. Epilogum totum ad effectum componit, matrem, filium, liberos captos, tendere ad exercitum manus, implorare Deum hominumque fidem. Ipse demum, per deos patrios rogat omnes, vt regnum Periarum ab ultimo dedecore vendicent. Tota oratio dictis & sententijs abundat. Postremo seipsum exempli loco proponit imitandum, quem ex acie fugientem sui sanè strenuè sunt secuti. Laudat hanc Cauffinus * & inter grauissimas orationes collocat militares, cuius œconomiam non multum ab hac diuersam instituit. Primo proponitur necessitas pugnae, &c.

OCEANVS HINC ALLVIT) Oceanus Indicus, ad quem demum penetrauit Alexander l. 9. c. 18. quemque hodie nauigant quotidie Lusitani & Hispani, Bataui, Britanni, multò longius progressi, quam Alexander, qui auream Chersonesum seu Malacam, Molucas & Iaponas & Sinas nunquam vel vidit, vel auditione percepit.

Cæterum, veteres cum Poetæ, tum Geographi, vt ex Orpheo, Homero, Dionysio Alexandrino, Periegete, Eratosthene, Posidonio, Herodoto, Strabone, Eustathio, Plinio, Mela, Solino constat, terram totam velut insulam fuisse cinctam existimarunt, ita vt terra vel tanquam pila aquis extet, vel fundæ vel conij duo in diuersa tendentes. Dionysium Periegetem cum suo scholiasta hic consule.

* Oceanus autem Indicus quia maximus, per antonomasiam appellatur, Oceanus, & nomen à claritate accepit. Inde varia nomina sortitus à prouincijs, mare Asiaticum & Phœnicium dicitur: ab Insulis Carpathium, Aegæum, Icarium, Balearicum, Cyprium: à gentibus, Aulonium, Dalmaticum, Ligulicum, Tuscum: ab oppidis Adriaticum, Argolicum, Corinthium, Tyrium: à casibus hominum, Myrtoum, vel Helleponticum, Icarium: à memoria regis, Ionium: à Boui-transitu, vel angustijs etiam meatibus bouum peruijs, Bosporus: à moribus accolarum Euxinus, Αζευ ante appellatus ab ordine fluenti, Propontis. Aegyptium Pelagus Asiae datur, Gallicum Europæ: Africae Libyæ: his vt quæque proxima sunt, venerunt in partes partium. Hæc in gremijs terrarum. Oras autem extimas Oceanus amplectitur: qui à littoribus suis Arabicus, Persicus, Indicus, Eous, Sericus, Hircanus, Caspius, Scythicus, Germanicus, Gallicus, Atlanticus; Libycus Aegyptius dicitur. cuius accessus in trementa circa litora Indiae vehementissimè prouunt, maximosque ibi exitus faciunt: siue quod impentius sustollatur vi caloris, seu quod in ea parte orbis fontium & fluminum copia sit effusior.

TERRARVM) Asiam totam minorem & maiorem, proprièque dictam, quæ est pars prima terrarum, continetque Medos, Perlas, Armenios, Cappadoces, Cilices, Pamphylis, Carès, Lydos, Lycios, Phryges, à Strabone, Plinio, Solino & alijs enumeratas centum denique & viginti septem prouincias, vt est apud Esterem c. 1.

HELLES PONTVS) de quo lib. priore c. 3.

IAMNON DE GLORIA) Fortior omnis pro salute quàm pro gloria. Xenophon Αναβάσεως III. § 70. *τὸτε μὲν δὴ περὶ τῆς τοῦ Κούρα &c.*

QVO NVLLA AMPLIVS VIDIT AETAS) Illa quidem tempestate sacris etiam literis suffragantibus; mox ipse Alexandri amplius fuit, deinde Romanorum, nunc Hispaniarum, quæ totum pene orbem hodie sua ditioe complectuntur, præsertim si maritimum imperium spectes.

APVD GRANICVM MINIMA PARTE VIRIVM INQVIT, CERTAVIMVS) Atqui sexcenta millia Periarum ibi fuit.

VICTOS SYRIA) B. bylonem è Cilicia fugit Darius, ibique exercitum notum ex toto Oriente collegit.

POST TERGV M) Darij, non Alexandri, nam à fronte iam omnia amiserat Darius.

DIVTINO BELLO) quadriennali. Nam Olymp. c. xi. anno 3. ad Granicum pugnavit, sequenti ad Issum, tertio Tyrum, Gazam, Palæstinam; Aegyptum occupavit: quarto ad Gaugamela.

NON INCOLAS) ciues & agricolæ cum liberis & coniugibus castra mea sequuntur.

QVEM IMMENSA PLANICIES NON CAPERET) decies nempe centena millia planicies, quam, vbi colles extabant, complanari iusserat, vt omnis campus esset equitabilis.

FAMAM CONTEMNITE) Opinionem ex fama de Alexandro conceptam, fama quippe, non vi nixa vitrea est potentia.

Dictum vulgò *Fama bellum constare*, refutatum, sed parum verè.

Suffra-

* In Parallelis eloquentiæ lib. 13.

* Apud Sælin. p. 59.

Suffragatur dicto Iambus,

In praelijs momentum fama maximum.

Iacet omnis virtus, nisi late fama patet.

INFIRMISSIMUM TELUM) Forti viro telum fama infirmissimum est, Fama hostilium copiarum, quam Iulius Cæsar etiã augere solebat. Et Curtius l. 9. c. 66. Olim hercle fugissemus ex Asia, si nos fabula debellare potuissent.

TEMERITAS EST) quæ paucis bono, multis malo fuit. Nihil temere agendum τὸ μὴδὲν εἰκῆ, πανταχῶς ἐστὶ χεῖσιμιόν. Proinde Annibal Alexandrum est admiratus apud Liuium, quod parua manu innumerabiles copias fudisset.

VELVT QVAEDAM ANIMALIA AMISSO ACULEO) e. c. Apes amisso aculeo mori, vel certe torpere, & nihil amplius operis facere dicuntur. & Aristoteles testatur, apiculam si percutiat & infingat aculeum alteri, vel illi euellatur, mori, cui Menander accinit:

Κέντρον ἄρ' πλὴν περὶ κάλλιπον ἐμμάπτεισα,

Κέντρον δὲ ζῶν τε φέρεθ' θανατόν τε μέλιτος ἤ.

Mordentes siquidem linguere proboscida fixam,

Qua vita & mortis causa est, mirabile dictu.

Alij negant mori, sed torpere, & fucos fieri. Plinium consule lib. 11. c. 17.

PAUCITATEM) Inde gnoma: Multitudini hostium impar, stultè certat praelio. Sed Alexander cõscijs sibi & suorum virtuti semper contempsit hostium multitudinẽ. non ignarus eius quod dicitur:

In praelijs virtus valet, non copia.

Amplius iuuat virtus, quam multitudo.

CILICIAE MONTES) montem Ciliciam omnes Geographi norunt, & quædam Ciliciæ pars ab asperitate montium & rupium τραχῆα dicitur.

ORDINES RAROS) non densos, paucos in ordinibus collocatos propter paucitatem exercitus.

EXTENTA) ne circumueniretur à multitudine Persarum.

VANAM) vacuam, inanem, quo sensu locutus est Curtius non semel.

NAM VLTIMI) (vel ex hoc loco pateat, orationes pleraque decum fictas à Curtio, quamuis subinde dicat summam orationis eius, ab Græcis non traditam, ac proinde non referat, vt aliarum argumenta ab illis accepisse credi possit. Sed reapse hic deprehensus inficiari vix possit ab ipso met excogitatam hanc forasle omnem parænesin. nec immeritò Acidalius idem suspicatur, cum subiicit: Oratorium videatur hoc, & imprudenti Curtio excidisse, dum ingenio indulget in oratione fingenda. Sanè suspectum ea dubitatio facit, qui Darius scire potuerit de ordinibus auersis. Bonis enim oculis & vix humanis necesse est fuisse, qui totam aciem visu permetiretur, & ad vltimos ordines ita penetraret, vt discrimina etiam agminum & posticus eorum peruideret. Nisi à transfugis accepisse credemus, quod solum excusando Curtio dici possit. Ac in eadem planè causa superius etiam illud est: Et profectò si qua diuinæ opis auguriã humana mente concipi possent, deos stare secum: illos nuper Macedonum animis subitam inculsisse formidinem: adhuc lymphatos ferri agique arma iacentes. Dubites enim & ibi, vnde idem tam citò de formidine hostium cognouerit. Sed esto apud transfugas & exploratores Curtio perfugium. Ita tamen omnia debebant temperari, vt nihil nisi verisimile dicatur, nihil admittatur: quod vel minimam excitare suspicionem queat dubie veritatis.

TERGA IAM PRAEBENT) quasi ad fugam intenti. Sed longè alia mens militi Alexandrino, quod mox sensit Darius: Quare verò terga prebuerint vltimi, verfabilis acies effecit Alexandri, de qua supra: non sanè vt fugerent, sed vt circumuenientem exciperent.

VNGVLIS EQVORVM POSSVNT) sed non est factum, nili in paucis.

BELLO VICERIMVS) Liui. l. 9. de hoc ipso Alexandro: Vno praelio victus Alexander, bello victus esset. Praelium & bellum, hoc differunt, quod bellum contineat multa sæpè praelia, multos duret in annos, vti decennale ad Troiam, Hannibal cum Romanis annos totos sedecim in Italia bellum gessit, tandem à Scipione victus in Africa factus est, se non solum praelio, sed bello etiam victum esse. Et primum bellum Punicum nauale annis durauit quatuor & viginti: & quadriennale hoc iam Persicum, & hodie Hollandicum & Hispanicum ad annos sexaginta. Praelium sæpè vno die aut hora etiam conficitur. In bello sunt impedimenta, lixæ, calones, feruitia, sœminæ, pueri, infantes, castra: In praelio stat tantum miles armatus, & pugnat. Bellum continet expeditiones, itinera, apparatus bellicum, inducias: In praelio nullæ induciæ. Sæpè tamen fieri potest, vt vno praelio bellum conficiatur, vbi hostis ad interfectionem prima pugna deletur. Bellum cum Dario Persicum tribus praelijs perpetratum est, Granico, Issico, Gaugamelico.

NEC ILLIS ADFVGAM LOCVS EST) Factus est hoc & Alexander in extrema sua oratione, sed hoc ipso segniore ad fortiter pugnandum excitauit: non enim vt fugeret, venit, sed vt vinceret.

PRAEDA GRAVE) Sed prædam Alexander & sarcinas & impedimenta ab acie remouerat, & in valle cum præsidio modico collocarat. Argumenta parum firma ad persuasionem.

VICTORIRE ET FRUCTVS) victoria, quam ab implicatis spolijs facile extorquebimus; fructus, quia spolia victis detrahemus. in aere nidos ponit Darius.

ARMA ESSE, NON CORPORA) Macedones omnes bellis prioribus attritos, praesentem Alexandri militem peregrinum esse, non Macedonicum. Sed Alexander noua semper supplementa ex Macedonia accepit, nam secundis etiam praesentibus, inquit Curtius, copia atterebantur. Quin multas Macedonum legiones ex India secum Babylonem post omnia praesentia reduxit. Aliter sensit Darius, quam dixit; imo Curtius finxit.

ALEXANDER VNVM ANIMAL EST) Liuius de eod. Alex. *Quantalibet magnitudo hominis concipiat animo, vnus tamen ea magnitudo hominis erit.* Animal per contemptum appellat Darius: sed hircus iste Graecus, arietem Persam in terram dicerem hircavit, si fas; Curtius, arietavit, dixit.

TEMERARIVM) quod cum tantis copijs congregari non veritus sit, nec vereatur cum multo nunc maioribus conferere manus. Gnome rursum Curtiana, ab alijs in senarium redacta:

Nil est diuturnum, ratio cui sua non subest.

Et: *Felix temeritas haud facile inuenit modum.*

Cap. 24. lib. 8. Curtius de Hegefimacho & Nicanore: *Ceterum in Macedonum exercitu temeritate atque audacia insignes fuere Hegefimachus & Nicanor, nobiles iuuenes, & perpetua partium felicitate ad spernendum omne periculum accensi. Quis ducibus promptissimi iuuenum lanceis armati modo tranauere in Insulam quam frequens hostis tenebat, multosque Indorum nulla re melius quam audacia armati interemerunt. Abire cum gloria poterant, si vnquam temeritas felix inuenerit modum. Sed dum superuenientes contemnit & superbe quosque expectat, circueunti ab his qui occulti enauerat, eminus obruti telis sunt.* Sed enim:

Felicitatis nulla ratio redditur.

Nisi quod: *Felicitas vbi est, ibi & sapientia est.*

FORTVNA VNVMQVAM SIMPLICITER INDVLGET) perpetuo loquitur sententias Darius, qui regionibus & locis prope suis omnibus amissis vertitur ad communes locos. Captatum venit fortuna, vt Publius Syrus testatur, & amans varietatum, prope est semper inimica iustitiae, vt apud Vopiscum quaeritur Carus, vel Vopiscus in Caro.

ANNOS CCXXX) addunt nonnulli vnum ad xxx. sed historici plenum plerunque numerum sequuntur. Ducenti porro anni & xxx. hoc modo colliguntur.

Primus Rex Persarum

	Cyrus annos		30
II.	Cambyfes		8
III.	Magi	menses 7	
IV.	Darius Hystaspis F.		36
V.	Xerxes		20
VI.	Artabanus	menses 7	
VII.	Artaxerxes μακρόχειρ		40
VIII.	Xerxes	menses 2	
IX.	Sogdianus	menses 7	
X.	Darius Νόδ		19
XI.	Artaxerxes Μνείμων		40
XII.	Artaxerxes Ωχ		26
XIII.	Arfes		4
XIV.	Darius		6

Qui mensibus tribus & viginti adiunctis efficiunt annos 230. menses vndecim, quos neglexit Darius, quod annum non solidum efficiant.

SECUNDO CVRSV) Haud scio quam secundo, Cyrus cum omnibus copijs simul ab Scythis & Scytharum regina Tomyri deletus.

Herodotus
Iustinus
alij.

Cambyfes obruto & sepulto arenis exercitu postmodum ipse sibi manus intulit.

Magi ab coniuratis Persis interfecti.

Darius bella cum Scythis & Graecis infeliciter gessit.

Xerxes ab Graecis victus ab Artabano praefecto occisus est.

Nec alij multum his feliciores. Sed omnium infelicissimus fuit Darius hic vltimus, qui vitam cum toto regno amisit. Itaque parum secundo cursu ad summum fastigium reges Persarum ad imperium uecti sunt.

MODO GRAECIS BELLVM VLTRO INFEREbam vs) Darius Hystaspis primus Graecos bello petijt, & Macedoniam domuit. Deinde Xerxes totam Graeciam milite barbaro inundauit, & Herodotus Iustinus. quinquagies centena millia, vel (vt alij) septuagies centena per Hellepontum in Graeciam deportauit. Curtius ipse supra: *Cum adierat Graecos, admonebat, ab ijs gentibus illata Graecia bella: Darij prius, deinde Xerxis insolentia, aquam ipsam, terramque populantium, vt neque fontium haustum, nec solitos cibos relinquerent. dedita deis templa ruinis & ignibus esse deleta: vrbes eorum expugnatas, foedera diuini humanaeque iuris violata referebat.* Senianus apud Senecam Suas. 2. p. 16. declamatorem: *Terras armis obsidet (de Xerxe loquitur) caelum sagittis, maria vinculis.*

Li. 3. c. 19.

Suas. 2. p. 16.

LACO-

Cap. I.

Lacones nisi succurreris, mundus captus est. Rursum Curtius c. 1. lib. hoc quarto: *Ille cuius nomen sumfisti Darius, Græcos, qui oram Hellefonti tenent, coloniasque Græcorum Ionias omni clade vastavit. cum magno deinde exercitu mare traiecit, illato Macedonia & Græcia bello.* &c. Sed de his iam suprâ dictum.

IMPERIVM, QVIA MVTVO AFFECTAMVS, VNA GENS NON CAPIT) Quod de Alexandro Philippus pater, *Aliud regnum quare, Macedonia te non capit.* hoc vicissim Darius de se & Alexandro, & generatim de omnibus pronunciat. Imperium nostrum & animum imperandi nostrum vna gens nobis subiecta non capit, quia alter alterius regnum affectat: tanta est libido regnandi, quod potissimum de Alexandro etiam poeta dixit:

Vnus Pellao iuueni non sufficit orbis.

Regno potentes plura quam fas est, petunt, inquit Iambus, Senecam ad Hippolitum consule v. 213.

SI SPES NON SVBESSET) qua excitandi sumus. Spes animos ad facinora illustria excitat.

NECESSITAS TAMEN) Necessitudo vel timidus fortes facit, vt Catilina apud Sallustium loquitur, *Δεινὸς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχυρότερον.* *Vrgente necessitate nihil potentius.* Ita Valerius testatur, *Humana imbecillitatis efficacissimum duramentum est, necessitas.*

Lib. 2. c. 7.

MATREM) Sisygambem.

DVAS FILIAS) Saptinam & Statiram, quam postea duxit Alexander.

OCHVM) filium.

DV CES VESTROS) quos iam tum pro regibus & reginis habebatis.

CAPTIVVS SVM) in matre & liberis.

EX VINCVLIS) Has nunquam vinxerat Alexander, sed in libera custodia liberaliter semper habuit.

PRO QVIBVS MORI NON RECVSATIS) si mori non recusant, quid opus adhortatione? Equidem legendum censeam: *mori non recuso.* vt Iunianum habet exemplar & Colonienſe.

CONIVGEM) Statiram, quam nullo carcere conclusit Alexander: Sed quia captiva, quasi carcere detentam *καταχρηστικῶς* dixit.

PATRIOS DEOS) qui sint Dij patrij ipse exponit, cum solem & æternum ignem appellat.

RÈGES FASTIDIVNT) Darij mater, filius, & filia ita oderunt Græcos, vt nec imperare quidē ipsis velint. oratoricè hoc, non historicè. Minus contentus ijs quæ dixit, admouet vltimos arietes & machinas ad animos militum, vt prælium contanter incant, excitandos & inflammandos, preces in quâ, per quæ deos patrios rogat, & Cyrum conditorem regni Perfarum. Dij patrij Perfarum fuere Iupiter, sol sub Mithræ nomine, Oromazus, seu Oromasus Arimanes, Luna, Venus, Ignis, Aqua, Flumina, Tellus, Ventis.

EFFVGIT MORTEM QVISQVIS CONTEMPSERIT) *Mortem effugit miles qui mortem non timet.*

Audaces fortuna iuuat timidosq, repellit.

Maximum in pugna periculum maxime timentibus.

Aude etia, audere principium victoriæ est.

Aude tantum, Deus forsque audacem iuuant.

Audendo virtus crescit, tardando timor.

Timidi nullius pensifunt.

Αρης γαρ οὐδὲν τῶν κακῶν λογιζεται.

IMITEMINI ME) vt supra Alexander c. 33. *Exercitus sequitur sui morem ducis.*

CAPVT XXXV.

ARGVMENTVM.

Alexander in Darium, hic in Alexandrum ducit agmen, in quem simul & falcatos currus non sine strage immittit. Mazæus Persa Alexandri impedimenta inuadit, quæ negligenda Alexander in præsens edicit. Prudentia Syfigambis laudatur.

Inte-




Mterim Alexander ut & demonstratum à trans fuga insidiarum locum circuiret, & Dario, qui laeuum cornu tuebatur, occurreret, obliquum agmen incedere iubet. Darius quoque eodem suum obuertit Besso admonito, ut *Maffagetae* Maffages equites in laeuum Alexandri cornu à latere inuehi iuberet. Ipse ante se falcatos currus habebat, quos signo dato uniuersos in hostem effudit. Ruebant laxatis habenis auriga, quo plures nondum satis prouiso impetu obtulerent. Alios ergo hasta multum ultra remonem eminentes, alios ab utroq; latere dimissa falces lacerare. Nec sensim Macedones cedebant, sed effusa fuga turbauerant ordines. *Maffages* quoq; percussis metum incussit mille equitibus ad diripienda hostis impedimenta circūuehi iussis, ratus captiuos quoq; qui semel afferuabantur, rupturos vincula, cum suis appropinquantes uidissent. Non fecellerat Parmenionem, qui in leuo cornu erat. Properè igitur Polydamanta mittit ad regem, qui & periculum ostenderet, & quid fieri iuberet consuleret. Ille audito Polydamante, Abinuncia, inquit, Parmenioni, si acie vicerimus, non nostra solum nos recuperaturos, sed etiam quae hostium sunt, occupaturos. Proinde non est quod virium quicquam subducat ex acie: sed ut me, ut Philippo patre dignum, contempto sarcinarum damno fortiter dimicet. Interim barbari impedimenta turbauerant, caesisq; plerisque custodum, captiuum vinculis ruptis, quicquid obuium erat quo armari possent, corripunt, & aggregati suorum equitibus, Macedones antipiti circumuentos malo inuadunt, letiq; circa Syligambim, vicisse Darium, ingenti caede prostratos hostes, ad ultimum etiam impedimentis exutos nūciant: quippe eandem fortunam ubiq; esse credebant, & victores Persas ad praedam discurrisse. Syligambis hortantibus captiuus ut animum à mœore alleuaret, in eodem quo antea fuit, perseuerauit. Non vox vlla excidit ei, non oris color vultusve mutatus est, sed sedit immobilis, credo praecoqui gaudio verita irritare fortunam, adeo ut, quid mallet, intuentibus eam fuerit incertum.

*Maffagetae.

OBLIQUVM AGMEN (λογὴ δὲ, inquit Aelianus, ἢ τὸ μὲν κέρασ ὁπότερον ἀνὰ προῦρα ῥηται, πλησίον τῶν πολεμίων ἔχουσα, & ἐν αὐτῷ τὸν ἀγῶνα ποιεμένη, τὸ δὲ ἕτερον ἐν ἀποστάσει δι' ὑπομονῆς ἔχουσα. Obliqua phalanx dicitur, quae è cornibus alterutrum, quodcumq; visum fuerit hostibus, proximè obijcit, in eoq; certamen facit, alterum vero quasi subsidium aliquo interuallo detinet, euentum expectans. Vegetius. Secunda depugnatio est obliqua, quae plurimis melior. In quasi paucos strenuos loco idoneo ordinaueris, etiamsi multitudine hostium & virtute turberis, tamen poteris reportare victoriam. Huiusmodi est modus: Cum instructa acies ad congressum veniunt, tunc tu sinistram alam tuam à dextra aduersarii longius separabis, ne vel missilia ad eam, vel sagittae perueniant. Dextram autem alam tuam sinistræ alæ illius iunge, & ibi primum inchoa praelium: ita ut cum equitibus optimis, & probatissimis peditibus sinistram partem illius, ad quam te iunxeris, aggrediaris atque circumneas, & detrudendo atque supercurrendo, ad hostium terga peruenias. Quod si semel aduersarios exinde pellere cœperis, accedentibus tuis indubitata victoriam consequeris, & pars exercitus tui, quam ab hoste submoueris, securâ durabit. Ad similitudinem autem A literæ, vel libellæ fabrilis, acies in hoc dimicandi genere constituntur.

Aelia. c. 29
Lib. 3. c. 20
v. 7. à fine

IN LAEVVM ALEXANDRI) Alexandri dextrum erat laeuum Dario, Dario dextrum erat laeuum Alexandro.



FALCATOS CVRRVS BEVV DIT) Arrianus quadrigas falcatas innoxias per equites & phalanx Macedonum transisse docet. Plutarchus omnem curruum falcatorum mentionem intermisit. Siculus omnino cum Curtio sentit non paruum stragem per currus editam. Et Curtius mox infra: Pauca tamen enaserunt, & quæ hoc ipso capite sequuntur. Caterum formam & figuram falcatarum quadrigarum supra ostendimus.

Diod. Siculus p. 533
534.

TURBAVERANT ORDINES) primus error curruum nonnullos terruit & turbauit, sed phalanx interrita excepit.

POLYDAMANTA MITTIT) qui ipsum postea Parmenionem opera Cleandri interfecit.

ABI NVNCIA) valdè laudat hoc consilium Alexandri Curtius infra: Magna, inquit, consilio iacturam sarcinarum impedimentorumque contempsit. Apud Plutarchum vehementer

Plut. in vi.
cap. 21. f.

exagitatur Parmenio, quod impedimentorum causa turbaretur in conflictu: *Max. eiusq. turmas aliquot equitum aciem circumuectas inuadere iussisset impedimenta. Ita utraque re consternatus Parmenio, misit ad Alexandrum nuncios, qui significarent ei transactum esse de castris & impedimentis, ni propere firmiter subsidium ex prima acie nouissimis submisisset. Eodem articulo dederat signum pugnae: verum ut Parmenionis mandata audiuit, negauit eum sanum esse, neque constare mente, sed praesternatione oblitum, acquirere victores etiam hostium opes, victis vero laborandum esse non de sarcinis, neque de mancipijs, verum ut pugnantes cadant, quam honestissime & fortissime.*

IMPEDIMENTA TURBAVERANT.) Hæc referunt & Siculus, & Arrianus, & Plutarchus. de Sisygambe Arrianus & Plutarchus tacent. Siculus illam multum commendat.

Aufonius.

SISYGAMBIS.) Admiranda prudentia grauisimæ matronæ, cuius laus infra redit, præsertim in morte Alexandri non credit, ut vulgus, primis rumoribus quantumuis lætis, non ignara, aleam belli & prælij incertam, ante perpetratum bellum mobili fortunæ non fidendum. Itaque mansit eodem habitu, vultu, ore, ne præcoci & præcipiti gaudio fortunam concitaret.

Siculus p.
5 s. ante
med.

Quamuis philosophorum & poetarum gnomas ignoraret, fortunam reuerenter habendam, ostendit facto ipso, quid in tali temporis articulo fieri deceret. Nam si ad nuncium lætiorem exiisset, Alexandrum diris deuouisset, Darium laudasset, omnia ad victorem fuissent delata, & pristinam victoris gratiam, benevolentiam, clementiamque corrupisset. Accinit Curtio Siculus, vel potius huic ille: *Tum captiua quidem alia ad barbaros se recipiunt. At Darij mater Sisygambe à cæteris (ad discessum) inuitata non assentitur, sed beneuola quadam affectione, quietè se loco continet: dum nec dubijs fortuna casibus fidem habet, nec gratia erga Alexandrum mentis officium deferendum arbitratur.*

COLOR VULTVSQVE MUTATVS EST.) Frons, oculi, color vultus, sunt indices animi certissimi. Et in oculis est sedes animi, omneque affectus prodit. Est tamen cum mentiuntur, *Cic. Frons, oculi, vultus, persæpe mentiuntur, præsertim apud Iaponas.*

CAPVT XXXVI.

ARGVMENTVM.

Ad impedimenta Alexandri, ingens certamen est, Menidas à Scythis fugatur, cui Aretes succurrit. Falcati currus cum aurigis præter paucos superati, vltimam tamen aciem Alexandri lacerant. Aretes à Bactrianis in fugam vertitur, qui triumphum ante victoriam canunt. Alexander dextrum cornu Darij inuadit, propè circumuentus, defenditur ab Agrianis, pugnatur vtrinque summa ope, summis viribus. Alexandro felix omen aquilæ obijcitur. Auriga Darij occiditur, læuo eius cornu in fuga verso, & ipse deliberat de fuga, aut nece sibi inferenda: quam imminente Alexandro, fugæ

fugæ postponit, quem persequitur Macedo, nec
 assequitur.



Inter hæc Menidas præfectus equitum Alexandri, cum paucis turmis
 opem impedimentis laturus aduenerat, & incertum suone consilio an
 regis imperio. Sed non sustinuit Caucalorum Scytharumq; impetum:
 quippe vix tentato certamine refugit ad regem, amissorum impedi-
 mentorum testis magis quam vindex. Iam consilium Alexandri vice-
 rat dolor: & ne cura recuperandi sua, militem à pralio auerteret, non
 immeritò verebatur. Itaque Aretem ducem hastatorum, Sarissophoros

vocabant, aduersus Scythas mittit. Inter hæc currus, qui circa prima signa turbauerant a-
 ciem, in phalangem inuerti erant. Macedones confirmatis animis in medium agmen accipi-
 unt. Vallo similis acies erat iunxerant hastas, & ab utroque latere temere incurrentium ilia
 suffodiebant. circuire deinde currus, & propugnatores præcipitare cæperunt. Ingens ruina
 equorum aurigarumque aciem compleuerat. Hi territos regere non peterant, equi crebra
 iactatione ceruicium non iugum modò excusserant, sed etiam currus euerterant. vulnerati
 interfectos trahebant, nec consistere territi, nec progredi debiles poterant. Pauca tamen eua-
 sere quadriga in vltimam aciem, ijs quibus inciderunt miserabili morte consumtis. quippe
 amputata virorum membra humi iacebant, & quia calidis adhuc vulneribus aberat dolor,
 trunci quoque & debiles arma tamen non omittebant, donec multo sanguine effuso exani-
 mati procumberent. Interim Aretes, Scytharum qui impedimenta diripiebant, duce occiso,
 grauius territis instabat. Superuenerunt acinde à Dario Bactriani, pugnaq; vertere fortunam.
 Multi ergo Macedonum primo impetu obruti sunt, plures ad Alexandrum refugerunt.
 Tum Persa clamore sublato, qualem victores solent edere, ferociter in hostem quasi proflig-
 atum incurrunt. Alexander territos castigare, adhortari, pralium quod iam elanguerat, so-
 lus accendere: confirmatisque tandem animis ire in hostem iubet. Rarior acies erat in dextero
 cornu Persarum. namque inde Bactriani decesserant ad opprimenda impedimenta. Itaque
 Alexander laxatos ordines inuadit, & multa cade hostium inuehitur. At qui in laevo cornu
 erant Persæ, spe posse eum includi, agmen suum à tergo dimicantis opponunt. Ingensque pe-
 riculum in medio herens adisset, ni equites Agriani calcaribus subditis circumfusos regi
 barbaros adorti essent, auersosq; cadendo in se obuerti coegissent. Turbata erat utraque
 acies. Alexander & à fronte, & à tergo hostem habebat; qui auerso ei instabant, ab Agria-
 nis equitibus premebantur. Bactriani impedimentis hostium direptis reuersi, ordines suos
 recuperare non poterant. plura simul abrupta à cæteris agmina. vbiicumque alium alijs
 fors miscuerat, dimicabat. duo reges iunctis propè agminibus pralium accendebant. Plures
 Persæ cadebant, par fermè viringue numerus vulnerabatur. Curru Darius, Alexander
 equo vehebatur. Vtrunque delecti tuebantur, sui immemores: quippe amisso rege nec vole-
 bant salui esse, nec poterant: ante oculos sui quisque regis mortem occumbere ducebant
 egregium. Maximum tamen periculum adibant, qui maximè tuebantur: quippe sibi quis-
 que casi regis expetebat decus. Cæterum siue ludibrium oculorum, siue vera species fuit,
 qui circa Alexandrum vidisse se crediderunt paullum super caput regis placide volantem
 aquilam, non sonitu armorum, non gemitu morientium terriam: diuq; circa equum Alex-
 andri pendenti magis quam volanti similis apparuit. Certè vates Aristander alba veste
 indutus, & dextera præferens lauream, militibus in pugnam intentis auem monstrabat,
 haud dubium victorie auspiciam. Ingens ergo alacritas ac fiducia paulò ante territos ac-
 cendit à pugnam, utique postquam auriga Darij, qui ante ipsum sedens equos regebat, ha-
 sta transfixus est. Nec aut Persæ, aut Macedones dubitauerunt, quin ipse rex esset occisus.
 Lugubri ergo ululata & incondito clamore gemituq; totam ferè aciem adhuc equo Marte
 pugnantium turbauerunt. cogniti Darij & armigeri lauram tuentes in fugam effusi destitue-
 rant currum, quem à dextera parte stipati in medium agmen receperunt. Dicitur acinacè
 stricto Darius dubitasse, an fugæ de decus honesta morte vitaret. Sed eminens currum nondum
 omnem suorum aciem pralio excedentem destituere erubescerat: dum inter spem & despera-
 tionem hæsitat, sensim Persæ cedebant, & laxauerunt ordines. Alexander mutato equo, quip-
 pe plu-

pe plures fatigauerat, resistentium ora fodiebat, fugientium terga: iamque non pugna, sed caedes erat, cum Darius quoque currum suū in fugam vertit, hærebat in tergis fugientium victor, sed prospectum oculorum nubes pulueris, qua ad cælum ferebatur, abstulerat. Ergo haud secus quam in tenebris errabant, ad sonum nota vocis, ut signum, subinde coeuntes. Exaudiebant tamen strepitus habenarum, quibus equi currum vehentes identidem verberabantur: hac sola fugientis vestigia excepta sunt.

INTER HÆC MENIDAS.) De hoc suprâ cap. 27. & infrâ lib. 7. c. 24. Arrianus peregrini & mercenarij militis ductorem suprâ fecit. libri omnes habent Amyntam pro Menida, qui vicarius Amyntæ fuit.

SVO, AN REGIS CONSILIO.) Videtur regis: nam Parmenio Polydamanta miserat ad regem, vt periculum de impedimentis doceret. Sed duces tamen minores in ardore prælij non semper expectabant regum imperia, sed quod vltus & necessitas monebat, quodque fieri velle imperatorem credebant, exquebantur.

CAUCASIORVM.) Horum tamen suprâ cap. 27. vbi omnes Darii secutæ gentes memorantur, mentio nulla est. Occurrit Cadusiorum rescribendum; quod apud Siculum distertè duo milia Cadusiorum, & totidem Scytharum ad diripienda impedimenta à Mazæo sint immissa. Iuniana Curtij editio exertè Cadusiorum præfert; in ora verò Caucasiorum.

CONSILIVM VICERAT DOLOR.) Quod consilium? quod ante Parmenioni dederat, vt impedimenta negligeret, ex acie nullum subduceret, qui impedimentis succurreret. Sed postquam Menidas alter nuncijs & quidem victus accessit, veritusne miles, qui in acie stabat, si resciret impedimentorum direptionem, ex acie ad recipienda impedimenta concurreret, de quo periculo doluit Alexander, quod cogeretur impedimentis succurrere.

ARETEM.) Præfectum equitum Sarrissophorum.

INTER HÆC.) vides has voces Curtio millies iteratas, vt Sigonio omnibus paginis *Instituit, & institit*, nec semper Latino significatu.

CVRRVS.) Falcatis, de quibus supra.

lib. 15. de munit.

VALLO SIMILIS ACIES.) Vallum, inquit Isidorus, est, quod mole terræ erigitur, vt custodia prætendatur. dictum autem vallum à *vallis*. Nam valli fustes sunt, quibus vallum munitur. consule Lips. de mil. Romana. Stevvech. ad 4. Vegetij cap. 28. Phalanx ergo Macedonica in duas diuisa partes falcatis quadrigis spacium medium transcurrendi, dedit, & vtrinque sarissas longas in modum valli composuit, vt si currus in latum conarentur declinare, in aciem valli & præfixas hastis cuspides & spicula, quæ velut tergum echini efficiebant & horrebant, incurrerent.

PROPVGNATORES.) Ex ipso curru vnâ cum aurigis pugnantes.

ARETES SCYTHARVM DVCE OCCISO.) Nouum certamen ad impedimenta Alexandri. Suprà à Cadusijs & Scythijs Menidas repulsus erat, nunc Scythæ ab Aretes vrgentur, suumque ducem amittunt. Aretes rursus à Bactrianis oppressus est, alternante fortuna, vt nunc hi, nunc illi vincerent aut succumberent, ita vt victores rursus Darii triumphum (ante plenam tamen victoriam, mox ipsi victi) canerent.

MVLTII MACEDONVM OBTRITI.) Ex hoc sanè loco apparet Alexandrum non in sceminas, quod auunculus eius Epirota Alexander à Brutijs & Lucanis ad Acherusium occisus dixerat, sed in viros & martiales illos, præsertim Bactrianos incidisse. Atque hæc est fors alioqui Martis, vt nunc hi, nunc illi vincant: vt proinde non immeritò dicatur Homero *ἄρης ἄλλοπρόσαλλον*.

ἄλλοπρόσαλλον vocauit Homerus Martem, propter ipsius Martis inconstantiam, qui nunc huic, nunc illi gratificatur.

ALEXANDER TERRITOS CASTIGARE.) Viden, quantum in duce & imperatore situm sit? Alius fugam spectasset, Alexander nunquam magis decertauit, omnesque suo exemplo ad præliandum accendit, vt verum sit vulgò dictum: *In ducis exemplo & consilio virtutem militum esse sitam.*

In Curt.

lib. 4. Animag. p. 48. f. 2.

BACTRIANI DECESSERANT AD OPPRIMENDA IMPEDIMENTA.) Acidalius pro *opprimendis* scribit *obtinendis*: *siccine*, inquit, nunc demum ad opprimenda, quæ alijs iam oppresserant, id est, inuaseraunt. Nam eam vim id verbi habet, vt sit improvisò adorti. Malim igitur hic *obtinenda*. Res ita est. Venerant Bactriani subsidio Scythi, qui cum impedimenta diriperent, occiso ipsorum duce, iam territi erant, ac panè profligati. His inquam subsidio venerant illi tantum, vt qua ab alijs occupata, cum amittendi periculum esset, obtinerent. Liqueat ex præcedentibus his maxime: Interim Aretes, Scytharum, qui impedimenta diripiebant, duce occiso, grauius territis intabat. Superuenere deinde à Dario Bactriani, pugnaque vertere fortunam. Sed cum omnes membranæ & editiones alteram scripturam præferant, religioni fuit Acidalium sequi, præsertim cum etiam auctori, veteri quoque scriptura retenta, iusta sententia constet. Aretæ enim

enim

enim inexpectatus erat Bactrianorum aduentus, sicut Scythis Aretæ. Cæterum Bactrianos non omnes qui cum Dario erant, ad impedimenta excurrisse existimo, sed illud mille quod in læuo cornu Darij erat, de quo cap. 27. Erant in acie Bactriani admodum nouem equitum millia, octo ducebat Bessus, mille separata erant, quæ missa Scythis suppetias credo, quando de Besso hic nulla est mentio; & Darius seipsum nimis nudasset, amissis abs se omnibus Bactrianis.

NI EQVITES AGRIANI.) Qui in subsidijs cornuum à latere collocati, ad omnes subitos euentus parati erant.

TURBATA ERAT VTRAQUE ACIES.) Non malè distinxit Acidalius, Turbata erat vtraque acies. Alexander & à fronte, & à tergo hostem habebat. Qui auerso ei instabant, ab Agriani equitibus premebantur. Bactriani. Verborum intellectus non est obscurus, Agriani Alexandrum à tergo defendebant, ipse seipsum à fronte.

BACTRIANI DIREPTIS IMPEDIMENTIS.) Ipsi enim aduenientibus contra Aretem, fors fortunæ versa est, abactus, multis suorum amissis, Aretes.

RECUPERARE ORDINES NON POTERANT.) Quia Agriani intercesserant, eorumque locum & ordinem occuparant.

MORTEM OCCVMBERE.) Ita Iambus diuerbio iactatus testatur.

Mortem oppetere ante oculos regis, pulcherrimum est.

Hoc fufius exponit Siculus.

MAXIME TVEBANTVR.) Non se, sed regem suum.

VOLANTEM AQVILAM.) Eandem historiam Plutarchus quoque memorat, sed id ait contigisse antequam Alexander prælium iniret. ὁ δὲ μάντις Ἀλέξανδρον, χλαμίδα λευκὴν ἔχων καὶ χρυσοῦν σέφανον ἐπέδεικνυτο περιπτύων ἀετὸν ὑπὲρ κεφαλῆς Ἀλέξανδρου συνεπαμαρῶμενον, καὶ χειρὸν ἔχοντα τῇ πηχέῃ ὄρθιον ἐπὶ τοὺς πολεμίους· ὅσα πολὺ μὲν δάσος ἐγγενέσθαι τοῖς ὄρασι, ἐκ δὲ τῶ δαρρῆν καὶ παρακαλεῖν ἀλλήλους δρόμῳ τοῖς ἵπποισιν ἱεμένοις ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐπικυμαίνει τὴν φάλαγγα. Vates Aristander candida lana amictus, coronamq; auream gestans, qui iuxta Alexandrum vehebatur, ostendit super verticem eius aquilam sublimem volare, cursumq; rectè à dirigere in hostes. Vnde ingens spectantes incessit alacritas: ex alacritate autem & mutua adhortatione, admissio in hostem equitatu, instar fluctus ingruit phalanx.

ALBA VESTE.) De more, vbi vel publicè sacrificandum, vel quid agendum erat.

LAVREAM. Victoriæ signum & auspicium.

HASTA TRANSIENS.) Ab ipso Alexandro, vt auctor est Siculus. Dumq; Imperator Imperatorem infesto animo petit, misso in Darium iaculo Alexander, ipsum quidem non contingit, sed aurigam illi adfidentem feriens profternit.

LVGVERI ERGO VLVLATV.) Nec MSS. cum editis, nec editi & MSS. cum Criticorum censura conueniunt. Vulgati antiquiores ita leguntur, Lugubri ergo vlulatu & incondito clamore gemituq; totam ferè aciem adhuc æquo Marte pugnantium turbauere. Cognati Darij, & armigeri, læuumq; tuentes cornu in fugam effusum destituerant currum, quem à dextra parte stipati in medium agmen receperunt. Constat huic vulgatæ qualicumque scripturæ sua tamen sententia, in hunc modum: Persæ (quos priori versu nominarat) lugubri vlulatu & incondito clamore gemituque totam ferè aciem adhuc æquo Marte pugnantium turbauere. Cognati verò Darij, & armigeri, & illi qui sinistrum cornu, in quo Darius erat, tuebantur, in fugam effusi currum destituerant, quem ij qui à dextra parte pugnant, in mediam aciem receperunt. Chartæ & membranæ eundem locum his verbis consignant: Lugubri ergo vlulatu & incondito clamore gemituq; totam ferè aciem adhuc æquo Marte pugnantium turbauere, cognati Darij & armigeri, læuoq; cornu in fugam effuso, destituerant currum, &c. Paulò meliùs & expeditiùs hæc scriptura habet. Acidalius optimè, quamuis nulla auctoritate nixus, sed è re præfenti & ingenio: Turbauere cognati Darij: & armigeri læuam tuentes in fugam effusi destituerant cornu, quem à dextra stipati in medium agmen acceperunt. Armigeri, inquit, ad læuum Darij latus positi, occisum eum nunc rati, in fugam se dabant, curru destituto, quem alij ad dextram stabiles & firmi, in agmen suum recipiunt, vndique circumfusi. Sæpè perbene Acidalius, nisi quod à Curtio longius abeat, cuius ego syllabas retinendas arbitror tolerabili, & verò sensu non obnitente. Alio qui nemo negat, sæpè mutatis aut sublatis oculis nunc his, nunc alijs, aut etiam suffectis clariorem sensum effici posse: sed id est explanare Curtium, non illius verba recensere: præfertim quando codex suffragatur. Cæterum sententiam & emendationem Acidalij etiam Siculus affirmat cum dicit, Latus alterum læuum vtique fuisse nudatum.

DICITVR DVBITASSE AN FVGAE DEDECVS HONESTA MORTE VITARET.) Iu. lib. 11. Suetonius Suet. c. 35. Cæsarem quoque vltimo prælio in Hispania de consciscenda sibi nece cogitasse refert. de quo Lucianus.

Vltima funesta concurrunt prælia Munda.

Multi alij in extremis sæpè periculis sibi ipsi omnino violentas manus intulerunt, M. Brutus, Otho, alij, vt omittam oppida & ciuitates; castra tota apud Cæsarem.

CVRRVV IN FVGAM VERTIT.) Eadem narrat Siculus, vt Curtius transfulisse quasi me-

cap. 21. lib. 3. taphraftes totum hunc locum videatur. tute locum planè Curtio geminum lib. 17. pellege. Plutarchus non curru, sed equa recens edito sætu abrepta Darium euasile tradit, quod Curtius in pugna Iffica factum narrauit.

CAPVT XXXVII.

ARGVMENTVM.

Parmenionis læuum cornu à Mazæo adeò vrgetur, vti fugam iam circumspēctet, petit auxilium ab Alexandro, qui Darium fugientem persequetur. Sistit agmen indignabundus. Mazæus intellecto Darium fugere, mittit pugnam, & ipse percussus metu, tergum vertit. Darius media nocte Arbela peruenit. Describitur inde clades & strages cadentium, fugientium, persequentium, & immensa hostium sitis.



A*T in læuo Macedonum cornu, quod Parmenio (sicut ante dictum est) tuebatur, longè alia fortunà vtriusque partis res gerebatur, Mazæum cum omni suorum equitatu vehementer inuectus, vrgebat Macedonum alas. Iamq; abundans multitudine aciem circumuehi cæperat. tum Parmenio equites nunciare iubet Alexandro, in quo discrimine ipsi essent: nimaturè subueniretur, nõ posse sisti fugam. Iam multum viæ præceperat rex immineens fugientiu tergus, cum à Parmenione tristis nunciatus venisset: refrenare equos iussit, qui uehebantur; agmenq; constitit: frendente Alexandro eripi sibi victoriã è manibus, & Darium feliciter fugere equam sequi se. interim ad Mazæum superati regis fama peruenerat. Itaque quanquam validior erat, tamen fortunã partium territus, percussis languidius instabat. Parmenio ignorabat quidem causam sua sponte pugna remissa, sed occasione vincendi strenuè est usus. Thessalos equites ad se vocari iubet. Ecquid videtis, inquit, istos qui ferociter modò instabant, pedem referre, subitò pauore perterritos? Nimirũ nobis quoque regis nostri fortuna vicit, omnia Persarum cæde strata sunt. quid cessatis? anne fugientibus quidem pares estis? Vera dicere videbatur, & spes languentes quoque erexerat: subditis calcariibus prouerere in hostem: & illi iam non sensim, sed citato gradu recedebant; nec quicquã fugæ, nisi quod terga nõdum verterat, deerat. Parmenio tamè ignarus quænam in dextero cornu fortuna regis esset, represit suos. Mazæus dato fugæ spacio, nõ recto itinere, sed maiore, & ob id tutiore circuiũ Tigrim superat, & Babylonem cum reliquis deuicti exercitus intrat. Darius paucis fugæ comitibus ad Lycum amnem contenderat quo irauictò dubitauit an solveret pontem: quippe hostem iam affore nunciabatur. Sed tot millia suorum, qua nõdum ad amnem peruenerant, ponte reciso prædam hostis fore videbat. Abeuntem cum intactum sineret pontem dixisse constat, Malle insequentibus iter dare, quàm auferre fugientibus. Ipse ingens spaciũ fugæ emensus, media ferè nocte Arbela peruenit. Quis tot ludibria fortuna, ducum, agminum, cadem multiplicem, deuictorum fugam, clades nunc singulorum, nunc vniuersorum, aut animo assequi queat, aut oratione complecti? Propemodum seculi res in vnum illum diem fortuna cumulauit. Alij qua breuissimum patebat iter, alij diuersos saltus & ignotos sequentibus calles petebant. Eques pedesq; confusi sine ance, armatis inermes, integris debiles implicabantur. Deinde misericordia in metum versa, qui sequi non poterant, inter mutuos gemitus deserebantur. Sitis præcipuè fatigatos & saucios exurebat, passimq; omnibus riuus prostrauerant corpora, præterfluentem aquam hianti ore*

captant

capitantes: quàm cum auidè turbidam hausissent, tendebantur ex templo praeordia premente limo, resolutisq; & torpentibus membris, cum superuenisset hostis, nouis vulneribus excitabantur. Quidam occupatis proximis riuis deuerterant longius, ut quidquid occulti humoris vsquam maneret, exciperent. Nec vlla adeo auida & sicca lacuna erat ut vestigantium solum falleret. E proximis verò itineri vicis vlulatus senum feminarumq; exaudiebantur, barbaro ritu Darium adhuc regem clamantium.*

AT IN LAEVO MACEDONVM CORNU) Hanc narrationem testantur triumuiro quoque Graeci, Siculus, Plutarchus & Arrianus, nisi quod Parmenionem carpat Plutarchus ex Callisthenis sententia, perinde quasi optasset vinci Alexandrum. Curtius tamen ab omni Parmenionem suspicione absoluit, qui per Thessalos Mazæum quoque vicit, priusquam Alexander à persequendo Dario suis succurreret.

FORTVNA PARTIVM) fausta Alexandri, infelici Darij, quem iam in fugam actum cognorat, quod animum Mazæi propè iam victoris debilitauit. Quod vbi Parmenio sensit, hoc acrius hostem vrgere cepit.

CITATO GRADV) nondum solutis ordinibus, quasi recepturi se aliquò recedebant.

DATO FUGAE SPATIO) sapienter hoc Parmenio, ne fortè in insidias præcipitarent, ut aliàs; hosti fugienti pons sternendus aureus: cuius exempla haud pauca habes toto capite 6. lib. 2. apud Frontinum.

TIGRIM SVPERAT) quàm vadari poterat, versus septentrionem, vnde existit os eius, cum tamen Babylon esset meridiem versus, si fontes Tigris respicias.

DARIVS AD LYCV M AMNEM) tres cognomines Lycos reperio. In Armenia primum & maximum, qui in Phrygiam vsque transit, & in mare Euxinum exoneratur: alterum in Sicilia: tertium apud Augustam Vindeliciam, qui Suetiam à Bauaria diuidit, quem hic missum facimus. Lyci illius Asiatici mentio etiam aliàs apud Curtium lib. 1. c. 1. lib. 4. c. 32. & c. 38. Strabo: Capnus & Lycus Armeniæ flumina in Menandrum incidunt. Plura passim de hoc idem Geographus, Plinius, Eustathius, & alij. Sed quid Orosio in mentem fuit, cum vltimum prælium cum Dario in Cilicia ad Tarsum commissum ait: Immò quid Iustino, quem secutus est Orosius, uti & Marcoduranus ad cap. 17. l. 3. testatur. Commissum fuit hoc prælium in Assyria trans Lycum in Aturiæ campis ad vicum nomine Gaugamela, Auctore Strabone l. 16. Quàquàm enim Dionysius Halicarnassensis ad Aminem hanc pugnam τὴν ἐν ἄρβήλοις μάχην, Curtius prælium apud Arbela nominet, & Diodorus narrationem eius ita concludat. ἢ μὲν οὖν περὶ ἄρβηλα γένεθ μὲν παρατάξις τοῖσιν ἔσχε τὸ πέρασ: Plutarchi tamè in Alexandro verba sunt, τὴν δὲ μεγάλην μάχην πρὸς δαρείον δοκὸν ἐν ἄρβήλοις ὡσπερ οἱ πολλοὶ γράφουσιν, ἀλλὰ ἐν γαυγαμήλοις γένεθαι συνέπεσεν, id est, accidit ut magnum illud prælium cum Dario non in Arbelis, sicut plerique scribunt, sed in Gaugamelis contingeretur. Cum Strabone & Plutarcho facit Arrianus lib. 3. vbi tradit Darium castra in Gaugamelis ad Bumadum fluium ab Arbelis oppido stadia circiter LX. posuisse.

AN SOLVERET PONTEM) Iustinus: *Suadentibus deinde quibusdam, ut pons Cydni fluminis ad iter hostium impediendum. (Lyci debebat scripsisse) intercederet (ita cum Acidalio lego, non ut vltimo, intercluderetur) non ita saluti suæ velle consultum, ait, ut tot millia sociorum hostibus obiciat, debere & alijs fuga viam patere, qua paruerit sibi.* De ppnte eleganter etiam Gualterus proæuo suo, sed omnia ex Curtio. De Lyco & Arbelis etiam Arrianus affirmat, cum enim Darium narret Arbela peruenisse, debuit utique & Lycum, ut Alexander Darium insecutus, transisse.

MEDIA FERÈ NOCTE ARBELA PERVENIT) Alexander sub mediam noctem à Lyco mouit, interim elapsus est Darius, ut Arrianus docet.

SAECVLI RES) res vix intra centum annos tam multæ gestæ sunt, quam illo die ad Gaugamela.

DIVISI) certè diuersos scribendum.

QVIS TOT LVDBRIA) perelegans bellicæ cladis descriptio, & amplificatio.

DEINDE MISERICORDIA IN METVM VERSA) talis infra libro 9. c. 17. locus de ipsius exercitu Alexandri. Ergo sapius reuocati ne respicere quidem suos sustinebant, misericordia in formidinem versa. Illi relictis deos testes & sacra communia, regisque implorabant opem, & quæ ibid. miseranda sequuntur.

AVIA ET SICCA LACVNA) Ita Constantiensis codex: Modianus auida. Acidalio placet arida.

SITIS PRAECIPVE) Quia ad illam accendendam multa concurrerant, prælium, fuga, metus, cæcus, regio etiam in hieme calens. Gualterum audi:

*Curritur ad pontem, sed & intolerabilis æstus,
Et cursu duplicata sitis: languentia torrent
Viscera, & exhaustos sudor sibi vendicat artus,
Pulmonisq; vagas agitant suspiria cellas:
Vnde inopes vnde nemorum per denia docti*

Occulti laticis salientes, quarere venas,
 Omnibus incumbunt rimis, haust aq. gulose
 Cenosi torrentis aqua, præcordia limo
 Tensa rigent -----

Iam quæ sequuntur ingeniosè:

---- prænantem vterum simulare coactus
 Triste parit funus concepto flumine venter.

Et quæ ibidem plura. Sed poeta subinde Prisciani immemor offendit in syllabis, vt cum subiicit,

Obstruit occurrens vitales vnda meatus
 Aerag, in casis oclusum suffocat antris.

Extant passim apud historicos & poetas in sacris & politicis paginis exempla sitientium in bello copiarum, per inuia & auia sæpe ductarum. De quibus infra lib. 7. cap. 9.

CAPVT XX XVIII.

ARGVMENTVM.

Perfæ per fugam Lyco mersi, tantum aquæ hauserunt, vti plerique nunquam amplius sitirent. Alexander suos cohibet porro insequi volentes, parcerent ferro, seruarent vires meliori fortunæ; vertitque aciem ad Parmenionem, quem laborare acceperat. ipse in ipso reditu vltimum incurrit periculum, quod sola virtute, fuis hostibus qui se conglobauerant, euasit, Parmenio interim & ipse vicit. numerantur vtrunque cæsi, laudatur Alexander, & soli propè victoria tribuitur, nec tacentur præcipui duces, Hephæstio, Cænos, Perdiccas, Menides. additur epiphonema, Regem dignum tali milite, & militem tali rege.



Alexander (vt suprâ dictum est) inhibito suorum impetu, ad Lycum amnem peruenit, vbi ingens multitudo fugientium onerauerat pontem, & plerique, cum hostis vrgeret, in flumen se præcipitauerant, grauesq. armis, & prælio ac fuga defatigati, gurgitibus hauriebantur. tamq. non pons modò fugientes, sed ne amnis quidem capiebat agmina sua improvidè subinde cumulantes: quippe vbi intrauit animos pavor, id solum metuunt, quod primum formidare cæperunt. Alexander instantibus suis, impunè abeuntem hostem permittet sequi: hebetia esse tela, & manus fatigatas, tantoq. cursu corpora exhausta, & præceptum in noctem diei tempus causatus est: reuera de leuo cornu, quod adhuc in acie stare credebatur, sollicitus, reuerti ad ferendam operam suis statuit. Iamque signa conuertit, cum equites à Parmenione missi illius quoque partis victoriam nuntiant. Sed nullum eo die maius periculum adiit, quàm dum copias reducit in castra. Pauci eum & incompositi sequebantur ouantes victoria: quippe omnes hostes aut in fugam effusos, aut in acie cecidisse credebant: cum repente ex aduerso apparuit agmen equitum, qui primò inhibere cursum, deinde Macedonum paucitate conspecta, turmas in obuios concitauerunt. Ante signa rex ibat dissimulato magis periculo quàm spreto. Nec defuit es perpetua in dubijs

bis rebus felicitas namq; præfectū equitatus avidū certaminis, & ob id ipsum incautius in se ruentem, hasta transfixit. Quo ex equo lapsō, proximum, ac dein plures eodem telo confodit. In aasere turbatos amici quoq; nec Persæ inulticadebant, quippe non uniuersa acies, quàm hæc tumultuaria manus uehementius iniere certamen. Tandem barbari cum obscura luce fugatior uideretur esse, quàm pugna, diuersi agminibus abiere. Rex extraordinario periculo defunctus incolumes suos reduxit in castra. Cecidere Persarum, quorum numerum victores inire potuerunt, millia XL. Macedonum minus quàm CCC. desiderati sunt. Caterum hanc victoriam rex maiore ex parte virtuti sua debuit animo, non (ut antea) loco uicit. Nam & aciem peritissimè instruxit, & promptissimè ipse pugnavit, & magno consilio iacturam sarcinarum impedimentorumq; contempsit, cum in ipsa acie summa rei uideret esse discrimen: dubioq; adhuc pugna euentu, pro victore se gessit: percussos deinde hostes fudit: fugientes, quod in illo ardore animi vix credi potest, prudentius quàm auidius persecutus est. Nam si parte exercitus adhuc acie stante, instare cedentibus perseuerasset, aut sua culpa victus esset, aut aliena virtute vicisset. Iam si multitudinem equitum occurrentium extimuisset, victori aut fædè fugiendum, aut miserabiliter cadendum fuit. Ne duces quidem copiarum sua laude fraudandi sunt, quippe vulnera qua quisque excepit, indicia virtutis sunt. Hephæstionis brachium hasta ictum est. Perdiccas ac Canos & Menides sagittis propè occisi. Et si verè estimare Macedones, qui tunc erant, volumus, fatebimur & regem talibus ministris, & illos tanto rege fuisse dignissimos.

PAUOR INTRAT) nihil enim amplius prouidet, sed proxima arripit. verè enim Ennius apud Ciceronem: Pauor sapientiam omnem ex animo expectorat. Pauoris enim & consilij propè nulla est copula.

QUOD PRIMVM FORMIDARE COEPERVNT) primum erat quod metuebant, imminentem à tergo hostem; & à fronte Lupum seu Lycum amnem agmina simul tota haurientem non metuebant.

IMPROVIDE) al. improvida fuga, al. improvida fuga. seruo MSS. lectionem improvide subinde cumulant.

ALEXANDER INSTANTIBVS SVIS) Hoc dicit Curtius. Alexander cum ad Lycum peruenisset, constitit, non ulterius hostem certatim fugitantem infecuturus, quod ipsius miles auidus cædis ægrè tulisse videtur, quando ita vrsit regem, uti sibi, hostem sequi & in fuga ad interuentionem delere, pateretur; adeoque non prælium, sed bellum etiam perpetraretur. Sed Alexander, nuncio per equites à Parmenione missos accepto, lætum cornu Macedonum in acie stare, & à Mazæo uehementer premi, ægreque à fuga contineri, sollicitus de suis, dissimulata vera causa respondit suis, hebetia esse tela, & multa cæde & sanguine retusa, parcerent ferro, parcerent etiam sibi ipsi prælio, cursu, cæde fatigatis, noctem etiam imminere: interim reuera de Parmenione sollicitus, cui statuit opem ferre.

NULLVM EO DIE MAIVS PERICVLVM ADIIT) Quia vicissatim sæpe voluit victoria, ut qui modò uicit, repente vincatur, quod propemodum hic vlti venit Alexandro. Dum enim conuerteret signa, per equites alios à Parmenione submissos in ipso reditu intellexit debellatum esse. Itaque miles Alexandri velut ubique victor, sine ordine, cura, metu, exultabundus incedens velut omni periculo defunctus in extremum periculū cum suo rege incidit, quod rex virtute superauit.

Præfectum equitatus) Gualterus,

----- rex ante Quiritum

More suo gradiens vexilla, pericula Martis
 Dissimulans potius quam spernens illud ab hoste
 Concussum toties sed inexpugnabile castrum
 Pectoris opposuit Persis: nec defuit illi
 Perpetua in dubijs rebus fortuna, cohortis
 Præfectum mortisq; & Martis amore furentem
 Excipit, & celeri rimatur viscera ferro.

En Curtij interpretem Gualterum, & ipsa prope Curtij subinde verba vsurpantem.

De eodem Alexandri extraordinario periculo & prælio vide Arrianum:

ANTE SIGNA IBAT REX) more suo. suprà c. 33. ante prima signa dimicaturum. primus Duci in pugna assignatur locus. Iustinus. Alexander autem periculosissima queque aggrediebatur: & ubi confer- risimos hostes acerrimè conspexisset, ed se semper ingerebat, periculosaque sua esse, non militum volebat.

LVCE OBSCVRA) dedecus etiam fugæ nox tegit.

CE-

CECIDERE PERSARVM XL. MILLIA) miris modis dissentiunt scriptores rerum, in numero cæforum: Arrianus CCC. millia cæsa refert, multò plures captos. Orosiustribus prælijs cecidisse ait quinquies decies centena millia. Siculus de Persis hoc prælio amplius nonaginta millia cæsa narrat.

MACEDONVM MINVS QVAM TRECENTI) Nec in hoc consentiunt auctores. Arrianusequités non plus centum ait desideratos. Siculus vniuersè ex Macedonibus cælos quingentos. Ex duobus vulneratos Hephæstionem, Perdiccam, Cœnum, Menidam. De die, mense, anno prælij, mox infra.

VICTORIAM VIRTVTI SVÆ DEBVI) Plutarchus de fortuna Alexandri duobus voluminibus ostendit, Alexandrum semper aduersa vsus fortuna, quam sola virtute vbique superarit, contra, quàm multi, non benè, senserunt. Nec verum est quod vulgo iactatur, fortunam quavis virtute esse efficaciorè, fortunamque in pugnis plus quam virtutem posse. Proinde verè scripsit, victoriam Alexandrum virtuti suæ, non fortunæ debuisse, quod sequentibus confirmat argumentis. Primò non loci angustijs, vt antea ad Issum vicisse, sed animo: vincit enim sæpè animus, vincit sæpè etiam locus, vt est in parçemiã. Deinde à peritissima aciei inlustratione, quam versatil è fecerat, vt in omnem partem spectaret. Præterea, quod ipse suos pugnando ad prælium accenderit, quod sarcinarum iacturam contemserit, quod dubio euentu iam pro victore se gesserit, & hostes terrore ad fugam impulerit, quod fugientes etiam cautè infecutus sit. Aelianus stratagemate Alexandri superatum ait Darium. Alexander, inquit, cum Dario signa collaturus, præceptum dedit Macedonibus: *vbi in Persarum conspectum veneritis, procidentes in genua terram manibus conterite. Vbi vero tuba signum dederit, tum consurgentes strenuè & fortiter impetum in hostes facite. Macedones ita fecerunt. Persæ formam adorationis conspicati, incitatum ad bellum impetum remiserunt, animisq; facti sunt molliores. Darius gloriabatur & gaudebat se absque prælio victoriam obtinere. Macedones ad signum tuba exilientes vehementè impetu in hostes feruntur, & rupta phalange in fugam conuertunt.*

SVA CVLPA) quod alterum cornu auxilio destituisset, aut aliena virtute, Parmenionis nempe, & læuo cornu militum. Quod in reditu nec occurrentes quantumuis multos extimuerit. De ducibus singillatim etiam Diodorus testatur, vt supra demonstravi. Sequitur totius libri elegantissimum epiphonema & acclamatio, qua simul & prælij narrationem, & librum fini-

nit, cum & Imperatorem simul & militem celebrat, alterumque alteri

auxilio, honori, famæ & gloriæ sempiternæ fuisse, *Dignum regem tali milite, & militem tali rege.* Hæc optima libri clausula. proinde non consultò faciunt, qui aliter libros Curtij distribuerunt.

Codex Constant. Q. Curtij

Rufi historiarum lib. 4.

explicit.

ANNVS ET TEMPVS prælij.

FINIS IMPERII PERSARVM ex nostro Saliano.

Annus mundi 3724. sextæ ætatis, & imperij Persarum 208. & vltimus Darij 9. & vltimus Iaddi Pontificis 35. Alexandri 7. & imperij primus, olympiadis 92. anno 3. Archonte Aristophonte. Urbis conditæ 423. Coss. L. Papyrio Crasso II. & L. Plautio Venoco.

Annus ante Christum natum 329.

Prælium ad Arbelam, quo accisæ sunt Persarum vires Aristophonte prætoze, contigisse testis est Dionysius Halicarnassensis ad Ammæum: sub cuius etiam magistratu Darii mors ex communi sententia multis post mensibus contigit, quot scilicet inter Octobrem & Iunium intercedunt.

Ducentos ergo & octo annos, inquit idem Salianus, cum dimidio, imperium Persarum stetit, quæ planè communis esset omnium recentiorum sententia, nisi iam nonnulli ab eius principio decepti essent, dum idem faciunt initium regni Cyri atque imperii eiusdem, cum tamen regnum eius viginti tribus annis diuturnius fuerit imperio eiusdem. Regnum quippe anno 1. Olymp. 55. sumit exordium, Imperium autem, quod septem tantum annorum fuit, Olymp. 60. anno 4. ex quo ad presentem annum Olympiades 52. idest, ducenti & octo anni numerantur. Quæ videtur Dionysij fuisse sententia, cum ait Persas non multum vltra ducentos annos stetit in rerum fastigio. Itaque cum Curtius 230. annos Persarum imperio tribuit, videtur & ipse imperium Persarum à Cyri regno, non ab imperio, & à deuicta Babylone inchoasse. Idem supra: Calendis Octobris commissa pugna dicitur, decem diebus ab eclipsi lunæ, vt putant * Scaliger & Temporarius, vel duodecimo, vt Buntingus, vel vndecimo vt Plutarchus. Valdeque fallitur interpres Arriani, qui eo tempore Aristophanem in magistratu retinet, cum mentem Pyaneptionem, Iulium vertit, nec minus Arrianus, qui eo tempore Aristophanem in magistratu retinet, nec de mente cum * Plutarcho aliiq̃ contentit.

* Immo Scaliger vndecim dies numerat, * Plutarchus etiam Scaliger erroris conuincit.

Lunæ autem defectio fuit x. Septembris, hora octaua.

Comment. ad Lib. IV. 2. Curtij, Finis.



Q. CVR-



Q. CVRTII RVFI

HISTORIARVM ALEXANDRI MAGNI MACEDONIS

LIBER QVINTVS.

SYNOPSIS HVIVS LIBRI.



*Darius in Mediam cum suis profugit: Alexander Arbelis potitur, Babylonem à Mazæo deditam cum Mazæo in fidem accipit, urbemq; cum triumpho ingreditur. Babylon & civium mores describuntur. Amyntas Andromenis, supplementum militum ex Græcia adducit. Rex ludos militares committit. Susa deduntur, ubi thesaurus Darij exhaustus, tricies millies centena millia Philippeorum: ut Barbari vocant, triginta milliones talentorum. Rex Sysigambem solatur, & illius deprecatu victis Vxijs parcat. Persidem intrare conatus ab Aribarzane Satrapa repellitur, ubi Alexandri deprehensa hæsit felicitas. Duce tamen Lycio per inuia & auia penetrat. Araxem amnem superat, supplices Græcos & captiuos liberat, captam Persepolim exhaurit, septuagies bis millies centena millia aureorum in ærarium redigit, quibus ex Parsagadis tricies sexies centena millia addit. * summa totius prædæ ex toto Oriete captæ suo loco edemus. Inde Mardos subit: redit Persepolim, urbemq; cum regia, suâsu Thaidis, incendio delet. Hinc Mediam accepto supplemento intrat. Darius Ecbatani pugna se rursus accingit, ad quam suos hortatur, Nabarzanes & Bessus in Darij exitum coniurant. Græcus miles regem tueri conatur, capitur Rex, vulneratur, destituitur à suis, à Macedone spirans reperitur, extinguitur, quod in Curtio deletum est.*

* centum
& triginta
octo mil-
liones.

CAPVT I.

ARGVMENTVM.

Dilata rerum in Europa gestarum narratione, fugam
& consilia Darij explicat.

Qua interim ductu imperioque Alexandri, vel in Graecia, vel Illyris ac Thracia gesta sunt, si suis quaque temporibus reddere voluero, interrumpenda sunt res Asia, quas utique ad fugam, mortemque Darij vniuersas in conspectum dari, & sicut inter se coherent, ita opere ipso coniungi, haud paullo aptius videri potest. Igitur quæ praelio apud Arbela coniuncta sunt ordinar dicere. Darius media ferè nocte Arbela peruenit, eodemque magna partis amicorum eius ac militum fugam fortuna compulerat: quibus conuocatis exponit, haud dubitare se, quin Alexander celeberrimas vrbes agrosque omni copia rerum abundantes petiturus esset, pradam optimam paratamque ipsum & milites eius spectare. Id suis rebus tali in statu saluti fore, quippe se deserta cum expedita manu petiturum. Vltima regni adhuc intacta esse, inde bello vires haud agrè reparaturum. Occuparet sanè Gazam auarissimam, & ex longa fame satiaret se auro, mox futura prada sibi: vbi se didicisse preciosam supellectilem, pelliceque, & spadonum agmina nihil aliud fuisse, quàm onera & impedimenta. Eadem trahentem Alexandrum, quibus rebus antea vicisset, inferiorem fore. Plena omnibus desperatione videbatur oratio: quippe Babylonem urbem opulentissimam dedi, iam Susa, iam cetera ornamenta regni, causamque belli victorem occupaturum. At ille docere pergit, non speciosa dictu, sed vsu necessaria in rebus aduersis sequenda esse. Ferro geri bella, non auro: viris, non urbium tectis: omnia sequi armatos. Sic maiores suos percussos in principio rerum celeriter pristinam reparasse fortunam. Igitur suæ confirmatis eorum animis, siue imperium magis quàm consilium sequentibus Media fines ingressus est.

IN GRAECIA) In Europæ partibus, Thracia, cuius caput Bizantium, hodie Constantinopolis. De Illyrico supra dictum. Bellum Antipatri proregis Macedoniae, cum Agide Lacedemoniorum gestum, Curtius initio libri 6. describit, quamuis ante victoriam Alexandri ad Arbela illud factum sit. Cuius rei causam hic commemorat, quod non videretur narratio rerum Asiaticarum interrumpenda. Itaque & nos hoc loco de Agide & Antipatro plura non commemorabimus, suo loco exequenda. Persequitur ergo fugam hic Darij Curtius, & quæ fugam comitabantur.

APUD ARBELA) Iam supra dictum, ad Gaugamela praelium factum. DARIUS MEDIA NOCTE AD ARBELA PERVENERAT) Ingens certè spacium intra paucas horas emensus, milliaria Germanica decem & octo, cum triente; sexcentis quippe stadiis Arbela distantia Gaugamelis, vbi praelium est factum, vti supra docuimus. Alexander, auctore Arriano, ad Lycum vsque Darium inlecutus castra trans Lycum posuit, & post mediam noctem Arbela contendit; sed Darium inde in Mediam volantem potius quàm properantem non offendit. Itaque porro insequi in praesens destitit, & caput interim Assyriorum Babylona occupauit, vti mox videbimus. Curtius autem Alexandrum primo ad suos regressum, deinde Arbela & Babylona cum exercitu petiisse, regnique Persarum possessionem ad iisse docet. Darius Arbela ad duces suos & fugæ comites orationem instituit, qua spiritus suorum non auxit, sed propè omnino extinxit, quod defertis omnibus urbium munitionibus vellet loca Mediae deserta petere, & inde ex vltimis regni finibus auxilia accersere, copias instruere & reparare, seruum auxilium.

GAZAM) Persica vox, sed iam olim Graeca & Latio donata: vnde & gazophylacium, vt & alia nonnulla parasanga, satrapa, Cydoris.

FUTURA PRAEDA SIBI) Ah quam aliud clausum corde gerebat Darius, & aliud in ore ferebat: an etiam praedas ex tuo agitur? certè ante ab hoste occupatas.

Y

IN-

INFERIOREM FORE) vt Hannibal per hiberna Capuz delictijs fregit exercitum, nec enim quicquam rei magnæ ab illo tempore gelsit: hebescit enim virtus delicatius habita.

PLENA DESPERATIONIS ORATIO) Interlocutos satrapas & duces, ex sequenti Darij oratione constat, qua illorum rationes frustra diluere conatur.

BABYLONEM ET VSVA) quas vrbes munitissima propugnacula regnorum insidere debebat Darius, & bellum inde defendere. Sed Darius nihil tam munitum credebat quod ab Alexandro expugnari non posset.

CAVSSAM BELLI) propter vires, pecuniam, gazam, opes, prouincias, bella geruntur.

FERRO GERI BELLA) credidisset antea Charidemo, quem occiderat Darius.

MAIORES SVOS PERCVESOS) Cyrum conditorem gentis ab Scythis cum exercitu deletum, vt ne nuncius quidem superesset, Cambysem propè cum toto exercitu arenis obrutum. Darium Hytaspis turpiter à Scythis fugatum, Xerxem è Græcia agrè fuga elaptum. Herodotus, Diodorus, Iulianus legantur.

CAPVT II.

ARGVMENTVM

Prædæ bello capta, & Tigris & Euphratæ fluminum descriptio.

Nullo post Alexandro Arbela traduntur regia supellectili ditique gazæ repleta. quatuor millia talentum fuere. præterea preciosa vestes, totius (vt supra dictum est) exercitus opibus in illam sedem congestis. Ingruentibus deinde morbis, quos odor cadauerum totis iacentium campis vulgauerat, maturius castra mouit. Euntibus aperit se à laeva Arabia odorum fertilitate nobilis regio, campestre iter est inter Tigrim & Euphratem tam vberis & pinguis soli, vt à pastu repelli pecora dicantur, ne satietas perimat. Causa fertilitatis est humor, qui ex utroque anne manat, toto fere solo propter venas aquarum recludante. Ipsi amnes ex Armenia montibus profluunt, ac magno deinde aquarum diuortio iter quod capere percurrunt. Duo millia & D. stadia mensi sunt, qui amplissimum interuallum circa Armenia montes notauerunt. Iidem cum Media & Cordianorum terras secare cœperunt, paulatim in arctius coeunt: & quo longius manant, hoc angustius inter se spacium terra relinquunt. vicini maxime sunt his campis, quos incolæ Mesopotamiam appellant. Mediam namque ab utroque latere cludunt. Iidem per Babyloniorum fines in rubrum mare irrumpunt. Alexander quartis castris ad Memin urbem peruenit. Caverna ibi est, ex qua fons ingentem vim butiminis effundit, adeo vt satis constet Babylonios muros ingentis operis, huius fontis butimine interlitos fuisse.

QUATVOR MILLIA TALENTA) Bis millies quadringenta millia Philippæorum seu coronatorum, vt singuli, viginti victoriatis æstimentur: talentum enim sexcentos aureos seu coronatos efficit. duos miliones & quatuor thunnos barbari vocant.

ODOR VVLGAVERAT) Odor aerem infecerat, haultus aer viscera: ita propagata lues, vt solet in pestilitate, proinde magna semper ratio habita est, vt castra à sordibus essent pura, quod in lacris paginis à Domino exercituum Moli præceptum est. Et * Vegetius, si autumnali æstiuoque tempore diutius in iisdem locis militum multitudo consistat, ex contagione aquarum & odoris ipsius seditate vitiatas haustibus, & aere corrupto perniciosissimus nascitur morbus, qui prohiberi non potest aliter, nisi frequenti mutatione castrorum. Ad quem locum Stevvechium consule.

APERIT SE A LAEVA ARABIA) Huius loci primum germana lectio constituenda est, deinde res ipsa explananda est. in utroque variant libri & critici scriptores. Vetus editorum scriptura erat: Euntibus à parte laeva, Arabia odorum fertilitate nobilis regio, campestre iter est. Inter Tigrim & Euphratem iacencia tam vberis & pingui solo sunt, vt à pastu repelli pecora dicantur, ne satietas perimat. Ita impressi ante Modianum castigationem, omnes quos

quos vidi . Membranae quas Modius laudat , ita habent . Euntibus à parrelaua Arabia odorum fertilitate nobilis regio . Campestre iter est inter Tigrim & Euphratem iacens , tam vberis & pinguis soli &cæt . Sed quos ego vidi MSS. cum vulgatis antiquioribus consentiunt . Modius ergò & vulgatos , & manu exaratos hunc in modum emendat : Euntibus aperit se laua Arabia odorum fertilitate nobilis regio , campestre est iter inter Tigrim & Euphratem tam vber & pinguis soli , vt à partu &c. Arrisit hæc Modij emendatio , nec malè tamen illa traducit : Campestre iter est inter Tigrim & Euphratem , & vber tam pinguis soli . Glareanus verò omnia relinquit vt in editis leguntur , nisi quod vox Arabia illum vehementer offendat , pro qua Aturia referibendum putat . Mirabilis est , inquit , huius projectionis descriptio . Ego quantum coniectura consequi possum , Alexandri exercitum è Gaugamelis neutiquam motum credo , cum Alexander Arbela ad regem thesaurum piscandum isset : quod ex cadauerum odore satis clarè ostenditur . Euntibus autem è Gaugamelis Babylonem , quomodo à parte laua Arabia iter fit (vt hic author scribit) vix credo abs quoquam geographia perito intelligi : etiamsi non sum nescius , Arabes Syris , Chaldaeis ac Babylonis permixtos dici ab authoribus . In eo tamen tractu non temerè Arabas reperias . Lector etiam atque etiam consideret , num pro Arabia legendum Aturia , nomen celeberrimum apud Strabonem libro sexto , ab initio . Laudat pro sua castigatione Henricus libri sexti initium apud Strabonem : atqui Geographus libro sexto toto de varijs Italiae regionibus , Lucania , Brutijs , & hisce vicinis tractat , de Aturia nullam syllabam . Emendo ego primùm Glareanum , & pro libro sexto , repono librum sextum decimum , vbi de Aturia Strabo . Coniectura Glareani speciem habet veritatis aut certè probabilitatis . Nam in Aturiae campis prælium est commissum . Strabonem audi etiam alio loco nobis * laudatum , ita narrantem : * Aturia similis est his locis , qua circa Arbela sunt , & Lycum flumen intermedium habet . Arbela enim ad Babyloniam pertinent , & iuxta eam sunt . Trans Lycum verò Aturia campi , Ninum circumiacent . In Aturia quoque pagus est nomine Gaugamela , apud quem Darius superatus amisit imperium : quare hic locus insignis est , vt & nomen . Cameli enim domus interpretatur . Dissimularunt hanc Glareani dubitationem & emendationem Modius & Acidalius , & retinuerunt omnium codicum editorum , ineditorum fidem & scripturam , & bona venia Glareani retineri potest . Nam euntibus è Ciliacia Babylonem per Mesopotamiam laua Septentrionem & montes Armeniae spectat . Continet autem Mesopotamia Armenios Syros & Arabes , vti docet Strabo : Nam Armeniorum , Syrorum , & Arabum multum cognationis praese ferunt nationes , sermone , vita , corporum forma , maxime vbi degunt in vicinia . idque ostendit Mesopotamia ex tribus his conflata populis : maxime enim in his similitudo est illustris : quod si qua est varietas , pro eo atque alia partes alijs magis ad Septentrionem aut meridiem vergunt , aut in medio sunt sita : nihilominus tamen communis affectio obtinet . Arabes ergo in Mesopotamia . Quod si Alexandrum à Gaugamelis & Arbelis Babylonem deducas , à laua quoque Arabiam habebit felicem , sed extra Mesopotamiam . Arabibus porrò Alexander statuerat bellum facere , quod nullos ad se legatos misissent , vti Strabo est auctor . Sed Curtius de Arabia parte , quæ in Mesopotamia est , disseruit (non satis planè dirimens Arabiam odoriferam ab Arabia , quæ est in Mesopotamia) Mesopotamiae fertilitatem & soli vbertatem describit , cuius caussam reddit , quod tellus illis duobus fluminibus Euphrate & Tigri inundetur . Et sanè de fecundo Mesopotamiae solo suffragatur , Dionysius Periegetes , & Eustathius ad eundem , Ego vtrumq; , quod prolixiores sint , prætereo .

A PASTV REPELLI PECORA DICANTVR) Negat hoc Glareanus , omnesque pecudes naturali modo contentas , aliam satietatem nescire . Caterum ridere , sanè libet , quoties authores Latini terra fecunditatem commendant , quod à pastu pecora repellere dicantur , ne satietas perimat : quasi pecora per se ipsa nesciant cibi modum , in quantumuis pingui regione . Vtinam multi mortales tam probe nossent sibi temperare . Pomponius Mela de Hybernia simile quiddam scripsit . Quod de Hybernia subiungit hoc est Mela : Iuueria , (ita Hiberniam , seu Irlandiam vt hodie Germanis appellatur , vocat) est panè par spacio , sed vtrinque equalis , tractu littoram oblonga , cæli ad maturanda semina iniqui : verum aded luxuriosa herbis non latis modò , sed etiam dulcibus , vt se exigua parte diei pecora impleant : & nisi pabulo prohibeantur , diutius pasta disiliant . Quod autem ridiculum videatur Glareano pecudes satietate perimi , generatim verum est . Draco tamen Elephantis sanguine ebrius opprimitur , & commoritur . Et tanta pabuli dulcedo & pinguedo est , vt naturam gula vincat etiam in animantibus , hirundines quoque possint esse exemplo .

FERTILITATIS quæ ad Septentrionem & Armeniam vergit , est fertilior . AMNES EX ARMENIAE MONTIBVS PROFLVUNT) Idem testantur omnes Geographi . Scriplere de vtroque flumine præter literarum sacrarum interpretes , veteres & nouos , Græcos & Latinos , Herodotus , Diodorus Siculus , Dionysius Periegetes , & Eustathius ad eundem , Strabo , Ptolemæus , Arrianus , Plutarchus de fluminibus , si tamen non Pseudepigraphæ est illius libri περί ποταμῶν : Sallustius Frag . Plinius , Solinus , Curtius , & multi recentiores . præclara sanè multa de his fluminibus referuntur , sed quæ parum ad rem nostram faciunt ; proinde indicis mune re defuncti redimus ad Curtium .

Glareani
annot. in l.
6. Curtij.

*supra Li.
4. c. 22.
*Strabo
lib. 16. ini-
tio.

Li. 1. p. 26.

In lib. 6.
Curtij nu-
64.

Li. 3. c. 6.

Plin. l. 8.
cap. 12.

ACQVAVM DIVORTIO) Eodem enim fonte scaturientes postea diuortium faciunt; quod nemo potest, nisi qui antea vnâ fuerunt. Diuortium est interuallum amnium profluentium. Sallustius apud Seruium disertè Euphraten & Tigrim iisdem fontibus existere docet: Sallustius, inquit Seruius, certissimus auctor asserit Tigrim & Euphratem vno fonte manare in Armenia; qui per diuersa eunt longius diuidatur. spacio medio relicto multorum millium, qua tamen terra, qua ab ipsis alluitur, Mesopotamia dicitur.

Seruius ad
3. Aen.
lib. 1. 14.

fi. ii. p. 363.
Solin. c.

40.
Ad Peric.
suprà lau-
datum.

CIC. CIC. IO. STADIA) Efficiunt nostratia milliaria octo & septuaginta, cum besse. Magnoperè vereor, ne hic quoque labes fit, & numerus per notarios & operas altero millesimo creuerit. Diodorus enim mille quingentis stadiis ab se diuertere dicit, hoc est, milliariibus germanicis xlvii. minus besse. Plura Strabo. Diuersis tamen fontibus nasci plerique alij tradidere. Solinus de Euphrate.

Eustathius: Fontes autem horum duorum fluminum aiunt inter se distare mille quingentis stadiis. En & Eustathius mille quingentorum stadiorum interuallum ponit, vt haud dubiè apud nostrum Curtium pro duobus millibus, mille sit legendum.

IDEM CVM MEDIAE ET CORDIENORVM) Glareanus vtramque vocem castigat, & pro Media reponit Armenia, pro Cordienorum, Gordyæorum. Nam ita loquitur Glareanus.

Tigris & Euphrates Mediam nusquam attingunt, tantum abest vt secent. Ergo pro Media legam Armenia, & pro Gordianorum, Gordiaorum. Neq; id temerè, siquidem precipuos in Geographicis viros audire voluerimus. In hoc sanè auctore multa temerè corrupta videntur, maxime verò in Geographicis. Sero nimis, docti ei adhibere manus. Porro cum paulò post de his duobus fluuiis dicat. Vicini maxime sunt his campis, quos incolæ Mesopotamiam vocant, Mediam namque ab vtroq; latere concludunt. Mediam hic adiectiuum est, non substantiuum: vt intelligatur, terra hisce inclusa fluminibus.

Sic equidem credebam animo, rectè sentire Glareanum, & ipse iam vocem Media mutaram in medias terras, nempe Gordyæorum. sed cum locum diligentius inspicerem, & reuoluerem auctores, dispiceremque, falli Glareanum deprehendi, qui nunquam ab Euphrate & Tigri Mediam attingi putat. Diodorum Siculum audiat scriptorem antiquissimum & doctissimum, qui secundo Bibliothecæ historicæ de Euphratis & Tigridis fontibus ita tradit. Caterum Semiramis alias etiam vrbes ad Euphratem & Tigrim condidit, vbi emporia illis constituit, qui merces è Media & Paratæne, totaq; vicina important. Nam post Nilum & Gangem, totius propè Asia nobilissimi amnes sunt Euphrates & Tigris, ac fontes suos habent ex Armenia montibus: distantq; à se inuicem stadia CIC. IO. Ac per Mediam Paratænamq; delati, Mesopotamiam ingrediuntur: quam quia in medio includunt, regioni id nominis indiderunt.

Siculus p.
99.

VICINI MAXIME) Ita lege, scribe, doce, non vt Modius, vicina, nam de amnibus agitur, & perpetuatur oratio, vt veie notauit Acidalius; vt & quod sequitur: Idem per Bab. f. i. m. r. irrum-punt.

MESOPOTAMIAM) hodie Halapiam dicunt. ποταμός Græcis est amnis, μέσος & medius. Terra ergo inter duos amnes media dicitur Mesopotamia, ita Germania vetus Danubio & Rheno definiebatur: Nunc vtrinque Germani fines & Danubij & Rheni latè transcenderunt. Mesopotamiam fusè describit Plinius lib. 6. c. 26. Strabò, alij, etiam literarum sacrarum interpretes.

Hoc interim obseruandum, quòd hic dicit Curtius, flumina hæc duo, quo longius manant, hæc angustius terræ quam includunt spaciū facere, magisque coire, ita vt ad Babylonem omnino conueniant, & simul in mare Erythræum erumpant. Proinde nauigio similem terram efficere, præsertim si vtrumque flumen ab eodem fonte cum Sallustio promanare dixerimus. Ita enim Mesopotamiæ terra proram à fontibus, ventrem in medio, puppim in fine referet. Ad Tapfacum quæ traiecit Alexander vsque ad Tigrim, mille quadringenta stadia numerantur apud Strabonem, ita vt iam centum stadiis sit angustior Mesopotamia, quam suprâ. Vitiosè emendauit, qui in orâ ad Strabonem scripsit legendum pro χιλίης εαδίας, διαχιλίης bis mille, aut certè apud Curtium etiam retinenda duo millia quingenta stadia.

Lib. 2. p.
54.

ALEXANDER QUARTIS CASTRIS AD MEMNIN VRBEM PERVENIT) Quartis castris, quater castra metatus in itinere, seu quater castra posuit, hoc est, quatuor diebus.

MEMNIN) hic alij legunt Memnium, alij Memnonium, MSS. Mennin. Assyriæ ciuitas est, vbi sunt fontes butiminis.

Suidas

BITUMINIS) Græcis νάφθα, ασφαλτ, & τῆς ασφαλτῆς περιθήμα, πετρελαίου μύρον τῶ ἀγίῳ βαρβαρῶ, & Κυρίῳ Μηδείας φάρμακον μηδείας ἐλαίου. Suidas voce Adiabene: Ἐν αὐτῇ δὲ ἐστὶ καὶ ἡ ασφαλτ, ἢ λεγομένη νάφθα. τοσαύτη δὲ ἀσφαλτεῖα ποιεῖ τοῖς κλισμασίῃ ἢ ασφαλτ, ὥστε τοῖς ὀπταῖς πλίνθοις καὶ τοῖς λεπτοῖς λίθοις συμμιγείσα, ἰσχυροτέρα γίνεται παντὸς στήθε. In ipsa, inquit Suidas, est asphaltus seu bitumen, quod & naphtha dicitur, cuius est tanta firmitas seu tenacitas, vt coctis lateribus & minutis mixta lapillis durior fiat omni ferro. Vide Plinium

Li. 35. c. 15.

lib. 8. ca. 3.

Iosephus i. Antiq. Coctis lateribus ad firmitatem butimine ferruminatis. Vitruuius: Babylone, inquit, lacus est amplissima magnitudine, habens supernatans liquidum bitumen, quo bitumine & latere testaceo constructum murum Semiramis Babyloni circumdedit.

Bi-

Bitumen, inquit Rabanus, est feruentissimum & violentissimum gluten, cuius hæc est virtus, vt ligna, quæ eo lita fuerint, nec vermibus exedi, nec solis ardore, nec ventorum flatibus, nec aquarum possint violentia dissolui. Vide descriptionem Butiminis apud Strabonem li. 16 pag. 525. post med.

Sed præ omnibus est, quod Plutarchus in Alexandro, quando illum ad hunc locum deducit, de naphtha hac memoriæ prodidit. Tu si placet lege, quæ ibidem de eadem naphtha Plutarchus subiungit. Diodorus alia quædam mira addit:

Multa sanè Babylonia continet spectatu digna & admiranda: sed inter hæc non minimum admirationis meretur butiminis copia illic exsudantis, quæ tanta est, vt non modò tot & tantis adificijs sufficiat, verum etiam profusè à populo collectum, pro lignis siccatum cremetur. Et licet ab innumerabili hominum multitudine, vt pote ex fonte amplissimo, hauriatur, integra tamen eius manet vbertas. Prope fontem istum scaturigo est haud ita magna, sed mirè efficax. vaporem enim sulfureum & grauem emittit, quo quicquid animantium accedit, subita nec opinata morte correptum extinguitur. Anhelitu enim diutius compresso & respirandi facultate, per vim exhalationis interclusa, profocatur. Et continuo turgescens cadaver inflammatur, locis circa pulmones maximè. Hæc de bitumine hic dicta sunt. Hoc tantum obserua, Non hic de Ecbatanis regia Mediorum mentionem fieri à Plutarcho, sed cognomine loco ad Babylonem.

In vita A-
lex. p. 23.
ante m.
Diod. l. 2:
pag. 71.

CAPVT III.

ARGVMENTVM.

Alexander Babylonem vltro se dedentem ingreditur, & ab tota ciuitate effusa, lætus excipitur.



Aeterum Babylonem procedenti Alexandro, Mazæus, qui ex acie in eam urbem confugerat, cum adultis liberis supplex occurrit, urbem, sequè dedens. Gratus aduentus eius regi fuit, quippe magni operis futura obsidio tam munita urbis. Ad hoc vir illustris & manu promptus, fama que etiam proximo prælii celebris, & ceteros ad deditioem sui incitaturus exemplo videbatur. Igitur hanc quidem benignè cum liberis excepit. Ceterum quadrato agmine, quod ipse ducebat, velut in aciem

irent, ingredi suos iubet. Magna pars Babyloniorum constiterat in muris, auida cognoscendi nouum regem. Plures obuiam egressi sunt: inter quos Bago-phases arcis & regie pecunia custos, ne studio à Mazæo vinceretur, totum iter floribus coronisque constrauerat, argenteis altaribus utroque latere dispositis, quæ non thure modò, sed omnibus odoribus cumulauerat. Dona eum sequebantur, greges pecorum, equorumque: leones quoque & pardales caueis præferiebantur. Magi deinde suo more carmen canentes post hos Chaldæi Babyloniorumque non vates modò, sed etiam artifices cum fidebus sui generis ibant. Laudes y regum canere soliti. Chaldæi siderum motus, & stas vices temporum ostendere. Equites deinde Babylonij suo equorumque cultu ad luxuriam magis, quam ad magnificentiam exacto, vltimi ibant. Rex armatis stipatus, oppidanorum turbam post vltimos pedites ire iussit. Ipse cum curru urbem, ac deinde regiam intrauit. Postero die supellectilem Darij, & omnem pecuniam recognouit.

MAZÆVS QUI EX ACIE IN EAM VRBEM CONFUGERAT) De hoc supra Curtius: Mazæus dato fuga spacio non recto itinere (quia incidisset in Alexandrum) sed maiore, & ob id tutiore circuitu Tigrim superat, & Babylonem cum reliquis deuicti exercitus intrat. Et passim multa supra de eodem: infra etiam de morte audies. Sed laus hic singularis cum elogio. Atqui fides exigebat, vt regem suum sequeretur in vltima fortuna non destituendum. fides enim extremum est vinculum mortalium: & fidem qui perdit, perdere vltro nil potest. Sed Mazæus tribus maximis prælijs victum regem suum frustra secuturum se vidit; iam enim omnis spes decollarat. vt leruaret se, & suos, ad Alexandri fidem confugit, quam ad mortem vsque custodit.

PROXIMO PRAELIO) in quo aduersus Parmenionem stetit, quem panè iam superat, & impedimenta diripuerat regis, vt suprà cognouisti.

QUADRATO AGMINE) τετραπλευρῶν quadrilatero, de quo Aelianus c.35. quando agmen ita incedit, vt ex omni parte paratum sit ad pugnam, cum quatuor latera continet exercitus.

IN MVRIS) qui totam etiam ciuitatem capiebant, tam lati erant, vt infrà mox demonstrabimus.

BAGOPHANES) praefectus arcis & turris Babylonicæ, idemque, vt hodie appellant, thesaurarius, custos thesauri, gazæ & pecuniæ regiæ.

ITER FLORIBVS CORONISQVE) Totius ferè Orientis hic mos, vt etiam Christo Hierosolymam ingredienti vestes, quasi hypostromata subijcerent, & palmis frondibusque vias consternerent. Et hodie totus orbis Christianus in festo sanctissimi & augustissimi corporis Christi conditoris & imperatoris orbis θεανθρώπων, vias omnes qua sacratissima pompa incedit, flore virentique herba conspergit, altaria ponit, ædes peristromatis vestit, symphonia, tubis, tibijs, organis, tympanis omnes festo concentu vrbes & aerem implet. Sed hic mos primum à regibus Perfarum profluxisse videri potest, omnemque post in orbem propagatus. Herodotus mihi dux & index moris, cuius verba sunt de Xerxe,

Herod. l. 7. cum Hellespontum ponte iunxit & traiecit: θυμιάματα τε παντοῖα ἐπὶ τῶν γεφυρῶν καταγίζοντες, & μυρσίνησι σαρνήνιτες τὴν ὁδόν, omnis generis odores in pontibus congerentes, ac myrto iter consternerentes. Alexander ipse apud Curtium, Liberi triumphum æmulatus vicos omnes,

Cur. l. 9. c. vlt. per quos pompa ingressura erat, floribus coronisque sterni iussit. Neque in triumphis & regibus locum ingredientibus, hoc duntaxat fieri solitum. Etiam in communi vrbium lætitia, id factitatum docet Herodotus. Nam cum nuncius Susa de captis ab Xerxe Athenis esset allatus: Ετερσε, inquit, οὐτω δῆτι Περσέων, τοὺς ὑπολειφθέντας, ὡς τὰς τε ὁδοὺς μυρσίνησι πάσας ἐσόρεσαν & ἐθυμίων θυμιάματα, & αὐτοὶ ἔσαν ἐνθυσησῖτες & ἐπαθήσι. Adeo, inquit, nuncius relictos ibi Persas affecit, vt vias omnes myrto consternerent, ac per eas odores incenderent, & ipsi in sacrificijs & gaudijs versarentur. Id in Olympiacis ludis nonnunquam factitatum, vt floribus & coronis per viam gratulationis causa aspergerentur. Paulaniam in Eliacisaudi, vbi affirmat Diagoram patrem Acusilai & Damageti à filijs Olympionicis, humeris in media arena circumlatum, & rosis coronisque cum faulhis acclamationibus aspersum. Διαγόραν δὲ & ἀμὲρ τοῖς παυσίν Ακχσιλάω & Δαμαγήτῳ ὀλέγασιν ἐς λυμπίαρ ἑλθεῖν, νικῆσαντες δὲ οἱ νεανίσκοι, διὰ τῆς πανηγύρεως τὸν πατέρα ἔφερον βαλόμενον τε ὑπὸ τῶν ἑλλήνων ἀνέσσι & εὐδαίμονα ἐπὶ τοῖς παυσί καλεζόμενον. Sed hoc quasi priuatum: ille Persicus & publicus transijt. Ouidius de Tiberio Cæsare Li-

Pausanias
l. 6. Eliacorum.

uiæ F.

Li. 4. de
Trist.

Hoc super in curru Cæsar victore veleris

Purpureus populi ritè per or a tui.

Quoq; ibi manibus circum plaudere tuorum,

Vndique iactato flore tegente vias.

Liuius de Q. Flaminio, Ludis verò dimisis, cursu propè omnes tendere ad Imperatorem Romanum, vt ruente turba in vnum adire, contingere dextram cupientium coronas, lemniscosque iacentium haud procul periculo fuerit. Ouidius ad eum morem de Cupidine alludit:

Lib. 1. de
Amor.

Lata triumphanti de summo mater Olympo

Plaudet, & appostas sparget in ora rosas.

Lib. 14.

Tacitus, Octauia imagines gestant humeris, spargunt floribus. Et hæc extra triumphos, vt & illud apud Capitolinum de M. Antonino, Coronas in puluinar de more iacentibus. Herodianus de ingressu Commodi in vrbem: τοῖσιν δὲ θεασάμενοι τὸν βσιλέα οἱ Ῥωμαῖοι, εὐφημίας τε & παντοδαπαῖς & σεραίων & ἀνθέων βολαῖς ὑπεδέχοντο. Talem igitur imperatorem faustis omnibus, acclamationibus, varijsq; omnium & coronarum florūq; sparsionibus exceperunt. De triumpho rursus verò Tiberij, quem de Illyrico perdomito retulit, spargit iterum rosas Ouidius:

l. eleg. 2. de
Ponto.
*roratis.

Qua;q; ierit felix adiectum plausibus omen,

Saxaq; iactatis erubuisse rosas.

Sed de hoc Curtij loco & more veterum Assyriorum, Perfarum, Palæstinorum, Romanorum, & totius propè mundi plus satis. Nihil tamen illatrus fuit hoc Alexandri triumpho, quo à Babylo-nijs, paulò antè hostibus, exceptus est, quem leones quoque & pardales, immanissimæ feræ occurrentes, quantumuis clauæ caueis augebant.

Eustath.

ad Diony.
p. 125.

MAGI DENIQUE SVO MORE.) De Magis Perfarum suprà lib. 3. dictum. Erāt Perfarum honoratissimi & sapientiæ laude incliti, non pharmacis aut veneficijs, & malis artibus, vt hodie, infames. Ταοὴν (Μαγικὴν) ἔφερον, inquit Suidas, Μῆδοι & Πέρσαι ἢ διαφέρουσα τ' ἰογυῖας & ἀντιφάρμακείας. Hanc Magicam inuenerunt, Medi & Persæ, qua differt à prestigijs & veneficijs.

Briffon. fu-
sè de his l.
2. p. 178. &
seq.

Cæterum cantus, symphonias, instrumentum musicum omnis generis, in triumphis omnibus propè gentibus vsitata fuisse docent literæ sacræ & profanæ. Pharaone Aegyptio cum omnibus co-

pijs

pijs Erythræi mârîs fluctibus obruto & deleto, cecinit Moses & Maria epinicion. Dauide post dieictam funda molem gigantæam, regresso, chori virginum Hebræarum egressi cum tympanis & sistris cecinerunt, Percussit Saul mille, & David decem millia. Ipse David in triumpho receptæ & rediit ad arcæ lacræ, cum toto populo lusit coram Domino in omnibus lignis fabricatis, & citharis, & lyris, & tympanis, & sistris & cymbalis. In triumphis Rom. Onuphrius Panuinus tubicines, tibicines, phonscos, cytharædos descripsit & depinxit. Ex quotantum hic subscribâ, quæ ad huc locum illustrandû pertinent. Primò senatus vniuersus Capitolium versus præibat: post senatum tibicines cum tubis classicum resonantibus, fertisq; redimiti, currus spolys refertos præcedebant. Et infra: Post alij tibicines aderant, non nite aut suaue, sed bellicum præcinentes. Rursum subiicit Onuphrius, Sequebatur deinceps dux ipse seu pop. Rom. Imperator, &c. Circum currum verò citharadorum ac tibicinum turba veniebat modulis elegantissimis concinentes. Hi succincti, coronisq; aureis redimiti suo quisque ordine psallentes canentesq; prodibant. Denique de ipsis militibus laureatis carmina patria salibus & risu permixta canentibus, quibus ducis laudes (aut vitia etiam) complectebantur.

Exod. 15.

1. Reg. 18.

2. Reg. 6.

Onuph.

Pan. de tri-

ump. Rom.

p. 6. & 7.

Quæras iam fortasse, quod fuerit carmen à Magis Alexandro dictum? nusquam editum memini, hypothesin tamen illius & argumentum Curtius non obscure indicat, quando subiungit, *Laudes regum canere soliti*. Nini, credo, Semiramidis, Darij Medi, Cyri, & ipsius Alexandri trigessimam aduersus Darium victoriam, clementiam, fortitudinem, continentiam, liberalitatem.

CHALDÆI.) Populus infra confluentem Euphratis & Tigris situs, læua fluminis Chaldæi obtinent, dextra Nomades Scenitæ, inquit Plinius. Eustathius ad Periegetem docet, Chaldæos dictos à quodam Chaldæo nomine rege Babyloniorum quarto decimo post Ninum, eumque Babylonem posuisse, & conuenas à se dixisse Chaldæos. Sed quod genus hoc hominum Chaldæorum & Vatum, & Mathematicorum, accuratè docet in sextodecimo geographiæ Strabo.

Plin. 1. 6. 6.

28.

Strab. 1. 12.

p. 508. v. 3.

a fin.

Constituta est habitatio peculiaris in Babylonia philosophis indigenis, plurimum astronomiam tractantibus, qui Chaldæi appellantur. Sunt ex ijs, qui è natalibus hominum euentura ijs vaticinari se profiteantur: sed à cæteris non probantur. Est & Chaldæorum natio & Babylonia regio ab eis habitata, Arabibus & mari proxima, quod Persicum appellatur. Chaldæorum astronomicorum genera sunt aliquot. Num quidam Orcheni dicuntur, quidam Borsippeni, & alij complures, qui (vt in sectarum fieri solet diuersitate) eisdem de rebus aliter atque aliter statuunt. Mathematici quoque nonnullos eorum commemorant: vt Cidenam, & Naburianum, & Sudinum, & Seleucus ex Selencia Chaldæus est, atque alij complures illustres viri.

STATAS VICES TEMPORVM.) Annum enim in 365. dies distribuere, Lunæ & Solis defectiones & siderum errantium vices, astrorumque motus & conuersiones, accessus ad solem & recessus docuere. Ad quos etiam Græci philosophi discendi causa profecti sunt. Quod multistestibus comprobat Brissonius, *Atque hos Persarum, inquit, Magos Pythagoras adisse fertur, beata vita comparanda causa, cuius cupiditate incredibili ardebat, vt Cicero lib. 5. de Finib. scribit.* Plinius lib. 30. c. 1. in Magices cõmendatione. *Certe Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato, ad hanc descendã nauigauere, exiliis verius quàm peregrinationibus susceptis.* Hanc reuersi predicauere, hanc in arcanis habuere. Democritus, Apolloni em. Captidenem, & Dardanum è Phœnice illustrauit, voluminibus Dardani in sepulchrum eius petitis, suis verò ex disciplina eorum editis. Democritum vtrique post Pythagoram, Magorum studiosissimum, idem Plinius lib. 34. cap. 17. vocat. Apollonius etiam Tyanæus, hanc sibi in Perlide morandi, cum ad Indos iter haberet, causam fuisse aiebat, cum vt regem intueretur, tum, σοφίαν ἡπέρ ἐτε Πέρσους ἐπιχώρασθαι, μελετωμένην μάγοις ἀνδράσιν, κατὰ δὲ τοῦ θεοῦ, εἰ τὰ θεῖα, ὡς λέγονται, σοφοὶ εἰσὶν. Idemque aliquandò cum ijs conuersatus post multa, bis in die, videlicet meridie, & circa medias noctes habita colloquia; cum esset ex eo quæsitum, quid de ijs sentiret, respondisse fertur, Σοφοὶ μὲν, ἀλλ' οὐ πάντα. Vtrumque Philostrat. lib. 5. de Vita Apollonij scribit.

Brisson. la

11. p. 186.

EQVITES DEINDE) Redit ad intermissam narrationem de ingressu Alexandri in Babyloni-

nem. AD LVXURIAM MAGIS, QUAM AD MAGNIFICENTIAM) Nimius ornatus luxuriam redarguit; sobrius, modestus, grauis, maiestatem & magnificentiam auget. Totam hanc pompam non ineleganter carmine Gualterus cum eximio Alexandri encomio cecinit.

lib. 5. ex-

tremo.

ARMATIS STIPATVS) suis Macedonibus, non Persis Babylonijs, quos omnes in vltimum agmen reiecit; suis enim fidere, alienis non item poterat, quantumuis manifesta benevolentia signa præferrent. Quicquid enim coactum est, fidum non est.

CVM CVRRV) triumphantis ritu.

SYPHELLECTILEM ET PECVNIAM RECOGNOVI T) Iustinus xxxi. continuis diebus prædam recognoscit: Orobus xxxi v. d. e ponit; alij quædraginta; Curtus xxxi v. dies in vrbe moratum scribit. Quod autem apud Iustinum sequitur: *In vrbe deinde clausa xl. millia talentorum inuenit*, censo legendum, *In vrbe deinde Susa*. nam ibi tradunt alij illa xl. seu l. millia talentorum re- Plutarch. perta, vt Curtius infra docet. Quanta porò pecunia fuerit, non editur à scriptoribus. Nam illa apud Iustinum xl. millia talentorum ad Susa referuntur: magnam tamen inde fuisse constat, cum infra Curtius narret, equitibus singulis Macedonibus sexenos denarios, peregrinis quingenos, peditibus duccenos datos. Erant equitum, Arriano auctore, millia septem, peditum millia xl. De his plenius infra c. 6.

Y 4

CA*

CAPVT IV.

ARGVMENTVM.

Babylonis descriptio.



*Q*uæterum ipsius urbis pulchritudo ac vetustas non regis modò, sed etiam omnium oculos in semet haud immeritò conuertit. Semiramis eam condiderat, vell (ut plerique credidere) Belus, cuius regia ostenditur. Murus laterculo coctili: bitumine interlitus, spacium 30. & duorum pedum latitudinem amplectitur, quadrigæ inter se occurrentes sine periculo commeari dicuntur. Altitudo muri L. cubitorum eminent spacio. Turrès denis pedibus, quàm murus, altiores sunt. Totius operis ambitus CCCLXVIII. stadia complectitur, singulorum stadorum structuram singulis diebus perfectam esse memoria proditum est. Aedificia non sunt ad mota muris, sed ferè spacium iugeri unius absunt. Ac ne totam quidem urbem tetis occupauerunt, per 80. stadia habitabatur, nec omnia continua sunt, credo, quia tuius visum est pluribus locis spargi. Cætera serunt coluntq;, ut si externa vis ingruat, obsests alimenta ex ipsius urbis solo subministrant. Euphrates interfluit, magna q; molis crepidinibus coercetur. Sed omnium operum magnitudinem circumueniunt cauerna ingentes in altitudinem pressa ad accipiendum imperum fluminis: quod ubi apposita crepidinis fastigium excessit, urbis tecta corripere, nisi essent specus lacusq; qui exciperent, Coctili laterculo structi sunt: totum opus bitumine astrigitur. Pons lapideus flumini impositus iungit urbem. hic quoque inter mirabilia Orientis opera numeratus est: quippe Euphrates altum limum vehit, quo penitus ad fundamenta iacienda egesto, vix fulciendo operi firmum reperiunt solum. Arena autem subinde cumulata. & saxis quibus pons sustinetur, annexa, morantur amnem, qui retentus, acrius quàm si libero cursu mearet, illiditur. Arcem quoque ambitu 20. stadia complexam habet: 30. pedes in terram turrium fundamenta demissa sunt: ad 80. summum munimenti fastigium peruenit. Super arcem, vulgatum Græcorum fabulis miraculum, pensiles horti sunt, summam murorum altitudinem æquantes, multarumq; arborum umbra & proceritate amant. Saxea pila, qua totum onus sustinent, instructa sunt. Super pilas lapide quadrato solum stratum est, patiens terra, quam altam inuiciunt, & humoris quo rigant. adeoq; validas arborum sustinent moles, ut stipes earum 8. cubitorum spacium crassitudine æquent, in 50. pedum altitudinem emineant, & frugifera æque sint, ac si terra sua alerentur. Et cum vetustas non opera solum manufacta, sed etiam ipsam naturam paulatim excedendo perimat, hæc moles, qua tot arborum radicibus premitur, tantiq; nemoris pondere onerata est, inuiolata durat: quippe 20. lati parietes sustinent, 11. pedum intervallo distantis, ut procul visentibus silua montibus suis imminere videantur. Syria regem Babylone regnantem hoc opus esse molitum memoria proditum est, amore coniugis victum, qua desiderio nemorum siluarumq; in campestris locis, virum compulsi natura genium amantate huius operis imitari.

IPSIVS VRBIS PVLCHRITVDO. Etsi nobis ad primum Val. Martialis epigramma non pauca de Babylone, & Babylonis conditoribus dicta sint, qua huc transcribi queant; iuuat tamen enucleatius hic singula dispicere, quando Curtius quoque ad singula serè descendit, idemque & quæ intra, & quæ extra urbis mœnia visenda sunt, describit. Placet ante omnia edere nomina scriptorum, qui Babylone calamo suo elegantius depinxere. Primus omnium & antiquissimus scriptor Ctesiam Berofus verus ille, non qui hodie spurius extat Anni Viterbiensis, Diodorus Siculus, Strabo, Dionysius Periegetes cum suo interprete Eustathio diu post nato; Iosephus, Plinius, Philostratus, Iustinus, Orosius, Tzetzes, & ante haud multos annos noster Pererius ad tr. Gen. copiosissimè. Atque hi potissimum laudandi sunt scriptores de Babylone. Prætereo alios: ad Curtij descriptionem venio. Pulchritudinem urbis cum Curtio ex scriptoribus antiquis laudat D. Hieronymus: Describit ibi templa marmorea, aureas statuas, plateas lapidibus auroque refulgentes, & multa alia, quæ

quæ pæne incredibilia videntur. Sed longè planius de pulchritudine Babylonis Philostratus.

Philostratus lib. 1. c. 18. vitæ Apollonij.

Regia etiam are adopena fulgent: thalami verò & conclavia virorum, porticus atque atria cum argenteis, tum etiam aureis texturis, atque ipso auro tanquam picturis nitent. Peplorum autem seu stragulorum variegationes ex Græcorum fabulis originem trahunt: Itaque Andromeda, Amymona & Orpheus plerisque locis cernebantur: plurimum namque incolæ Orpheo gaudent, tiarâ forsitan & feminalia admirati: nam musica disciplinam, quæ in eo fuit, aut illecebrosa eius carmina in precio non habent. Visebatur quoque & Datis intextus Naxum insulam ex mari diuellens, & Artaphernes Eretriam obsidens, & omnes Xerxis regis victoria. Neque procul aberant Athenæ, & Thermopyla, & quæcunque à Mædis parata sunt, & flumina à terra sublata, & maris Hellepontiaci iugum, contraq; perfossus Athos. Ferunt tamen & in porticum venisse, cuius suprema pars in formam clypei fabricata calicem imitabatur, Sapphirolapide extrinsecus adopena, qui lapis maxime ceruleus calicem colorem refert, ubi eorum quos ipsi deos habent, imagines ex auro, tanquam atheris colorem imitantes sculptæ erant. Is autem locus est ubi rex ius dicere consuevit.

Herodotustribus verbis: ἐκόσμητο δὲ ὡς οὐδὲν ἄλλο πόλισμα τῷ ἡμῶν ἴδμεν. Sed de his infra mox plura.

SEMIRAMIS AVT BELVS.) Conditores Babylonis quinque vel sex lego apud rerum scriptores: Nembrodum, Babylonem, Belum, Ninum, Semiramidem, Nabuchodonosorem. De Nemrodo a Gen. 10. loquuntur a literæ diuinæ. De Belo Nini patre Curtius, & apud Eusebium, b Alphæus, & alij. Mercator Nembrotum putat eundem fuisse cum Nino; quem refutat c Pererius. Babylonem Medi filium laudat d Stephanus de urbibus: βαβυλῶν, inquit, περσικὴ πόλις μητρόπολις Σελευεία καλεσμένη βαβυλῶν. ἀνδρὸς κλισία παλαιότατον σοφωτάτη παγὸς Μήδων. οὐχ ὡς ἡρόδοτος ὑπὸ Σεμιράμιδος ταύτης γὰρ ἦν ἀρχαιότερα ἔτεσι χυλίοις δύο, ὡς ἑρράνιος. Babylon Persica vrbs caput regni, Seleucia dicta, Babylonis antiquissimum opus viri sapientissimi Medi filij: non vt Herodotus vult, Semiramidis, quæ duobus millibus annorum Babylon fuit antiquior, vt Erranius ait.

a Gen. 10. b Alphæus apud Eusebium. c Perer. l. 15. ad cap. 10. Gen. disp. 3. d Stephan. de urbibus. * Alexand. Polystor.

Sed Stephanus nugæ agit cum suo Erranio de duobus millibus annorum. * Alexander Polyhistor testimonio Eupolemi confirmat à gigantibus post diluuium esse ædificatam. Abydenus antiquissimus scriptor, & Dionysius Periegetes Belum Nini patrem, locerum Semiramidis faciunt conditorem Babylonis, quanquam apud Dionysium de Belo non vt conditore, sed velut Deo mentio, cuius carmina hæc sunt de Babylone.

Ἴπρὸς δὲ Νόνον βαβυλῶν, ἱερὴ πόλις ἦν ῥὰ τε πάσαι
Τείχεσιν ἀρραγέεσσι Σεμίραμις ἐσεφάνωσεν
Αὐτὰρ ἐπ' ἀκροπόλῃ μέγαν δόμον εἶσατο Βήλω
Χρυσῶ τ' ἠδ' ἐλέφαντι καὶ ἀργύρῳ ἀσκήσασα.
Ad partes Austri Babylon, quam mœnibus olim
Mirandis posuit, firmisq; Semiramis urbem,
Cuius in arce domum splendens fecerat auro,
Quam simul argentum variè decorauit, eburq;.

Perieg. Eustathij p. 126.

Nabuchodonosor apud Danielelem iactat se de condita Babylone: Νόννη hac, inquit, est Babylonia magna, quam ego ædificavi in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei?

Daniel ca. 4. v. 27.

Semiramidem tamen plerique conditricem vrbs, aut certè mœnium faciunt scriptores. * Pro-

* Herodotus lib. 1. Diodorus lib. 2. Strabo lib. 16. Mela lib. 1. cap. 2.

Persarum statuit Babylonia Semiramis urbem,
Vt solidum coactò tolleret aggere opus,
Et duo in aduersum misit per mœnia currus,
Ne possent tacto stringere ab axe latus.

Strabo. ὧν δὲ μὲν Νίνου ὁ τὴν Νίνον ἐν τῇ ἀπὸ τῆς κτίσεως, ἡ δὲ τῆς γυνὸς ἡπερ καὶ ἐδέξατο τὸν ἀνδρα Σεμίραμις ἦς ἔστι κλισία ἢ βαβυλῶν. Quorum Ninus Ninum urbem in Aturia condidit. Huius autem vxor, quæ & marito successit in regno, Semiramis, cuius opus est Babylonia.

Cum Strabone docet idem Diodorus, qui & urbem accuratè cum toto opere describit.

lib. 2. Bibl.

Quæras iam quid de conditore sentiam, quemque parentem vrbs & auctorem nominem? Dicam apertè & disertè, proscripto ficto Stephani Babylone Medi filio (quem tamen etiam totidem verbis cum Stephano Eustathius celebrat & annis) & Nemrodum, & Belum, & Semiramidem, & Nabuchodonosorem ordinè fuisse omnes conditores, excepto Mercatoris Nino, id factum hoc modo, vt verè ostendit Pererius noster his verbis. Ego, inquit, ita sentio. Primum omnium conditorem Babylonis fuisse Nemrod, vt supra probatum est: sed hunc Nemrod non fuisse alium quam Belum patrem Nini, paulò antè ostensum est. Quare qui Belum faciunt conditorem Babylonis, à nobis minime discordant, quemadmodum Eupolemus aiens ædificatam esse à gigantibus, id ipsum, quod nos sentimus, significare voluit. Sed quia eam urbem exiguam, & inundationibus Euphratis penè dirutam & vastatam; postea Semiramis amplissimam, munitissimam & ornatisimam fecit; propterea non immeritò ædificatrix eius vrbs celebratur.

Conditores Babylonis vtri qui? Perer. ad ad cap. 10: Gen. l. 15. & ad cap. 4. Danielis.

Sed enim cum post Semiramidem, qui consecuti sunt reges Assyriorum, posthabita Babylone, coluerint Ninive, eamque fecerint Regiam, id est, sedem caputq; imperij Assyriorum, (vt narrat Diodorus lib. 3.) hinc acci-

acci-

accidit, vt Babylon à regibus deserta, & insuper Euphratis eluisionibus, & hostium incurfionibus vastata, diu obscura & ignobilis fuerit: quoad post euerfa Niniue, rex Nabuchodonosor Babylonem de integro instaurauerit, & latissimè amplificatam magnificentissimis operibus adornauerit, eòq; sedem imperij, vt quondam fuerat, restituerit. Ex his apparet, si quis rem ipsam bene perpendat, non esse discordes scriptores, licet diuersa de Babylonis conditore scripsisse videantur.

Habes ergo tres ordine conditores: Nemrodum, qui idem cum Belo, habes Semiramidem & Nabuchodonosorem.

CVIVS REGIA OSTENDITVR.) Duæ regia erant, de quibus Philostratus, quem supra adduximus. Sed longè clariùs Diodorus: Regias etiam duas ex vtraque pontus regione ad fluuium adificauit: vnde in totam urbem prospectum & quasi clauas ad loca eius opportunissima habitura esset. Cumq; mediam Euphrates Babylonem intersecet, ad meridiem festinans, castrorum aliud ad ortum, aliud ad occasum vergebat. Magnis vtrunque impendijs constructum. Nam quod ad Occidentem iacet, primum ambitum 60 stadiorum altis & sumptuosis mœnibus, ex cocto latere constructum habuit. Alter intrinsecus in orbem ductus, in crudis adhuc lateribus omnis generis animantia, colorum artificio ad veritatis similitudinem efficta, continebat; Is (auctore Cresia) 40 stadia longus, lateres trecentos latus, & 50. Orgyiarum altus erat. Turres ad 70. Orgyias surgebant. Tertius tandem murus & intimus arcem circumdedit, qui 30 stadia complexus, tum longitudine, tum latitudine intermedij structuram operis superabat. Turres & mœnia bestias omnis generis coloribus & figuris ad viuum expressas, representabant. In primis venatio illic erat variorum plena animantium, quæ magnitudine quatuor cubitos excedebant: & inter hæc Semiramis conspiciebatur ex equo pardalim iaculans, & propè vir eius Ninus, lancea cominus feriens leonem. Tres quoque portas erexerat. Sub quibus cœnacula ex ere, quæ machina aperirentur. Hoc palatium, tum magnitudine, tum ornatu, alteri ex aduersa fluuij ripa longè præcellerat. Nam extrinsecus illius murus, ex cocto latere factus, 30 tantum stadia obtinebat. Loco bestiarum arte effictarum aeneæ Nini & Semiramidis, præsectorumq; & Iouis, quem Belum Babylonij nominant, imagines; nec non instructæ acies, & venationes multifaria ad variam spectantium voluptatem proposita erant.

De Beli verò templo, & ipse multa Diodorus, cuius tamen ætate iam corruerat: sed & Herodotus, cuius verba adscribo, qui turrim quoque erigit, alteramque alteri velut Ossam Olympo, vt ex hoc loco Poetæ fingendi occasionem sumserint. In altero verò (muro) inquit Herodotus, Iouis Belit templum arcis portis, id quod mea etiam nunc atate existit, duorum vndecumque stadiorum amplitudine, figura quadrata. In sacri medio turris solida, crassitudine simul & altitudine stadij, cui alia rursus superimposita turris, & hinc subinde alia ad octauam vsque. Hu forinsecus scala sunt in circuitu adhibita, per quas ad singulas ascenditur turres. In medijs gradibus ductus, sellaq; in hoc facta, in quibus ascensuros liceat sedere ac conquiescere. In postrema turri sacellum est aliud, in quo lectus est splendide stratus, & appositæ mensa aurea. Statua tamen in hoc sacello nulla est: neque hic noctu cubat hominum aliquis præter mulierem vnã ex indigenis, quam ex omnibus Deus delegerit, vii narrant Chaldæi huius Dei sacerdotes, &c.

MVRVS LATERCVLIO COCTILI B. I. S. XXX. ET DVORVM PEDVM LATITVDINEM AMPECTITVR.) Mirum est, quod apud neminem, nisi Eustathium ad Periegetem in Commentario nondum Latinè vnquam reddito, memini legere, quod contra omnium scriptorum fidem est & auctoritatem, muros Babylonis à Semiramide circumdatos, fuisse æreos totos: Hocque affirmat Eustathius ex aliorum quoque sententia se scribere, qui ad id credendum fuerint inducti versu Dionysij Periegetæ.

ἦν ῥά τε πᾶσα μ
Τείχεσιν ἄβρα γέεσι Σεμίραμις ἐσεφάνωσθ.

Quam mœnibus non infringendis totam cinxit Semiramis.

Iam Eustathius, βαβυλῶν ἱερὰ πόλις τείχῃ περιβελημένη χαλκῶν κατὰ ἕνας καὶ πόταμῳ περιρρέομένη. ταύτην φησὶ πᾶσαν τείχεσιν ἄβρα γέεσι Σεμίραμις ἐσεφάνωσθ. ὅτι γὰρ ἕνας ὡς εἴρηται καὶ χαλκῶν αὐτῇ τείχῃ ἐσφράσαν, καὶ ἄλλα πολλὰ θαυμάσια. Babylon sacra vrbs muro aeneo circumdata, vt quorūdam est sententia, & flumine circumfusa. Hanc, inquit Dionysius, irruptis muris coronauit Semiramis. Vnde quidam, vt dictum, murum vrbi aeneum circumdatum scripsere. Ast ego facilius inducar vt credam, quod in Menæis Macario Romano narratur à cœlitate, Paradisi hortum duplici muro cinctum à Deo, qui potest omnia, fuisse ferreo & aeneo, quàm mœnia Babylonis fuisse ærea. In Menæis tamen ira leges. Διὰ νεκτὸς ἐφάνη μοι τίς λέγων, μηθελήσῃς περιᾶσαι τὸν πλάσαντα σε, οὐ δύνασαι γὰρ πλεον διελθεῖν τῷ τόπῳ τῷ τῷ. καὶ εἶπον, διὰ τί, κορέμεθα; ὁ δὲ εἶπεν, ἀπὸ μιλίων εἴκοσι τῷ ὄδε ἐστὶ τείχῃ σιδερεῖν καὶ ἐσφότερον τῷ τῷ τείχῃ χαλκῶν, &c. Hæc in vita Macarij Romani Menæa, & nunc in Vitis PP. alia omnia & plura etiam hæc tamen de muris ferreis & aeneis desiderantur.

Cæterum quod ad Babylonem attinet, cum vrbs centum habuerit portas, & fores aeneæ essent omnes, quales Virgilius de Carthaginensis ædis, quam Dido moliebatur, cardinibus cecinit:

Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat, donis opulentum, & numine Diua:
Ærea cui gradibus surgebant limina, nexaq;
Ære trabes: foribus cardo stridebat ahenis.

Sicul. l. 2. p.
56. 4. à f.

Hero. lib. 1.
p. 33.

23. Octobr.
Rosvveid.
vitæ patr.
Vol. 1. p.
228.

Virg. l. 1.
Æn. v. 450.

Ita reor à parte mœnium, portarum, inquam, nonnulli tota mœnia æræ dixere. *Porta vero vrbs Belides dicebantur*, vt docet Eustathius: *Belus, inquit, erat filius Iouis (à quo & porta Belides dicta) aut ipse potius Iupiter, vt quorundam est sententia.* Belus verò cum idem cum Nemrodo fuerit, stirpem ipsius apud Pererium reperies; impius certè & tyrannus fuit, & auctor idololatriæ. Iam de germanis Babylonis mœnibus, ex veris scriptoribus tradamus.

Curtius ergo murum vrbs non ære fufum, non lapide & saxo cæmentoque structum, sed laterculo igne cocto & bitumine seu naphtha, omni cæmento firmiore interlitum & adstrictum, duos & triginta pedes (non triginta & duos seu triginta & duorum, vt mendosi libri præferunt) fuisse latum.

Hic primus rursus obstrepit Eustathius ad Periegesin Dionysij, & ex aliorum sententia scribit mœnia non tantum ex coctili laterculo, sed ingentibus saxis, cælis etiam & politis tricubitalibus, quâ latitudinem tanto altero longis exædicata & surrecta. in cæteris ferè cum Curtio conuenit. *Huius, inquit, vxor, vt virum suum Ninum (qui Ninum seu Niniem condidit) superatura, Babylonem in campo latere coctili & lapidibus politis singulis tres cubitos latis, sex longis molitur, cuius ambitus continebat stadia trecenta octoginta quinque (duodecim milliaria Germanica minus bese) murum autem extulit ad quinquaginta cubitos, latum cubitos triginta, vt quadriga sibi è contrario occurrentes transendo non offenderent.*

In altitudine quinquaginta cubitorum omnes contentiunt. Turres ex mœnibus surgentes denis pedibus altiores erant muro: ita vt mœnia essent alta pedes septuaginta quinque, turres octoginta quinque. Brissonius pro denis pedibus, *denis cubitis* rescribendum putat.

TOTIVS OPERIS AMBITVS CCCLXVIII. STADIA COMPLECTITVR.) Lege CCC-LXV. tot enim sunt dies anni. vndecim ergo milliaria nostratia & semis, mœnium ambitus continebat.

Herodotus aug't rem, & murum fuisse quadratum, singulaque latera continuisse centum viginti stadia: vniuersim ergo quadringenta octoginta stadia quindecim milliaria Germanica cõficiunt.

Iuuat etiam Diodorum cognoscere, apud quem est mira laus Semiramidis, quæ cum de Babylonem condenda deliberasset, vicies centena millia hominum coegit, & murum trecentorum sexaginta stadiorum vrbi circumde lit, mediam interfluente Euphrate. *Erat tanta operis magnificentia, vt mœnium latitudo sex iuxta curribus vehendis sufficeret. Altitudo verò omnium qui audirent fidem, vt Ctesias ait, excederet. Vt verò Clitarchus, & qui cum Alexandro in Asiam postea traiecerunt, literis prodiderunt, ambitus 365. stadiorum, quor anni dies, stadiorum numero equare studuisset. Murum lateribus bitumine adstrictis coagmentauit. 50. orgyias teste Ctesia altu, vel vt alij 50. cubitos tantum, vt latitudo aliquanto plus, quam duobus curribus satis esset, spacij obtineret.* Hæc Diodorus de ipsis mœnibus, qui mox subiicit de turribus, vti dicam. Cæterum orgyiam accipiunt alij pro vna, hoc est, quatuor cubitorum longitudine, alij pro passu vno, qui quinos continet pedes. quatuor cubiti sex pedibus constant. Vnam porrò extendunt ab extremis vtriusque manus digitis cum brachis extensis vna cum pectore, que, vt dixi, quatuor cubitos complectuntur. Iam de turribus, Turres, inquit Siculus, ducentos quinquaginta adiecit, quarum altitudo & latitudo operis magnitudini responderet. Strabo latum facit murum pedes 32. altum cubitos quinquaginta seu pedes 75. Plinij sententiâ, Babylon sexaginta millia passuum muris amplectebatur, ducentos pedes altis, quinquagenos latis, in singulos pedesternis digitis mensura ampliore, quam Romana.

Solinus Plinium secutus urbem sexaginta millia passuum circuitu patuisse scribit, murisque circumdatam, quorum altitudo ducentos pedes detinebat, latitudo 50. in singulos pedes ternis digitis ultra quam mensura Romana erat altioribus.

Iustinus sine dimensione: *Hæc Semiramis Babylonem condidit, murumq; vrbs cocto latere circumdedit arena, pice, bitumine interstrato.*

Orosius: *Hæc campi planicie vndique conspicua, natura loci latissima, castrorum facie mœnibus paribus per quadrum disposita, murorum eius vix credibilis relatu firmitas & magnitudo, id est, latitudine cubitorum quinquaginta, altitudine quater tanta. Cæterum ambitus eius 480. stadijs circumuenitur. Murus coctili latere, atque interfuso bitumine compactus, fossa extrinsecus late patens, vice annis circumfluit. A fronte murorum 100. porta æræ. Ipsa autem latitudo in consummatione pinnarum vtroque latere habitaculis defensorum aquè dispositis, media intercapedine sui citas quadrigas capit.*

Ita variant scriptorum sententiæ, suntque diuerstæ qua ambitu, altitudine, & crassitie, quod & Tzetzes diseretè canit, & causam probabilem auctorum diuerstia sententiarum & scribentium adiungit; quem videbis.

Brissonius, qui Tzetzi nullam facit in describenda Babylone mentionem, auctores reconciliare conatur: quem si vacabit, ipse adibis.

SINGVLORVM STADIORVM STRUCTVRAM SINGVLIS DIEBV PERFECTIONEM.) Tzetzes singulis stadijs singulos ait fuisse præfectos magnates ex consilio Semiramidis: *Vt autem celerius opus consummaretur, cui libet ex amicis stadium, cum impensis ad id necessarijs, attribuit, & anni spacio negotium peragere iussit.*

AEDI-

lib. 1. c. 178.
pa. 45. v. 9.

Diod. lib. 2.

li. 11. pa. 684

Capellum
vide.
Strabo l. 16.
Plin. lib. 6.
cap. 26.

lib. 1.

Oros. lib. 2.
cap. 6. p. 34.Tzetzi. p.
416. v. 45.
Chil. 93

AEDIFICIA NON SVNT ADMOTA MVRSI.) Sículus duobus iugeris, non vno, ædes ab muro abfuisse tradidit: ἀνά μισθὸν δὲ οἰκῶν καὶ τῶν τεύχεων ὁδὸς πάντα καταλείπει. Inter domicilia & mœnia viarelictæ erat duorum iugerum.

Pag. 46.
græc. in
med.
Pa. 33 .Lat.
v. 2.
pag. 98. B.

AC NE TOTAM QVIDEM VRBEM TECTIS OCCVPAVERVNT.) Hoc etiam Sículus affirmat, sed posteris demum id factum temporibus. De tectis cuiusmodi fuerint, docet plura Herodotus: *Ipsa vrbs plena domibus est ternarum quaternarūq; contignationum, secta in vias tum rectas, tum verò transversas, quæ ad flumen pertingunt: ad quarum singulas pro numero vicorum portula factæ sunt in maceria, qua flumen sepiebat, & ipsa arca, & ad flumen idem ferentes.*

LXXX. STADIA.) Per duo milliaria Germanica & semis, hoc posteriore ævo. Ita Sículus docet. Καὶ γὰρ αὐτῆς τῆς βαβυλωνίων ὄν βραχύ τι μέτρον οἰκῆται, τὸ δὲ πλεον ἐντὸς τεύχεων γεωργεῖται. Nam & ipsius Babylonis exigua quedam portio nunc habitatur, maximaq; intra muros pars agrorum cultui est exposita.

ALIMENTA EX IPSIVS VRBIS SOLO.) Herodotus tamen affirmat, Babylonios cum Cyrum obsidionem moliri cognouissent, multorum annorum comæatum comportasse: quem ob eam causam quod securi sibi viderentur, contempserunt. Et sanè fuissent inuicti, si vigilassent, quibus accidit quod Troianis vino somnoq; sepultis. Nec à Dario capta Babylon esset, nisi per Zopyri fraudem & proditionem accidisset.

MAGNÆ MOLIS CREPIDINIBVS COERCETVR.) Accinit Sículus: ἡ ἑκατέρω δὲ μέρῃ τῶ ποταμοῦ κρητὰ πολυτέλη κατσκευάσθαι παραπήσιαν κατὰ τὸ πλάτος τοῖς τεύχεσιν, ἐπὶ σάδια ἑκατὸν ἐξήκοοντα. Tum ab utroque fluminis latere crepidinem mœnibus latitudine parem, ad stadia centum magnis sumptibus eduxit.

CAVERNÆ INGENTES.) Intrà vel extra urbem? Extra reor. Ita Horodotus: Τὰ φρεῖ μὲν πρῶτα εὐρέα τε καὶ ἑυρέα καὶ πλεῖν ὕδατος περιέθει. Fossa, inquit, primum alta & lata, aqua plena ambit urbem. Sículus: Πολλὸν γὰρ τόπον τῆς πόλεως ἔλειπε περιεχομένης. Cum multis in locis paludibus vrbs sit circumfusa. Curtius tamen perinde loquitur atque si intra urbem fuissent illi specus & ingentes cavernæ, iuxta crepidinem fluminis per mediam urbem fluentis, vt si certis anni temporibus flumen auctis aquis deucheretur, & ripas ac crepidines excederet, specubus & cauernis exciperetur, ne tecta corripere, quæ sanè intra urbem. Nam extra urbem mœnia fossæ & paludes impetū fluminis retundebat & hauriebāt.

COCTILI LATERE.) Sicut mœnia, ita specus, cavernæ & lacus intra urbem, quamquam ambigūe loquatur Curtius, nam omnium, inquit, operum magnitudinem circumueniunt cauerna. Hic de extremis etiam mœnibus videtur loqui, quæ urbem claudat, sed quando addit, appositæ crepidinis fastigium excessit, vrbs tecta corripere, videtur de crepidine intra urbem, iuxta flumen factâ, loqui. Nullus tamen scriptorum aliorum, quod meminerim, cauernarum & lacuum in vrbe fossorum mentionem facit.

PONS LAPIDEVS.) Certatim hic pons ab prisicis auctoribus celebratur, quem elegantissimè Philostratus describit:

Secat autem mediam Babyloniæ Euphrates pari forma: cui pons mirabili arte compactus, domos regias in vtraque fluminis ripa mirabili opere fabricatas iungit, inuisibili quadam & incredibili penè iunctura. Fertur enim mulierem ex Medorum gente natam, & quandoque id regnum sortitam, pontem artificio prius ignoto supra flumen adificasse. Lapidibus enim & as, præterea bitumen & quacunque conglutinationi, qua in aqua fieri consuevit ab hominibus inuenta sunt, ad fluminis ripas congregauit, deinde fluminis aquas in paludes proximas deriuauit: tum iam exsiccato fluminis alueo, duorum passuum fossam effodit, quam super iniecta testudine cooperuit, vt ad regias, qua vtrinque fluminis ripis adiacent, per eam quam diximus foueam, non secus ac per aridam terram, aditus intercederet: ita vt fornix altitudo fluminis alueo adæquaretur, quin etiam fossa quidem fundamenta parietesq; ac superior fornix, in vnum quasi lapidem conglutinati obdurerint: quando bitumine aqua ad consolidationem egente, Euphrates in humidam testudinem inmissus est: itaque pons constitit.

Eundem describit Herodotus, cuius iconem cum ipsa Babylone, turri & regia infra subiiciam. Et Sículus aliquanto planius: Pontem, qua fluuius angustissimus erat, 5. stadiorum longitudine construxit, columnis duodenum pedum interstitio, mira in profundum arte iactis. Lapidibus vt firmius inter se connecterentur, vncis ferreis distinxit; & plumbo compages illiquato expleuit. Columnis verò antequam latera fluuium exciperent, angulos, qui rotundum & paulatim vsque ad columna latitudinem refranatum haberent aquarum decursum, præstruxit: quorum acies impetum refringeret & rotunditas sensim concedens vehementiam defluxus mitigaret. Pons itaque ille cedrinis & cypresinis trabibus, palmarumq; caudicibus & ramis prægrandibus obiectus, & xxx. pedes latus, nulli Semiramidis operum solertia concedebat.

LVNGIT VRBEM) qua fluuius angustissimus est, quinque stadiorum pontem ædificauit regina, per quam ad regiam & turrim vltro citroque commeari posset. quinque stadia efficiunt pedes ternos millenos, ad quos se pons extendit. Urbem cis & trans Euphratem, qui mediam urbem secat.

INTER MIRABILIA ORIENTIS OPERA) De his, & horum numero planissimè & plenissimè disputatum nobis commentario ad primum Epigramma Val. Martialis. Vbi tamen pons hic non ponitur inter orbis spectacula, quamuis quatuordecim memorentur, quibus si amphitheatrum Titi seu Domitiani, seu Vespasiani, & pontem hunc addas, erunt sedecim.

QUIP-

Herod. l. i.
p. 47. in
Græco.
l. i. 2. p. 68.

An Nitocridis reginae specus & lacus, de quibus Herodotus, intelligit? Philostr. lib. i. c. 18. p. 36.

lib. 2.

QUIPPE EUPHRATES.) Quasi redderet admirandi pontis, quem ex hoc ostendit firmum & artificiosum, quod & ingentem vim limi, arenæ, & aquarum illifarum sustinere possit.

SAXIS.) Pilis, columnis lapideis, quæ ferunt molem pontis.

ACRIVS.) Quia cumulata aquarum, limi, & arenarum moles omnia perumpere conantur.

ARCEM QVOQVE.) Aggreditur describere aliud orbis miraculum, quod est Babylone, pensiles, inquam, hortos, De quibus a Iosephus, b Diodorus Siculus, Eustathius ad Periegetem, Plutarchus a. 10. Antiqua p. 11. b. 11. 2. p. 70. c. 5. c. 14. Plin. lib. 19. c. 5. auctore vel Semiramidem vel Cyrum facit.

XX. STADIA AMBITU COMPLEXAM.) Ambitus autem tetragonos quadrato, inquam, schemate & figura, ita ut singula ambitus latera, tria continerent plethra, hoc est, trecentos pedes, adeoque quatuor latera efficiebant pedum duodecim millia, qui numerus iuste 20. stadia explet, vnum quippe stadium pedibus sexcentis definitur, & plethrum vnum, pedibus centum: sed alij quatuor plethra vni lateri assignant; ita, ut 16. millia pedum, arcis ambitus contineat. Si Curtius 800. pedes stadio tribuit, salua res. Nec idem plethron quod iugerum; illud Græcum centum pedes continet, hoc quæ longum ducentos 40. quæ latum centum 20. quod qui non obseruarunt, procul à vero repulsi sunt. Vide Comment. ad Martialis p. 19. secundæ edit.

XXX. PEDES DEMISSA.) Quamobrem tam alta, cum fastigium totius fabricæ non superaret octoginta pedes? Quia Euphrates altum limum vehebat, quod penitus ad fundamenta faciendæ egesto, inquit Curtius, vix fulciendo operi firmum reperiebant solum.

SUPER ARCAM V. G. P. MIRACVLVM PENSILES HORTI.) Græcorum, inquit, fabulis, miraculum, certe non fabulis, sed veris historijs celebratum Strabonis nobilissimi geographi, Diodori Siculi laudatissimi scriptoris, Philostrati clarissimi auctoris, Iosephi Iudæi celeberrimi historici, Suidæ, Eustathij, & aliorum: Nec eo fallum, quod etiam Poetæ epigrammatis idem decantarint.

SVMAM MVRRVM ALTITVDINEM AEQVANTES.) Area hortorum æquabat muros arcis, è quibus tamen arbores quinquaginta pedes altæ eminebant. Poteras in his regina, in cuius gratiam rex hortos suspenderat, nulli spectabilis, animi causa inambulare & prospectare omnia.

SAXEAE PILAE.) Columnæ totum opus sustinebant. Solum, inquam, seu pavementum quadrato lapide stratum, vna cum injecta ad iustam altitudinem terra, quæ non floribus & herbis, sed arborum radicibus & locum & succum daret.

HVMORIS. Ex Euphrate enim subiecto hauriebatur aqua, machinâ quæ foris nulquam appareret, nulquam cernebatur.

VIII. CVBITORVM.) Duodecim pedum, quos vix duo viri manibus iunctis amplecterentur.

ET CVM VETVSTAS.) χρόνος ἀμαυρῆς ἔδραυεῖ πάντα. Tempore marcescunt & corrumpuntur omnia. proinde Poetis non immerito Tempus edax dicitur, quod consumit omnia.

XX. LATI PARIETES.) Parietes viginti, seu columnæ viginti pedes latæ, intelligo parietes viginti, qui II. pedibus inter se distabant; an quas pilas supra dixit non reor, sed fornices qui parietibus constant.

PROCVL VIDENTIBVS.) Adeo supra totam ciuitatem eminent horti, ut nemora, montes & siluæ è longinquo appareant.

SYRIAE REGEM.) Iosephus & Suidas Nabuchodonosorem hortorum pensilium faciunt auctorem. Plinius Cyrum vel Semiramidem, cui & Eustathius in Semiramide subscribit. Verba Iosephi sunt: In hac regia moles saxearum fornibus suspendit, montium speciem referentes, supernè confitas varj arborum generibus, atque ita celebratos illos pensiles hortos absoluit, eo, quod vxor educata in Media concupisset quandam patriæ suæ similitudinem. Horum hortorum etiam Megasthenes in quarto rerum Indicarum volumine meminit.

Plin. 19. c. 5.
Ios. ant. 1.
18. p. 359. v.
vlt.

Suidas: Nabuchodonosor rex Babylonis cum condidisset Babylonem urbem magnam, & cisternam, & supra eam hortum pensilem fecisset, omnibus stirpium generibus constitum, in eo vixit: & vxor eius, quæ hortum eum frequentaret, omnem regionem illam intuens, gaudebat se à nemine conspici. Nabuchodonosor autem illum perambulans, cum fastu & iactantia, An non hæc, inquit, est Babylon illa magna, quam ego in domus regiam potentia virium mearum, ad honorem meum & dignitatem

DESCRIPITIO BABYLONIS.

Ex sententia Herodoti cum quibusdam additionibus Diodori Siculi.

Notandum in primis cubitum regium continere 27. partes, quos vulgò digitos vocamus: & pedem 16. digitos; & stadium, 600. pedes, quas mensuras seruare in tam exiguo spacio non erat possibile.

Nitocris * regina foderat in campo extra moenia ad Occidentem, fossam quadratam, cuius quodlibet latus ad centum stadia RQ, RS, ST, TQ, porrigebatur. Erat eadem profunda pedes 35. cincta muro lateritio, cæmentata bitumine: in hanc ipsam iunctura ponte ciuitatem regina postmodum 186. distraxit Euphratem: idem eius exemplo edoctus Cyrus fecit, cum obsidione premeret urbem, eandem siccatum flumine capturus.

Herod. lib. 1. c. 185. &
* Nitocris
Cana. xpi.

Canalis fluij ad fossam vsque vvv.

Claustrum lateritium x.

Mœnia vr̄bis erant quadrata, & tota ex latere coctili; quodlibet eorum latus stadijs 120. absoluebatur, A,B,C,D,DA.

Altitudo murorum 200. cubitorum, E. B.

Craſſities 50. cubit. B.F.

In ipsis muris frequentes vn̄ius solùm contignationis visebantur domunculæ, vna contra alteram apertæ, tantumque spacij interiacebat, quantum currui transituro opus erat.

Euphrates ex æquo diuidebat Babylonem in duas partes, latus duo stadia, & in ingressu & in egressu.

Fossæ latæ & profundæ ante muros.

Murus humilior flumen vtrinque coegit.

Pons ligneus in transuersum meabilem reddidit Euphratem, cuius descriptionem habes apud Diodorum * Siculum.

* lib. 11.
pag. 68.

Omnes plateæ rectissimæ quasi ad regulam constructæ, quæ sese propterea scindebant ad angulos rectos, quamuis plures fuerint transuersæ quàm alterius ordinis, quæ ad flumen tendebant, nempe ad terram vsque eleuationem (em̄ rhobens ding) quæ domus vtrinque contra fluium defendebat. K.

Ad singulos terminos eius plateæ, quæ ad illud opus eleuatum desinebat, stetit porta ex ære formâ plana L.


Turris surgebat in altera vr̄bis parte, M.

Palatium regium ex altera parte, N.

Horti pensiles, O.

Vr̄bs 100. portas ex æquo disitas numerabat, quas inter vna fuerat rarissimi operis Nitocris reginæ sepulcro nobilis, hanc præ se ferente inscriptionem: *Si regi opus est pecunia, aperiat me, & inde capiat, quantum voluerit.* P.

DESCRIPŦIO PONŦIS Babylonici.



Hic pons longus duo stadia, latus 30. pedes G.H. erat sic constructus: Nulli ibi arcus, sed immissæ in aquam crassæ quædam moles ex lapidibus ferro plumboque colligatis, in angulos acutos ex parte inferiori ad facilius findendam aquam, paulatim in rotundum vsque ad superficiem quadratam desinebant F.C.

Hæ machinæ duodecim solùm pedibus inter se distabant D.E.

His porrò in longum superpositæ erant crassæ quædam trabes, & istis asseres transuersi A.

DESCRIPŦIO


DESCRIPſIO ARCIS Semiramidis.

Semiramis conſtruxerat ex altera ciuitatis parte, oppoſita illi quam turris celebrauit, palatium ſualde magnificentum, hoc modo à Diod. Siculo deſcriptum. Hoc palatium cingebant ternæ coronæ (ad verbum dreÿ einſång) operis figulini, vt vides. Prima continebat 60. ſtadia, eius verò altitudo in 50. quadricubitos ſurgebat A, D. Craſſitudo erat 300. laterum coſilium D, E. munita turribus 70. quadricubitis (ad verbum Klaffter) altis F, G.

Secunda 40. ſtadijs æquabatur; in cæteris primæ gemina, niſi quod lateribus priùs quàm coquerentur, figuræ diuerſarum beſtiarum ad viuum expreſſæ imprimerentur B.

Tertia notata C. 30. ſtadiorum, de cætero altior & craſſior prioribus, exornata opere ſtatuario cum primis excellenti, venationem maximè variam repræſentante: inter venatores autem Ninus rex & maritus Semiramidis leonem maxabulo induens H. & Semiramis Pardum ſagitta traiiciens I. viſebatur. Aedificij interior pars pro ipſius pictoris lubentia (cum eius nec Herodotus nec Diodorus meminerit) exhibetur.





DESCRIP^{TIO} turris Babylonicae.

Turris ista tam decantata, in plano duorum stadiorum sita ex altera urbis parte, ita apud Herodotum descripta reperitur.

Totum opus octo turribus sibi cum proportione subiectis constabat, quas suis distinximus numeris 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. templum Bel omnes has premebat.

Prima & infima in orbem continebat stadium, id est, 600. pedes C. D. & tantundem in altū; alię deficiebant pro ædificij proportione.

Scalę extra moli hærebant, ytex pictura hac patet, à prima sensim ascendendo ad postremam, à G. scilicet ad O. Sub medium cuiuslibet scalę locus erat ubi interquiesceres. E. F.

DESCRIP-

DESCRIPTIO HORTORVM SEMIRAMIDIS QVOS PENSILES INDIGETABANT.

EX vno ciuitatis latere horri pensiles Euphrati contermini spectabantur, quos inter septem mundi miracula antiqui numerabant, quorum faciem ex mente Diodori Siculi subijciam.

Horu ambitus erat quadratus, & ex omni latere ad 400. pedes sese extēdebat A B A C, quibus respondent alia duo; Interius quatuor iacebant areæ 400. passus longæ, & 100. latæ vna alteri supereminente E F G H.

Prima distabat elatior à terra 12. cubitis: & semi E. Secunda 3. cubitis F. Tertia 17. cubitis & semi G.

Quarta Euphrati respondens 50. cubitis: & isthinc aquæ ad aspergendum hortum H. ex Euphrate certis instrumentis hauriebantur.

Vniuersum hoc opus fornibus lateritijs, quæ totum peruehebant, eleuatis ad proportionem arearum superius indicatam, sustinebantur: singularum verò diameter ad 12. pedes excurrerat N O. ipsi verò fornices interuallo 22. pedum distabant, tum vt fornices hinc atque hinc fulcirent, tum vt interius certis habitationibus deseruirent.

Superior fornium facies, quam in hanc rem vides quadrifariam, magnis primo saxis 16. pedes longis, 4. latis erat onerata, vt prima area monstrat E.


Totum deinde erat operum arundinæ multæ, vt secunda area F exhibet.

Rursum istæ arundines iugentibus laminis, ex plumbo tectæ erant, ne foræ ex terræ humiditate vitium contraherent fornices, vt videre est in tertia area G.

Deinde plurima terra fuerat congesta, perquam pinguis omni plantarum exquisitissimarum genere varia, & quarta area H. demonstrat.

Gradus quibus ex vna in alteram conscendebatur à Diodoro non describuntur, ex arte tamen architectonica sunt extructi I. K. L. M.

Fenestræ litera R. notatæ, ex hac in illam aream despecturis erant accommodæ.



CAPVT V.

ARGVMENTVM.

Mores Babyloniorum corruptissimos exponit.



lutius in hac urbe quam vsquā constitit rex, nec ullus locus disciplina militari magis nocuit. Nihil urbis eius corruptius moribus, nihil ad irritandas illicendasq; immodicas cupiditates instructius. Liberos coniugesq; cum hospitibus stupro coire, modò precium flagitij detur, parentes maritiq; patiuntur. Coniuuales ludij tota Perside regibus purparatisq; cordi sunt Babylonij maxime in vinū. & qua ebrietatem sequuntur, effusi sunt. Fœminarum coniuuia ineuntium in principio modestus est habitus: dein summa quaque amicula exuunt, paulatimq; pudorem profanant. Ad vltimum (honus auribus sit) ima corporum velamenta proijciunt; nec meretricum hoc dedecus est, sed matronarum virorumq; apud quos comitas habetur vulgati corporis vilitas. Inter hac flagitia exercitus ille domitor Asiae per 34 dies saginatus, ad ea quae sequebantur dulcissima haud dubiè debilior futurus fuit, si hostem habuisset.

DIUTIVS.) Quatuor & triginta dies infra Curtius ponit moræ in Babylone acta; quo tempore corruptum, ait, militem, quod Capuae copijs Hannibalicis postea in Europa vsu venit, sed hic nullus Marcellus, nullus hostis, qui otium interpolaret, profligato iam Dario, app. rui; quæ Alexandri fortuna & felicitas fuit.

CVM HOSPITIBVS.) De hisce Babyloniorum cum hospitibus improbis commercijs & nequitijs, copiosè vt omnia, Herodotus in Euterpe.

Herod. l. 2. p. 51. in Græco Laur. Val. l. 2. *lib. i. pag. 68. §. 1.

PATIUNTUR.) Imò plebeij cogunt. Vnusquisque plebeius, inquit Herodotus, qui victus inopia premitur, filias suas adigit ad questum corpore faciendum.

CONIUALES LVDI TOTAPERSIDÈ REGIBVS PURPVRTATISQVE CORDI SVNT.) Briffonium adi de regno Periarum.

*cap. 3.

Regum vitia, in his Μισοργές propensam animi affectionē testatur Athenæus, cuius verba ipsa ponam: Επισθόακισαν ἢ καὶ οἱ βασιλεῖς περὶ τὰς Μισοργές, ὡς δὴ λέγει Περμειών, ὅτι τῆ πρὸς Ἀλέξανδρον ἑταίρῳ, ἦν ἐπίτηθεν αὐτῷ μετὰ τὸ Δαμάσκον εἶλιν, καὶ τῆς ἀποσκευῆς τῆς Δαρείου ἐγκρατῆς γενέσθαι, Καταριθμησάμενοι οὖν τὰ ἀχμαλώτα, γράφει καὶ ταῦτα Παλλακίδας εἶρον Μισοργόυς τῶ βασιλεῖος Σιακοσίας εἰκοσιεννέα. Xenophon quoque in extremis lib. 4 Παιδ. Κυρ. Cyro è præda selectas Μισοργόυς δύο, τὰς κρατίστας, narrat. Athenæus lib. 12. pellices totam noctem vocis ac fidium cantu traducentes somnum regi conciliaffe, ex Heraclide Cumanò refert. Eodemq; libro * ex Ctesia, de Annario Babylonia præside hac transcripsit. αὐτῷ εἰς δειπνοῦ εἰσῆσαν πενήκοντα καὶ ἑκατὸν ψάλισσαι καὶ ἄδουσαι γυναικες. Ἐπαλλον δὲ αὐτὰ καὶ ἦδον ἐκείνῳ δειπνῶντι. Ad eum cœnantem introductæ sunt centum quinquaginta mulieres, quæ canerent & saltarent. Harū nullienū, vt Suidas scribit, alie tibia canebant, alie psallebāt psalterio, tum pentachordo, tum heptachordo. Eadem fidium cantui accinebant. Fidium autem cantus non ad cantilenam accommodatū habebat melos, sonum ac canorem, vti apud Græcos fieri consueuerat: sed erat veluti cantilena præludium. Simulatq; autem mensa remouebatur, desinebant canere. Cum vero fundi sibi merum Rex iubebat, ex integro canere & psallere occipiebant. Qua de re Suida verba sunt hæc: Μισοργοὶ ψάλισσαι αὐτῷ Μισοργοὶ βάρβαροι ἦσαν γυναικες ἄνομα αὐτῶν ἑταίρων, βάρβαροι καὶ τῶτων αἱ μὲν αὐλῶσιν, αἱ δὲ ψάλλουσι πενταχόρδῳ: αἱ δὲ ἑπτάχορδῳ ψάλλουσιν αἱ αὐτὰ δὲ καὶ προσάδουσι ἢ ψάλλουσι. ὁ ψάλμιος δὲ ἐν τῷ ᾄδῳ ἔχει πενταχόρδον τὸ μέλοσ, καὶ γὰρ παρὰ Ἕλλησιν ἀμ' εἰσὶν οἱ ἑδούσιμοι εἶνα τῆ ᾄδῃ. Καὶ λήγοντα μὲν τῶ πρὸς τὸ βασιλεῖ καὶ ἠὲ ἠξυνοῦ ἦσαν οἱ: ὁπότε δὲ ἐρχομαι κελύσειεν αὐτῶν ἤρχοντο ἄδεν, καὶ ψάλλεν. Quem locum vel ea potissimum gratia adduxi, vt inde mendam tollam. Vitiosum est enim quod legitur, οἱ ἑδούσιμοι εἶνα: emendandumq; οἱ ἑδούσιμοι εἶνα. Idque non scriptorū tantum codicum fide, sed & alio ipsius Suida loco ita esse planum faciam. Sic enim in voce ἑδούσιμον scriptum lector inueniet, ὁ δὲ ψάλμιος, οἱ ἑδούσιμοι εἶνα τῆ ᾄδῃ. Psallimus autem vt interpret Aristophanis in Auidis explicat, proprie τὴν ἢ κίθάραν ἤχοι, id sonum seu pulsū fidium significat: vt psallere est fides pulsare. Apud Persas igitur cantum præcedebat pulsus fidium, qui proludij loco pramittebatur, non ille quidem ad numeros, vel verba canticilena accommodatus: sed pro arbitrio citharistria. Enimvero d Parthis quoque Persarum luxuria successoribus & amulis, muliebrem hanc musici ant placuisse, ostendit Plutarchus in Crasso, quo loci actum de eius eade triumphum narrans ait: Κατόπι δὲ ἤρχοντο

ἔπιοντο Σελευκιάδες ἐταῖροι Μυσθηγοί, πολλὰ βωμολόχα καὶ γελῶσα, δι' ἄσμάτων, εἰς θύλακτα καὶ ἀναυδρεῖαν τὸ Κρέας λέγουσαι. Ibidemq; consentiente Appiano in Parthicus, Parthos plerumque choreis & canticibus, noctem cum id genus mulieribus in somnum transegitte memorat. Alias quoque gentes faminis quibus tibias inflarent, cithara personarent, fides pulsarent, & psallerent, vsus inuenio. De Halyatte quidem rege Lydia, Herodot. lib. 1. scribit, ἐστρατεύετο δὲ ἐπὶ συγγυρωτε, καὶ πηλιδωρ, καὶ αὐλῆ γονακίης τε καὶ ἀνδρείδ. A quo loco caliginem Latinus interpret non depulit, qui verbum verbo reddens, Halyattem in expeditionem processisse scribit, ad cantū fistularum fidiumq; ac tibie tam muliebris, quā virilis. Verum postrema hæc verba in tenebris iacere non sinit Agellius, qui eorum sententiam, & Herodoti mentem perspicuè li. 1. noct. attic. cap. 11. expressit. Eius igitur ore Herodotus non minus dilucidè quā Latine, ita loquitur: Halyattes autem rex terre Lydię, more atq; luxu barbarico præditus, cū bellū Milesijs faceret, cōcinētes habuit fistulatores & fidicines: atq; faminas etiā tibicinas in exercitu, atq; in procinctu habuit, lasciuientiu delicias conuiuioiu. Tibicinas etiam nuptijs epulis & conuiujs adhibitas, docent Plautus Aulular. Act. 2. scen. 1. & Act. 3. sc. 3. Mostellar. Act. 4. sc. 7. Horat. lib. 1. Oda 14. Nec meretrix Tibicina cuius ad strepitus salias terra grauis. Fidicinarum etiam fit mentio apud Plaut. Epidico Act. 2. f. 3. & Act. 3. sc. 3. Puellam quoque citharistiam, quæ lenoni turpissimo seruiebat, prædicat Terent. Phormio: Act. 1. sc. 2. Idem Psaltria meminit Adelph. Act. 4. sc. 7. vt & Cicero lib. 3. Tusc. quæst. & pro Sestio. Horat. Ode 13. lib. 4. doct. a psallere famina. ab exercitu Asiano luxuriam peregrinam in urbem inuectam Liuius lib. 39. narrans, Tunc, ait, Psaltria (sic enim emendo) Sambucistriaque, & coniuualia ludionum oblectamenta, addita epulis. Plutar. ἐν ἐρωτικῶ: Αὐλητρίδες δὲ Σάμιαι, καὶ ὄρχηστρίδες, Ἀρισόσια, καὶ τύμπανοι ἔχουσα Οὐρανθα καὶ Ἀγαθοκλία Διαδήμασι βασιλέω ἐπέβησαν. Charem quoque Atheniensem in expeditione militari dixisse αὐλητρίδας, καὶ ψαλτρίδας, καὶ πίζας ἐτάρας. Athenæus lib. 12. narrat, ibidem de Stratone Sidoniorum rege talia refert.

Sed vt ad propositum reuertamur, Persarum reges ita viuebant, vt nulla tam exquisita posset inueniri voluptas, quā non abundanter. Vique adeo autem luxus & delicias diffuebant, vt artifices habere conquirendarum & comparandarum voluptatum: Quin etiam ijs qui nouum aliquod edulij voluptatis genus excogitassent, publicè præmia proponerent, quemadmodum Athenæus lib. 12. Dipnosophist. testatur his verbis: τοῖς γὰρ πορίσοισι τι ἀποδοῖ, de Persarum rege loquens, καὶ δὲ ἐρωτικῶ: διδοὺς αἰὲλ τὸ πορίσεντ. Idem lib. 4. Dipnosophist. ex Theophrasti lib. περὶ βασιλείας, τοὺς, ait, περὶ τῶν βασιλέων ὑπὸ τρυφῆς προκηρῦττεν τοῖς ἐφευρισκοῖσι τινὰ κατὰ τὸ ἡδονῆν, ἀργυρεῖα πλῆθ. Cicero lib. 5. Tusculanar. Quæst. Nam Xerxes quidem refertus omnibus præmijs donisque fortune, non equitatu, non pedestribus copijs, non nauium multitudi, non infinito pondere auri contentus, præmium proposuit, qui inuenisset nouam voluptatem, quā ipse non fuit contentus. Valer. Max. lib. 9. cap. 2. Xerxes opum regiarum ostentatione eximia, eo vsque luxuria gaudebat, vt edicto præmium ei proponeret qui nouum voluptatis generis reperisset. Quam regum miseram & anxiam luxuriam, quā efficiebatur, vt eorum regnum omni esset voluptatum genere inferius, Athenæus lib. 12. hoc epilogo denotat, ὁ περὶ τῶν βασιλέων ἀβλοβῆτ τοῖς τὰς ἡδονὰς αὐτῶν γνωρίζοισι, ὑπὸ πάντων τῶν ἡδονῶν ἢ τῶν μένῃ ἀπέδειξε τὴν βασιλείαν. Ideoque non iniuria Diogenes, vt Cicero lib. 5. Tusculan. quæst. scribit, disputare solebat, quanto regem Persarum vita fortunaque superaret, sibi nihil deesse: illi nihil satis vnquam satiari ille posset: suas eum consequi nullo modo posse. Sed & in Gorgia Socrates, cum esset ex eo quæsitum, τί igitur ne de Persarum quidem rege magno potes dicere, beatusne sit? An ego respondit, possum, cum ignorem quā vir doctus, quā vir bonus? Quid tunc in eo sitam beatam vitam putas? Sic enim Græca Platonis verba Cic. lib. 5. Tuscul. quæst. in Latinum conuertit: Quæ fusiùs Dio Chrysost. Orat. 2. persequitur.

Subiungit idem de purpuratis ab regibus inuitatis: Quandoque etiam reges magnifico & lauto conuiuio Satrapas, purpuratosque suos excipiebant. Et ita Artaxerxem epulum Satrapis Prætoribusque suis, præbuisse, historiarum monumentis proditum est. Cuius magnificentissimum apparatus qui studet nosse, is librum Esther, cap. 1. & Ioseph. lib. 11. antiquit. cap. 6. adeat. Mihi namque breuitatis studio, digitum in fontes intendisse visum est satis. Similiterque Darius Mediæ & Persidis præsidibus, omnibusque præfectis cænā dedisse narratur lib. 3. Eudræ cap. 3. Cuiusmodi Epulas septuaginta interpretes, vtrouique Δοχῆν vocant. Erant & Persarum regibus solemnes epule, ad quas soli cognati vocabantur: συγγενικόρ ἀριστόρ Athenæus lib. 2. appellat. Nam vt Romani solenne (quemadmodum Valer. Max. lib. 2. cap. 1. scribit) conuiuium instituerant, quod Charistia appellabant, cui præter cognatos & adfines nemo interponebatur: ita Persarum reges ad hoc conuiuium cognatos solos admittentes, Græcos, aliosue Barbaros minimè adhibebant. Itaque honore eximio & propè singulari ad eam cognatorum cænā, Artaxerxes Timagoram Cretensem (vel, vt alijs placet, Enthymium Gortynium) inuitauit, cum is æmulatione Themistoclis incensus, ad Artaxerxē sefe contulisset: Qui honorum Græcorum nulli antea contigerat, nec præter eum, alij cuiquam poltea concessus fertur. Atque hæc sepe generatim de regum conuiujs & ludis Brissonius.

Sed Diodorus Siculus sigillatim nequitias regum reginarumque describit. Incipit ab Semira Li. 2. p. 101. imidis delitijs, quas sibi in prægrandi horto, haud procul Chaone Mediæ vrbe intruxerat, pararat, omnesque quibuscum consuerat, interfecit: ἐν τῷ τῷ δὲ τόπῳ, inquit Siculus, σὺχουρ ἐν διατρέψασα χρόσι καὶ πάντων τῶν εἰς τρυφήν ἀνηκόντων ἀπὸ λαύσασα. Hoc in loco omni genere deliciarum perfruens non

L. 2. p. 109
v. 10. a. f.

parum temporis absumsit. Subiicit deinde de Ninya filio Nini & Semiramidis, in omni quoque genere voluptatum inter concubinas & eunuchos volutato. Ad eumque modum omnes deinceps reges ad triginta hominum ætates ad Sardanapalum vsque, regnum administrarunt, vt putarent regere nil aliud esse, quam voluptatibus indulgere. Sardanapalus vltimus Assyriorum rex demum imperij iacturam fecit, per Arbacem & Belesin ad Medos translatus. De quo ita Siculus: *Sardanapalus ergo trigessimus à Nino Monarchiæ auctore & postremus Assyriorum rex, omnes suos maiores luxuria atque ignavia supergressus fuit. Nam præterquam quod à nemine extra familiam conspiciebatur, vitam quoque duxit muliebrem: Inter concubinarum enim greges se volutans, purpuram lanamque mollissimas tractare stola muliebri indui: faciem & totum corpus fucò alijsque scortorum lenocinijs componere, quavis delicata muliere lasciuissimè solebat. Famineam quoque vocem imitari, nec tantum cibo & potu ad voluptates trillandas accommodatissimo iugiter vi: sed ad Venereas oblectationes marium simul & feminarum concubitus appetere: viroque sexupropudiosissimè abutens, & turpitudinem, sædè actionis comitem, nec floccipendens. Eoque tandem deliciarum & turpissima voluptatis ac intemperantia processit, vt carmen hoc funebre sibi ipse componeret, & successoribus sepulcro suo post mortem inscribendum mandarit. Id autem è lingua Barbàrica à Græco aliquo translatum ita se habet:*

Quæ mihi grata dedit gula, amor, petulantia, viuo,
Mortuus hæc habeo, Bona cætera cuncta reliqui.

Cum igitur tam corruptis moribus esset, non tantum ipse scdum nactus est vitæ exitum: sed Assyriorum quoque Imperium præ cæteris, quæ memorantur, diutissime florens, funditus evertit.

BABYLONII MAXIME IN VINVM ET QUAE EBRIETATEM SEQUVNTVR, EFFVSI SVNT) Ebrietatem sequuntur voluptates corporis, stupra, nequitia, omnique generis libidines, quas ipse Curtius modestis sanè verbis attingit potius quàm exponit.

PVDOREM PROFANANT) eleganter hoc dictum de profano & improbo factò; exuunt, prostituunt, profligant.

HONOS AVRIBVS) En modestiam scriptoris obseruandam, cum aliquid profanum aut obscenius narrandum, vt id non sine præfatione fiat. Habent hunc morem Germani, nec dubito de alijs gentibus honestis, cum quid vel vilius vel absurdius proferunt præfari solent: mit ehren zu melden, die süß waschen / schlich büßen / Reschweiber / Hüren vnd Büben, quales erant ciues Babylonicum.

Liu. 1.

VVLGATI CORPORIS) prostituti, de lupis, prostibulis, meretricibus proprie dicitur. Lilius de Laurentia Faustuli vxore, *Sunt, inquit, qui Laurentiam vulgato corpore lupam inter pastores vocatam putent, inde locum fabulæ ac miraculo datum, Romulum nempe & Remum à lupa nutritos.*

VILITAS) quid enim vilius prostibulo, quod literæ sacræ quoque vile appellitant.

COMITAS HABETVR) Ex poeta hoc Curtius, vel ex Curtio poeta: *Vulgare corpus, vilitas non comita st.*

DEBILIOR FVTVRVS, SI HOSTEM HABVISSET) Lilius de Hannibalicò exercitu Capue hibernante. Profus ita Capua altera Babylon militem & Romanum & Hannibalicum corripit: de qua re *Lilius: ad quem haud dubie Curtius respexit. Sed hostis aberat: quæ fuit sælicitas & Alexandri & copiarum eius. Habent imperatores & belli duces, quomodo per hiemem tractandus sit miles, ne vires & nerui omnes militares per luxum soluantur & elidantur.

*Liu. li. 7.
p. 22. fol.
& 123. p.
386. fol. &
p. 394.

Sed quis finis fuit Babylonis? quem Hieremias sanctissimus Vates cap. 50. & 51. grauissimis verbis prædixit. funditus demum euerso anno Iudaico 4797. Christiano CIOXXXVII. vt docet Scaliger ad Euseb. animaduers. p. 120. Quæ autem S. Ioannes Apocal. c. 18. de Babylone vaticinatur, *μυσικὸς* vel de Roma, vel potius de statu impiorum toto mundo sparsorum futuro accipienda sunt.

CAPVT VI.

ARGVMENTVM.

Copias auget, regnum Babylonis Satrapis & prætoribus administrandum committit, chiliarchas creat, militarem disciplinam mutat.

Cate



*A*eterum, quo minus damnum sentiret, identidem incremento renovabatur. Namque Amyntas Andromenis ab Antipatro Macedonum peaitum sex millia adduxit, DC. prater ea eiusdem generis equites; cum his DC. Thracas, adiunctis pedibus sua gentis III. millibus & D. & ex Peloponneso mercenarius miles ad quatuor millia aduenerat cum CCCLXXX. equitibus. Idem Amyntas adduxerat L. principum Macedoniae liberos adultos, ad custodiam corporis: quippe inter epulas hi sunt regis ministri, ydemque equos ineunt praelium admovent, venantemque comitantur, & vigiliarum vices ante cubiculi fores seruant, magnorumque praefectorum & ducum hac incrementa sunt & rudimenta. Igitur rex arci Babylonis Agathone praesidere iussit, cum DCC. Macedonum CCC. q. mercede conductis. pratores, qui regioni Babylonia & ciuitati praesent, Menetem & Apollodorū reliquit. duo his millia pedum cum mille talentis data. Vtrique praeceptum, ut in supplementum milites legerent. Mazaeum transfugam Satrapia Babylonia donat. Bagophanem, qui arcem tradiderat, sequi iussit. Armenia Mythreni Sardium proditori data est. Ex pecunia deinde Babylonia Macedonibus equitibus sexcenti denarii tributis peregrinus eques quingenos accepit. Duceni pedestrium stipendium mensum. His ita compositis in regionem quae Satrapene vocatur, peruenit, fertilis terra, copia rerum & omni comatu abundans. Itaque diutius ibi subsistit: ac ne de fides otio demitterent animos, iudices dedit, praemiaque proposuit de virtute militari certantibus. Octo, qui fortissimi iudicati essent, singulis militum millibus praefuturi erant. Chiliarchas vocabant, tum primum in hunc numerum copijs distributis, namque antea quingentaria cohortes fuerant, nec fortitudinis praemia gesserant. Ingens militum turba conuenerat, egregio interfuturam certamini, testis eadem cuiusque factorum. & de iudicibus lata sententiam: quippe verone an falso honos cuique haberetur, ignorari non poterat. Primus omnium virtutis causa donatus est Adarchias senior, qui omnissum apud Alicarnasson à iunioribus praelium vnus maximè accenderat. Proximus ei Antigenes visus est. Tertium locum Philotas Angaeus obtinuit, quartus Amynta datus. Post hos Antigonus, & ab eo Lyncestes Amyntas fuit: septimum locum Theodotus, vltimum obtinuit Hellanicus. In disciplina quoque militaris reiperaeque à maioribus sumta vtiliter mutauit. Nam cum ante equites in suam quisque gentem describerentur, seorsum à ceteris exempto nationum discrimine, praefectos non utique suarum gentium, sed delectos attribuit. Tuba, cum castra mouere vellet, signum dabat: cuius sonus plerumque tumultuantium fremitu exoriente, haud satis exaudiebatur. Ergo per ticam, qua vndique conspici posset, supra praetorium statuit, ex qua signum eminebat pariter omnibus conspicuum, obseruabatur ignis noctu, fumus inter diu.

* remitte-
rent.

* cesserant.

DAMNUM SENTIRET) ex milite Babylonicis delicijs corrupto.

INCREMENTO RENOVABATUR) supplemento incorruptorum è Græcia adductorum, qui occurrerunt Alexandro iam Sufis versanti, ut Arriano placet: Siculus intra Babylonem & Susa in itinere cum Alexandri copijs iunctas scripsit nouas.

ca. 32. li. 4.

AMYNTAS) de hoc & alijs Amyntis cognominibus supra.

ANTIPATRO) pratore Macedoniae.

SEX MILLIA) si colligas, equites mille quingenti triginta, inter quos quinquaginta principum filij, pedites tredecim millia quingenti. omnes iunctim 15030. Diodorus quatuordecim millia peditem recenset è Græcia submissorum, equitum quatuor millia sexcentos quinquaginta. Et hoc fuit, quod Curtius dixerit damnum non sensisse Alexandrum, quod quasi nouum ex Græcia exercitum accepisset.

QUINQUAGINTA PRINCIPVM MACEDONIAE LIBEROS) Hunc locum nemo melius explanat ipso Curtio lib. 8. quem adhibis. Ex hac cohorte regia fuit Hermolaus, qui postea coniu-
rauit in Alexandrum, & deprehensus, lapidum imbre obrutus est. Suffragatur Curtio Arrianus. E-
rat iam ante à Philippo institutum, uti Macedonum, qui in aliqua dignitate constituti essent filij, cum ado-
leuissent, ad regium ministerium deligerentur, & cum ad alia qua ad regij corporis curam pertinerent, pra-
esto essent, tum, eo cubante, custodias agerent. Hi equos cum rex ascensus esset, ab equisonibus acceptos ad
regem adducebant: eum, Persico more, in equum imponebant, & venationi studentem comitabantur. Hæc
Arrianus. Quod sanè cautè & sapienter à Philippo institutum est, ita enim praetores puerorum
parentes in fide retinuit, quando illorum filios tecum quasi obsides habebat, eosdemque simul om-
nibus

cap. 15.
Arrian. li.
4. de Her-
molao nar-
rans.

I. 14. Varia
c. 29.

nibus liberalibus disciplinis & artibus auli cis studiisque militaribus institui curavit, qui parentibus ævo defectis succederent. Sed de hoc Philippi instituto multo clarius in varijs Aelianus, cuius verba apponam ex interprete, ne longior sim. Philippus clarissimorum Macedonum liberis astutis, sui curam ministeriumque ipsi imposuit: non per iniuriam aut contemptum, sed ut patientes eos laborum, & ad ea quæ fieri opus esset, peragenda promptos atque paratos redderet. Eis verò ex ipsis, qui vel luxui studerent, vel segniter pigreque iussa facerent, his infestissimus fuisse dicitur. Aphthonetum igitur flagris cecidit, quod, cum fitiuisset, acie deferta, à via deflectens ad publicum hospitium diuertisset. Archedamum verò morte multavit, quod cum eum perseverare cum armis iussisset, ille deposuisset. Exultimabat enim se blanditijs & assentatione nullo negotio regem sibi placaturum esse.

AD CVSTODIAM CORPORIS) Inter quos præter alios tamen erant Ptolomæus & Leonnatus, Eurylochus, Epimenes, Softratus, Hermolaus princeps postea coniurationis, Nicoltratus, Antipater non ille Macedoniæ prætor, Asclepiodorus, Philotas quidam, Auticles, Elaptonius, Epimenes.

MAGNORVMQVE PRAEFECTORVM ET DVCVM INCREMENTVM ET SEMINARIVM) Imò etiam post Alexandri mortem, regum, & prouinciarum rectores, uti Ptolomæus & Leonnatus regia stirpe oriundi, Lyfimachus, Antigonus, Cassander, alij

H. 10. c. 1.

ACATHONE) Eisdem recenset & plures etiam Siculus: *μετὰ δὲ ταῦτα*, inquit, *τὴν μὲν ἀρχὴν παρέδωκε τῆς εἰς Ἀγάθωνι τῷ Πυδναίῳ συστῆσαι αὐτῷ Μακεδόνος στρατιώτας ἐπὶ λαχοσίγῃς*. Sed Curtius his addit etiam trecentos mercede conductos. Agatho postea propter atrocia facinora cum Cleandro, Sitalce, & alijs occisus est. Sequitur in Curtio: *Prætores qui regioni Babylonia & ciuitati præessent, Menetem & Apollodorum reliquit. Diodorus: Apollodoro verò Amphipolitano, & Meneti Pellæo Babyloniæ & Satrapiarum seu prouinciam ad Ciliciam vsque administrationem commisit. Mazæi Diodorus mentionem prætermittit, cum & Curtius & Arrianus satrapia, hoc est, prouincia Babyloniæ donatum & præfectum esse scribant.*

MILLE TALENTIS) sexcenta millia philippæorum.

MAZAEVM TRANSVCAM) qui à Dario victo ad Alexandrum defecit, ut supra dictum.

BAGOPHANEM QVI ARCEM TRADIDERAT) cum pecunia, (de quo supra) sequi castra iussit, ne si duo Persæ summæ rerum præessent, rursus per occasionem ad Darium deficerent, vel prouinciam & arcem sibi retinerent.

MITHRENI) Mithrinæ scripsit Diodorus, & eodem flexu Arrianus.

SARDIVM PRODITORI) Sardis Lydiæ arx & caput. Non præfecit Mithrenem Lydiæ, quia proditores inuisi popularibus, & fides etiam incerta. uti vulgo dicatur: *Proditionem amo, proditorem non amo.*

EX PECVNIA DEINDE) numeravit Alexander sub signis equitum septem millia, peditum quadraginta millia, quando dimicauit cum Dario. demus ergo equitum Macedonum fuisse tria millia quingentos, totidemque peregrinorum. Denarius decem assibus, unde & nomen accepit, permutabatur, hoc est, quatuor sestertijs numis, siue duobus victoriatis, quos barbari Bazios dicunt. Erit ergo denarius ex primo Romanorum precio, octo cruciferis. Tribus in illibus & quingentis singulis sexcenti denarii, alijs quingeni, peditibus duceni dati, quæ est fors & summa, si colligas?

Singulis ergo Macedonibus equo bellantibus cedebant 80. aurei germani, qui in tria millia quingentos ducti, efficiunt viginti octo millia, peregrinis sexaginta quinque, quæ in forte excrecunt ad septendecim millia quingentos. summa equitibus data quadraginta quinque millia quingenti. peditibus singulis viginti quinque aurei, qui in quadraginta millia ducti, summam reddunt decies centena millia, tota summa equitibus & peditibus data, decies centena quadraginta quinque millia aureorum fuit. Quantum verò auri è gazophylacio Babylónico exhauserit ipse rex, prodidit nemo.

HIS ITA COMPOSITIS) Arrianus narrat consultos ab Alexandro etiam Chaldæos, quorum monitu, & fana instaurauit, & Belo fecit.

SATRAPENEM) Etsi nec apud Marcianum Heracleotem, nec Scylacem Cariandensem, nec Strabonem, nec Ptolomæum, nec Dionysium Alexandrinum, nec Plinium, nec Stephanum, nec Suidam, Melam, Solinum, aut quenquam alium legam, ut illam prouinciam omnino extra totius vias, ipsumque mundum in Vtopia Morisitam possis arbitrari: & Glareanus omnino Sitacinem (quam regionem plerique omnes laudant, & hic Siculus pro Satrapene ponit) putat rescribendum: Satrapenem tamen apud Polybium & Plutarchum in vita Luculli legi putant, quos Satrapenes appellat Plutarchus, Polybius Satrapeios à Satrapene haud dubiè. Est Mediæ regio, cuius cultores pro Tigraue contra Lucillum propugnarunt, sed eos fugauit. Eadem regio *Sitacene*, recentioribus dicitur Apolliniatis, ut docet Strabo. de Satrapene nihil: nisi dicas legendum Sagapenem, de qua Strabo lib. 16. & est in illa vicinia, vide p. 512.

¶ Polyb.
1. 5.
Plutarch.
locum nō
dū repeti,
quem Or.
rel. laudat.

Certè quæ de copia rerum & abundantia comætu affirmantur à Curtio in Satrapene, eadem de Sitacine Siculus narrat, ὁ δὲ βασιλεὺς, inquit, τῶν δὲ παραλαβὴν προίκα καὶ χρεῖν ἵηεν ἐκ τῶν εἰς τὴν Σιτακίην ἐπαρχίαν. τὴν δὲ χώρας ταύτης πολλὴν ἀφθονίαν ἐχέουσαν τῶν ἐπιτηδείων πάντων, ἐν ταύτῃ πλείους ἡμέρας ἔμεινε. His, inquit, nouis militibus secum assumptis processit, & sextis castris in Sitacinehi peruenit, complures dies propter rerum omnium copiam commoratus est. Interpres Polybij vocem Σιτακίης vertit Atropazios, quorum regio est Atropatene etiam Plinio; sed hi, proximi sunt populis qui ad pontum Euxinum colunt, pars Medorum, nihilque huc faciunt. Vel ergo idem fuere Satrapeni & Sitaceni, vel Curtiana vertenda.

lib. 17

NE DESIDES OTIO DIMITTERENT ANIMOS.) Nulla re minus uti potest miles quam otio; nam hostis cum deest, hostis fit ipse sibi, seditiones mouet, aut in principem coniurat, aut proditiones concinnat. Sed ne otium, inquit infra lib. 8. Curtius, ferendus rumoribus natum aleret, in Indiam mouit. cap. 17.

DE VIRTUTE MILITARI CERTANTIBVS.) Non instituit hic Alexander certamina noua inter duces aut milites, sed virtutem singulorum præteritis prælijs obseruatam ornare donis & nouis dignitatibus & magistratibus bellicis voluit. Itaque cum octo chiliarchas, qui singulis militibus præessent, creare vellet, exercitum ipsum adhibuit indicem & testem virtutis singulorum, quibus merito honos is omnium iudicio esset deferendus. Itaque singulorum facinora bellita publicè proponebantur, & dispiciebantur.

ADARCHIAS SENIOR.) Quæ de Halicarnasso hic ranguntur, in Curtio à principio desiderantur, è Siculo, Arriano, Plutarcho, Strabone refarciri possunt. Nam supplementi, auctor tantum mentionem facit, non exponit. Et Arrianus quidem totam Halicarnasi oppugnationem, expugnationem, & euersionem prolixè & accuratè lib. 1. describit. Sed de pugna ab tironibus intermissa, & senioribus accensa & intaurata, nullam, quod sciam, vocè mittit. At Siculus longè clarius rem aperit, à quo plerunque sua Curtius depromit, quanquam Adarchiam, neque Siculus, neque quisquam alius exprimat. Res, ab Siculo hoc modo describitur. Immensus vring, clamor simul excitatur, tubisq; classicum insonantibus, grande certamen initur, dum ad summam gloria assequenda cupiditate nihil facerent reliquum. Ignem quidem ne ulterius grassetur, facile Macedones impediunt. At in conflictu Ephialta agmen hosti præpollebat, is enim viribus corporis longè alijs præstans, quotquot manus conferrent, omnes interemit. Quique in muro recens extructo stationem habebant, continuo telorum iactu plurimos confecerunt. In eo namque turris ad centum cubitorum altitudinem educta fuerat, catapultis mucronatis referta. Cum autem Macedonum plurimi caderent, & reliqui multitudine telorum fatigati pedem referrent, Memnoque cum longè maiore militum numero subueniret, ipsemet etiam rex consilij perquam dubius erat. Iamque prævalentibus oppidanis, subitani rerum mutationem conflictus sortitur. Macedones enim veterani, qui tunc quidem ob ingravescentem atatem vacationem à pugna habebant, sed Philippo quondam militantes conflictibus non paucis victores extiterant, hoc temporis momento ad strenuitatem pristinam excitantur. Cùmque animorum firmitudine, ac rei militaris peritia, longè alijs præstarent, tironibus, iam pugnam detrectantibus, acerbissimis ignauiam verbis exprobrant: mox vnum in agmen coeuntes, ipsi consertis inter se clypeis hostem iam se vicisse arbitrantem obuij excipiunt. Ac tandem Ephialte, multisque alijs neci traditis reliquum vulgus in urbem refugere compellunt. Vnâq; Macedones cum fugentibus permixti intra mœnia sub noctis initium prouunt. Cùm Rex tamen receptus cani iussisset in castra se recipiunt.

lib. 17. pag. 507. m.

Plutarchus, vno verbo, captam & subactam dicit, reliqua omnia tacet. Strabo primùm urbem describit cum Mausoleo, & capram vsque ad arcem, arcemque non diu post occupatam tradit: ad singularia certamina, ut Siculus, non descendit, iam de Adarchia nulla apud vllum mentio, nisi Curtium qui libro octauo eundem per Clitum celebrat, vbi tamen Athariam nominat, ut vel hic, vel illic in nomine mendum sit oportet: Philippi (inquit Clitus apud Curtium) milites spernis, oblitus, nisi hic Atharias senex ianiores pugnam detrectantes reuocasset, adhuc circa Halicarnassum basuros fuisse. Quæ reliqui septem facinora in prælijs ediderint, non exponitur: Antigenes, inquam, Philotas Angæus, non ille Parmenionis F. nec ephæbus ille, qui libro 8. cum Hermolao coniurauit, Amyntas, non ductor ille copiarum Andromenis F. sed eis ἐκ πολλῶν antehac: Antigenus, nec ille ex claris ducibus, de quo sæpius infra: Lyncestes Amyntas. iam supra tres vel quatuor Amyntas cognomines retuli; hic quintus videtur. Theodotus, nulla quod sciam huius alibi mentio, uti nec Hellanici. Itaque esto isti heroes chiliarchæ sint creati, quod deinceps mille præfuturi essent, χιλιάς enim Græcis mille significat, ἀρχὴ, magistratum, imperium, principatum. Sed quæras peditibus, an equitibus, cohortibus an turmis & alis præfuerint? Chiliarchæ peditibus præfecti, quia Curtius antè quingenarias fuisse cohortes affirmat, cohortes autè, peditum sunt; sicut turmæ & alæ, equitum. Octo autè chiliarchæ resè phalangè simplicè, quæ octo millibus constabat, efficiebant. De equitibus etiã subiicit Curtius, & disertius Arrianus: Κατὰ ἡσθε δὲ καὶ λόχους δύο ἐν ἑκάσῃ ἑλῆσθ' ὁ πρόδεν ὄντας λόχους ἰππικῆς. Instituit autem in singulis turmis decurias duas, cum antè nulla essent decuria. Hæc ita ut verba Arriani sonat interpretatus sum, ut mirer quam obre Facius & Vulcanius, votem

Plut. Strab. l. 14.

vocem λόχης alter decuriones, alter tribunos verterit, cum λόχῃ nec decurionem, nec tribunum significet, sed verè & propriè decuriam, vt Aelianus in Tacticis cap. 4. disertè docet. Alter eorundem error, quod confundant λόχης ἢ ἱλας, cum λόχῃ propriè tantum decuriam, ἱληturmam sonet. Propriè loquendum erat hic, cum Arrianus dicat ab Alexandro singulas ἱλας seu turmas, εἰς δύο λόχης in duas decurias diuisas esse. Sequitur in Arriano: καὶ λοχαγούς ἐπέθηκε τοὺς κατ' ἀρετὴν προκρίθοντας ἐκ τῶν ἐταίρων. Vulcanius interpretatur *Ad hoc munus ex socijs eos, qui virtute bellica praeferent, elegit. non propriè. melius Facius: Quarum ductores delegit ex amicorum numero lectis, qui maxime virtute praestarent.* Verius tamen transfulisset etiam Facius, si λοχαγούς decuriones propriè dixisset. quamuis λοχαγοὶ ductores sint, nomen Ductoris generale est, & vocem λοχαγούς non exprimit, qui sunt propriè decuriones, sicut λόχῃ est decuria.

PRAEMIA CESSERANT) Lipsius rectè coniectat legendum *cesserant*, cohortes enim praefectis suis praemia fortitudinis non cesserant, quae postea chiliarchis tanquam praemia fortitudinis lubiectae cesserunt.

NAM CUM ANTEA EQVITES) A peditibus transit ad equites, quibus hoc nouum accessit ab Alexandro, & cum ante Thessali equites Thessalum praefectum, Macedones Macedonem, Peloponenses Peloponensem, Achaei Achaeum, Locrenses Locrensem, atque deinceps reliquae nationes suum singulae ex sua gente haberent, iam sublato nationum discrimine singulis gentibus electus aliquis assignaretur, cuiuscunque esset nationis. Curtij verba, vt sensus constet, ita cum a Cidalio interpunge. *Nam cum ante equites in suam quisque gentem describerentur seorsum à ceteris, exempto nationum discrimine, praefectos, non vtique suarum gentium, sed delectos attribuit.* Itaque equites quidem Thessali inter suos Thessalos manebant, Peloponenses inter Peloponenses, sed diuersae gentis praefectum deinceps fortiti sunt, quod eo pertinebat, vt omnes cum summo duce & rege magis conspirarent, ac minus inter se discordias seminarent, aut secessionem facerent, aut cum alijs nationibus contenderent. Ita factum est quod narrat Siculus. *Nec mora, quae decreuerat perfecit: in itaque de optimis quibusque censura quam diligentissime, cum multos ab amplis magistris ad sublimiorem potestatis gradum promouisset, hac ratione factum est, vt omnes tandem praefectos ad maiorem dignitatem & amorem simul erga se firmissimum proueheret. Gregarii quoque militis rectius ordinandi curam suscepit, multisque ad commodiorem usum inuentis, etiam hunc ad meliorem statum redegit. Cum denique effecisset, vt exercitus totus beneuolentia eximia imperatorem complecteretur, & imperijs quam obsequentissimum se praeberet, fortitudine etiam nullis cederet: ad quae restabant certamina deinceps contendit.*

Sicul. p.
339.

TUBA SIGNVM) De hac re nihil Siculus, nihil Arrianus, nihil reliqui Graeci: at Literae sacrae: dum Hebraeus duce Mose ex Aegypto repeteret Palaestinam, tuba signum accepit: *Fac tibi duas tubas argenteas.* De tuba, lituo, clastico, cornibus, buccina, & alijs militaribus signis copiose Lips. dial. 10. lib. 4. Nec pluribus hic opus, Curtius ipse causam mutati signi & tubae claram adfert.

Num. 10.

ERGO PERTICAM) De signis pugnae Lipsius dial. 4. c. 12. ubi hunc Curtij locum adducit. *Nec, inquit, huic rei aliud legi, nisi si forte in Curtio de Alexandro, qui cum Tubae sonus haud pariter ab omnibus exaudiretur cum castra mouenda essent Perticam, quae vndique conspici posset, supra praetorium statuit, ex qua signum eminebat pariter omnibus conspicuum. Sed id quale fuerit, inquit Lipsius, non dicit. Imò dicit, & statim sequenti versu. Observabat ut ignis noctu, fumus inter diu.* Hoc erat ergo signum profectio- nis: quemadmodum Israelitis castra mouentibus per diem nubes, per noctem ignis praecedebat, signa à Deo assignata, & nunquam à castris recedentia. Igitur die qua erectum est tabernaculum, aperuit illud nubes: à vespere autem super tentorium erat quasi species ignis usque mane. Cum ergo vel nubes vel ignis tollebatur in altum, & à tabernaculo recedebant, proficiscendum erat: quando incubabat, quiescendum. Le signis aliarum gentium & Romanorum, Lipsius vbertim.

Num. 10.
v. 15.

CAPVT VII.

ARGVMENTVM.

Susa cum thesauro traduntur.



Amque Susa adituro Abulites regionis eius praefectus, siue Darj iussu, vt Alexandrum prada retineret, siue sua sponte, filium obuiam misit, traditurum se urbem promittens. Benigne iuuenem excepit Rex, & eodem duce ad Choaspen amnem peruenit, delicias (vt fama est) uehementem aquam. Hic Abulites cum donis regalis opulencia occurrit. Dromades cameli inter dona erant, velocitatis eximia, xlii. Elephanti à Darjo ex India acciti, iam non terror

terror (ut sperauerat) Macedonum, sed auxilium, opes victi ad victorem transferente fortuna. ut verò urbem intrauit, incredibilem ex thesauris summam pecunia egebat, l. milia talentum argenti non signati forma, sed rudi pondere. Multi reges tantas opes longa atate cumulauerant liberis posterisque, ut arbitrabantur: quas vna hora in externi regis manus intulit. Consedit deinde in regia sella multo excelsiore, quam pro habitu corporis. Itaque cum pedes in unum gradum non contingerent, vnus ex regis pueris mensam subdidit pedibus: & cum spadonem, qui Darij fuerat, ingemiscentem conspexisset rex, causam mæstitiæ requisit. Ille indicat, Darium vesci in ea solitum, seque sacram eius mensam ad ludibrium recidentem sine lachrymis conspici non posse. Subijt ergo regem verecundia violandi hospitales deos: iamque subduci iubebat, cum Philotas, Mimmè verò feceris, rex, sed omen quoque accipe, mensam ex qua libauit hostis epulas tuis pedibus esse subiectam.

IAMQUE SVSA ADIT VRO.) Quinque fuere fama inclitæ regiæ in Oriente. Babylon & Ninus Assyriorum, Ecbatana, & Susa, & Persepolis Medorum & Persarum. Hic de Susis. Susa ciuitas sita est inter Babylonem & Persidem, à qua regio circumiecta Susiana, & Susis Susidos. nomen accepit à lilijs, quæ Persis patria lingua Susa dicuntur, quorum ijs locis ingens est copia. Plura Eustathius ad Periegeten. Ortum est nomen ab Hebræis — Susan, quod lilium seu rosam valet. Memnonion dicitur à Memnone conditore principe Susorum, quod Strabo * docuit.

Alluitur Choaspe flumine. De nominis originatione multa Serarius noster ad cap. i. Esteris, quæst. ii. nec ab lilijs abit. De conditore quæritur. Plinius à Dario Hystaspis. conditam affirmat, cui ad stipulatur Aelianus. Sed Darius iam antè positam nouis ædificijs exornauit, F. altero tanto pulchriorem reddidit, ut alter conditor haberi possit. sed in Memnonem primum eius parentem & molitorem consentiunt Herodotus (qui à Tichono patre Memnonis conditam dicit) Strabo l. 15. Casiodorus lib. 7. epist. 17. Aelianus de hist. animal. l. 13. c. 18. De regia Susorum Diodorus docet toto orbe celebratissimam fuisse εἰς δὲ τὴν Συσσιανὴν κατατῆστας ἀκρονδῆνας παρέλαβε τὰ περιβοῦτα ἐν Σῆσι βασιλείᾳ. Cum in Susianam peruenisset (Alexander) regiam vbique decantatam sine certamine & periculo occupauit. a Herodotus, b Strabo, c Ptolemæus, d Plinius, e Athenæus testantur, nobilissimam Susis fuisse Cyri regiam, candido marmore, columnis aureis, ingentiq; gemmarum copia exornatâ, cuius lacunaria cælum micantibus stellis refulgens æmulabantur.

ABVLITES REGIONIS PRAEFECTVS.) Hæc omnia ex Diodoro non solùm expressa sed prope modum etiam translata: Εὐστῆσις Αἰθιόπης τὴν σατραπείαν παραδόντι αὐτῶ τὴν πόλιν. ὡς μὲν εἶποι γὰρ ἡράκλειτος, προσέειπεν ὁ Δαρεῖς τοῖς πεπιστευμένοις ὑπ' αὐτοῦ. τί το δὲ πρότερον τῶν βασιλείᾳ τῶν περὶ τὸν ὄρειον ὅπως ὁ μὲν Ἀλέξανδρος εἰς περιουσιασμοὺς ἀξιολόγους καὶ παραλήψεις ἐπιφανέστας τῶν πόλεων καὶ θησαυρῶν μεγάλων ἐμπροσθεν, ἐν ἀσχολίᾳς ὑπαρχῆι. ὁ δὲ Δαρεῖς τὴν φυγὴν λαμβάνη χρόνον εἰς τὴν τῶν πολέμων παρασκευῆν. Abulete urbem sponte sua tradente. literis à quibusdam est proditum iussisse hoc Darium illos, quorum fides ei spectata erat. Idque in hunc finem à rege Persarum esse factum, ut rebus arduis districto Alexandro, dum vrbes clarissimas thesaurosque maximos recipit, ocium subtraheretur, Darijque interim ad instaurandum bellum sat temporis haberet. Abuletem etiam Arrianus nominat, cui discedens Alexander prouinciam commisit. Hunc tamen postea Alexander cum ex Indis reuenteretur, & inopia pabuli laboraret, quod non cum comæatu necessario occurrisset, in vincula compegit, uti Plutarchus testatur. Arrianus * vna cum filio occisum tradit, quod res Susiorum malè administrarent.

FILIVM MISIT) Ochoathrem, ut ex Arriano constat. Hunc Alexander, Plutarcho teste, postea hasta traiecit. Plutarcho Oxyartes dicitur. Arriano Oxanthes.

AD HYDASPEN AMNEM) Hydaspes? amnem Indiæ? quid hic in Suside Hydaspes, mille parasangis ab hac prouincia diffusus? Scribe sine omni dubitatione Choaspen, quod Curtij sequentia verba docent, Delicatam, ut fama est, vehentem aquam. Quis hoc vnquam de Hydaspes? De Choaspe audi Herodotum: στρατεύεται δὲ ὁ βασιλεὺς ὁ μέγας καὶ σιτιοῖσι ἐοῖσκα σμένοισι ἐξ ἐκείων, καὶ προβάτοισι. καὶ ἡ ὕδαρ ἀπὸ τῆς χοάσπει ποταμῆς ἅμα ἀγεται τῆ παρα Σῆσα, τῆ μόνος τίνος βασιλεὺς, καὶ ἄλλος οὐδενὸς ποταμοῦ. τῆ τῆ δὲ τῆ χοάσπει τῆ ὕδαρ ἀπὸ τῆς χοάσπει ποταμῆς ἅμα ἀγεται τῆ παρα Σῆσα, τῆ μόνος τίνος βασιλεὺς, καὶ ἄλλος οὐδενὸς ποταμοῦ. τῆ τῆ δὲ τῆ χοάσπει τῆ ὕδαρ ἀπὸ τῆς χοάσπει ποταμῆς ἅμα ἀγεται τῆ παρα Σῆσα, τῆ μόνος τίνος βασιλεὺς, καὶ ἄλλος οὐδενὸς ποταμοῦ. Ducit autem ex flumine Choaspe, Susa præterfluente, ex quo vno ex omnibus fluminibus rex potat. Cuius Choaspis aquam decoctam, & in argentea vasa diffusam, ferentes permulta carruca quatuor rotarum, mulis trahentibus, assidue comitantur, quocumque ille proficiscitur. Siue eam Choaspes ex Indo haurit, quod docet Periegetes, siue ex iisdem fontibus natus, ut Euphrates & Tigris.

Eustathius ad Periegetæ versum:

* χοάσπις

--- χωρίς δὲ χοάσπις *

ἔλαωμ ἰνδὸν ὕδωρ ---

Fustath.

P. 132.

ἔτι δὲ καὶ χοάσπις ἰνδὸν μὲν ὕδωρ ἔλαωμ, ὡς ἐκ τῆς ἰνδῆς σχιζόμενῃ ποταμῷ παραρρέων δὲ καὶ τὰ Σῦσα. καὶ οὐ καὶ μόνον ἐπιπνευθὲν τῶν Περσῶν βασιλευς, καὶ ἡ βασιλικὸν ὕδωρ τὸ χοάσπιον. περὶ οὗ φησὶ καὶ Ἡρόδοτος, ὅτι τῶν ὕδατων τῆς χοάσπις ἀφελήμεν πολλὰ ἄμαζα ἡμίονοι τετρακύκλοι ἐπονται κομίζουσαι ἐν ἀγγείοις ἀργυροῖς.

Adhuc Choaspes vehens Indam aquam, ab Indo enim diuertit (aliquandiu cum illo mixtus) Strabo Choaspen in Vxixsexiltère, non ex Indo docet in xv. Susa alluit, ex quo solo rex Persarum bibebat. Et aqua Choaspia regia dicebatur. de quo Herodotus ait, aquam Choaspis decoctam multis carris quatuor rotarum regem sequentibus argenteis vasis ferunt muli. Plura Strabo, sed hæc sufficiant. Dices: Si Choaspes ex Indo aquas vehit, ergo in India natus, Mediam & Susa transit? quod & de Hydaspes dici posset. Certè Ortelius dubitat idemne sit Hydaspes & Choaspes. Sed frustra est & Ortelius, & auctor lexicæ geographicæ & poetice, qui Hydaspes per Susa & Mediam fluere scripserunt. Nam Hydaspes in India exiit, cum Acesine miscetur, & vterque Indo, cum quo in Oceanum euoluntur, vt infra lib. 8. docebimus. Nec nullus fuit Hydaspes, quod non nemo crederet ab Horatio inductus, qui fabulolum appellat:

Horat. li. 1.

car. ode 22.

--- Seu qualocæ fabulosus

Lambit Hydaspes.

Fabulolum dicit, non quod fluminis confictum sit nomen, sed quod poetæ fabulosa de illo multa tradant, quod inibi ostendimus. Ceterum, quod de delicata Choaspis aqua refertur, idem ferè de Nilo & Istrò traditur, quorum fluminum aquas reges Assyriorum in thesauris suis reponabant, vt ad primum epigramma Martialis docuimus, & Plutarchus in Alexandro ostendit.

Mart. p. 32. edit. 2.

DROMADES CAMELI ERANT) Dromadum effigiem habes apud Gesnerum lib. de historia animalium, in Camelo dromade. distinguuntur à ditylis, quibus gemini gibbi in tergo surgunt: dromadibus duntaxat vnus. Diodorum audi, vbi de Dehis Arabibus loquitur: οὗτοι δὲ (Δέβαι) καμηλοτροφῆντες πρὸς ἅπαντα χρόναι τὰ μέγιστα τῶν κατὰ τὸν βίον τῆς ζωῆς τῆς χρείας πρὸς μὲν γὰρ τοὺς πολεμίου ἀπὸ τέτρωμα μάχονται, τὰς δὲ κομιδὰς τῶν φορτίων ἐπι τέτρωμα νοτόφορῆντες, ῥαδίως ἅπαντα συντελεῖσι. τὸ δὲ γάλα πίνοντες, ἀπὸ τέτρωμα διατρέφονται, καὶ τῆν ὅλην χώραν περιπολοῦσι ἐπὶ τῶν δρομάδων καμῆλων. *Camelorum armentis hi (Debæ) pascendis vacant: quorum vsus ad maxima vitæ negotia illis paratus est. Ex his contra hostem pugnant. Horum tergis onera vectant, & expeditè cuncta peragunt. Horum lac bibunt, hi nutrimenta eis præstant. Dromedarjjs quoque camelis totam regionem percurstant.*

Li. 3. bibl. P. 178.

Plura & admiranda de velocitate & cursu eorum apud Gesnerum leges.

Latini quodcumque loquuntur de dromade, semper adiungunt camelum: ita vt dromades cameli, dromadas camelos, dromadum camelorum dicant ad discrimen camelorum, non dromadum. Dromades sunt minores quàm iusti Cameli.

EXIMIAE VELOCITATIS) à cursu nomen inuenerunt, δρόμος Græcis cursus est, centum & amplius vno die miliaria conficiunt, Isidoro teste, miliaria Italica accipe, quorum quatuor aut quinque cum vno Germanico comparantur, ita viginti Germanica vno die decurrerent. Gesnerus l. r. p. 173. multa de Camelis etiàm Plinius, Solinus etiàm ex Plinio.

Solin. c. 52.

p. 93. post m.

Plin. lib. 8.

cap. vlt.

Lipsius e-

pistola 50.

cent. 1.

miscel.

* li. 2. p. 70.

ELEPHANTI EX INDIA) quia illic generosissimi. Plura de elephanti docilitate, ingenio, sensu propè humano, præter Plinium, complures alij narrant; Lipsius singulari epistola omnes dotes beluæ exponit. Sed nos vbi ad Indos & Porum veniemus, ex Philostrato mitiora trademus. præsertim de Aiace Alexandri.

Quæras quanta pecuniæ fors sit l. milliâ talenta, & quanta * Straboni signata: 180 millia talentum. Quinquaginta millia talentum efficiunt tricies millies centena millia Philippæorum, hoc est, vt vulgò loquuntur, triginta milliones. Strabonis verò centum & octoginta millia talentum, excrefcunt in centies octies centena millia, siue centum & octo milliones. Abriperunt ante hostes quadragies centena millia Philippæorum, hoc est, quatuor milliones & octoginta millia Philippæorum. Diodorus in Susiana gaza numerat amplius x l. millia talentum rudis argenti, i x. millia signati. Arrianus Curtio suffragatur, sed non exprimit signatumne fuerit, an rude pondus argenti. addit, reliquum apparatus regium & ipolia quæ Xerxes è Græcia attulerat, inter quæ fuere Hermodij & Aristogitonis æneæ statuæ ab Alexandro Atheniensibus remissæ, & in Ceramicò collocatæ. Iocus est apud Herodotum in Terpsichore de Aristagora affirmante eum qui Susa cepisset, posse cum Ioue de opibus certare. Absurdus adulator * Martialis Domitiano, quem ditiozem Ioue facit:

Hero d. l. 5.

* Mart. l. 9.

cp. 4.

Qualis fides paganorum, talis calamus, & lingua, & cælum. Plutarchus in Alexandro præter quadraginta millia talentum signati argenti, regium instrumentum & res pretiosas innumerabiles, etià purpuræ Hermionicæ talentum quinq; millia narrat reperta, annos centum nonaginta seruata, quæ florem adhuc recentem ac primum retinebat, cuius ibidem causam adiungit.

CONSEDIT DEINDE IN REGIA SELLA) Sellam hanc auream paucis Athenæus describit lib.

lib.

lib. 12. Solium, in quo residens causas cognoscebat, aureum erat, quod quatuor columella cingebant è pretioso lapide & auro coagmentata, varia veste & purpura arnabantur. De hoc Curtij loco & sella regia copiosissimè disputat Briffonius lib. 1. p. 50. lib. 1. de regno Persarum, quem consules.

HOSPITALES DEOS) Mensæ enim (quæ Persis aureæ & argenteæ) Dijs sacrae, quibus statuae deorum inferebantur, veluti tutelæ mensarum & conuiuiorum. Martialis de sigillo Herculis in mensa Alexandri I I.

Hoc habuit numen Pellæ mensa tyranni,
Qui citò perdomito victor in orbe iacet.

Et Statius de eod.

----- Castu genius tutelaq, mensa
----- Pellæus habebat

Regnator latis numen venerabile mensis.

Hospitales Deos vocat, quod velut conuiuæ & hospites ad mensam inuitarentur, & in ipsa mensa eorum statuae collocarentur. Subiectam pedibus Alexandri, mensam apud Diodorum fuisse ma- Diōdsic.
P. 54.

In regia is sella considerat, quæ cum excelsior, quàm pro habitu corporis esset, vnus ex regijs pueris pedes innum solij gradum non contingere videns, allatam Darij mensam pedibus ita suspensis subdidit. Hac vbi quàm aprissimè conuenit, Rex quidem facti solertiam probat, sed ex Eunuchis sella astantibus quidam hac fortis mutatione vehementius animo commotus, lacrymas profundit. Id animaduertens Alexander, quid mali accidere vidisti, vt ita fleas? rogat. Cui ille, Nunc tuus quidem seruus sum, vt antea Darij: sed quia naturaliquadam propensione Dominum amo, mensam, ab eo summo in honore habitam, nunc eo contentus deiectam, absque singulari mœstitia intueri haud possum. Hoc responso ad considerationem, quanta imperium Persicum mutatio exceperet, rex adactus, insolens a se facinus commissum, & ab humanitate, qua erga captiuos vtendum esset, alienum reputare cœpit. Aduocatum ergo qui mensam collocarat, remouere illam iubet, sed astans illi Philotas, Non insolentia hoc est, ô rex, ait, iniussu tuo factum: sed boni cuiusdam genij prouidentia & voluntate id euenit. Quod pro dextro omine rex accipiens, mensam regia sella suppositam loco permanere iussit.

CAPVT VIII.

ARGVMENTVM.

Sisygambim cum præsidio Susis relinquit, ei que vestes Macedonicas cum tela donat, qua filias occuparet, Mæstam ex dono & dicto, seruitutis indice præfens solatur.



Ex Persidis fines aditurus Susa urbem Archelao, & præsidium III. milium tradidit. Xenophilo arcis cura mandata est. Mille Macedonum arate grauitus presidere arcis custodia iussis. Thefaurorum Callicrati tutela permissa, satrapea regionis Susiam restituta Abulita. Matrem quoque Darij & liberos in eadem vrbe deponit. Ac fortè Macedonicas vestes multamque purpuram dona ex Macedonia sibi missa cum ijs qui confecerant, tradi Sisygambi iubet. Omni namq; honore eam, & filij quoq; pietate prosequeretur. Admonerique iussit, vt si cordi quoque vestis esset, cōficere eam nepotes suos assuefaceret, donoque doceret dare. Ad hanc vocem lacryma oborta, prodidere animum aspersionis id munus: quippe nō aliud magis in contumeliam Persarū famina accipiūt, quàm admouere lana manus: Nunciāt, qui dona tulerant, tristè esse Sisygābim, dignaq; res & excusatione & solatio visa. Ipse ergo peruenit ad eam, & Mater (inquit) hęc vestē, qua indutus sū, sororum non donū solū, sed etiam opus vides: nostri decipere me mores. Caue obsecro,

ne in contumeliam acceperis ignorationem meam. Quatui moris esse cognoui (ut spero) abunde seruata sunt. Scio apud vos filio in conspectu matris nefas esse considerare, nisi cum illa permisset. Quotiescunque ad te veni, donec, ut considerem, annueres, restiti. Procumbens venerari me sæpe voluisti, inhibui. Dulcissima matri Olympiadi nomen debitum tibi reddo. Mitigato animo eius rex quartis castris peruenit ad Tigrim fluiuium.

PERSIDIS FINES) Sufa ergo extrâ Persidem, & prouincia singularis.

ARCHELAE) Arrianus Archelaum Theodori & Mazæum præfectos arcis & præsidij nominat, Xenophili & Callicratis nulla nec apud Arrianum, nec Siculum mentio: decerpit enim sua Curtius ex pluribus. Sed ex Arriano & Plutarcho æuo posterioribus non potuit. De Abulite seu Abulete iam suprâ mentio fuit.

MATREM QVOQVE DARIJ) Syfigambim cum liberis, Sufis, velut in patriam reductos in regia posuit, illisque Macedonico more, telam texendam & purpuram & vestem multam è Macedonia missam donauit, ut filias & gynæceum ad Penelopes exemplum occuparet, quod vereretur, ne otium regijs feminis esset molestum, ut esse reuera debebat. Siculus de veste quidem & purpura tacet, sed magistris ijs datos affirmat, à quibus Græcam linguam discerent. Iam tum enim Alexander de nuptijs videtur cogitasse filiarum Darij, quarum alteram sibi postea iunxit, alteram Hephæstioni, alteri quasi Alexandro, in matrimonium tradidit.

FILII PIETATE) Rarò exemplum tantæ lenitatis, officij, & clementiæ ab vlllo victore in hostes reperies. quod intellexit Syfigambis, quæ mortuo post Alexandro superesse non sustinuit.

DONOQVE DOCERET DARE) Ne cogitarent sibi opera sua victum deinceps parandum, sed tantum ut tempus commodè exigent.

ADMOVERE MANVM LANÆ) Nemo alius, quod meminerim, hoc de Persis monet. nec Briffonius quidem, cætera curiosus rerum & morum Persicorum indagator, nisi quod ex II. Herodoti doceat, omnia opificum, qui manûs precio uiuerent, studia fuisse contempta, opifices ipsos inter vilissima mancipia recensos: inde credas, manum lanæ admouere, ancillarum infimarum & mediastinarum fuisse occupationes, seruitutis indicium & argumentum. Sed hoc postquam luxus & superbia in Persidem immigrauit; Priscos enim Perlas ἀργυρῶς fuisse Xenophon prodidit.

Briffonius
lib. II. pag.
241.

In 7. π. 4.
δ. 1. 5.

IPSE PERVENIT AD EAM) vxorem Darij semel duntaxat vidit; qua ipsa re sibi immortalem comparauit gloriam, quod etiam ab aspectu reginæ, quam omnium pulcherrimam ferebant, abstinerit. Matrem sæpius inuisit, vbi consolanda videbatur.

RESTITI) steti, non confedi, nisi te iubente, & demiror hanc consuetudinem gentis à Briffonio, cum omnia alia narret, præteritam; sicut & illam de lana. Sed hæc humanitas & vrbanitas, Alexandrum apud omnes, & posteritatem omnem commendauit.

CAPVT IX.

ARGVMENTVM.

Pasi-tigrim describit, Alexander Vxios subigit, Mandati prætori Vxiorum, deprecante Syfigambe, ignoscit.

Pasi-tigrim incole vocant, oritur in montibus Vxiorum, & per M. stadia siluestribus ripis præceps inter saxa deuoluitur. Accipiunt deinde eum campi, quos clementiore alueo præterit; iam nauium patiens 100. stadia sunt mollioris soli, per quod leni tractu aquarum Persico mari se insinuat. Alexander amne superato cum IX. millibus peditum & Agrianis Satriamisque Græcorum mercenariorum III. millibus; additis M. Thracum, in regionem Vxiorum peruenit. Finitima Sufis est, & in primam Persidem excurrit, arctum inter se & Susianos aditum relinquens. M. adates erat regionis præfectus, haud sanè temporis ho-

homo, quippe ultima pro fide experiri decreuerat. Sed periti locorum Alexandrum docent occultum iter esse per calles, & auersum ab urbe. Si paucos misisset leuiter armatos, super capita hostium euasuros. Cum consilium placuisset, idem itinerum fuerunt duces M. & D. mercede conducti, & Agriam ferè mille Tauroni prefecto dati, ac post solis occasum iter ingredi iussi. Ipse tertia vigilia castris motis circa lucis ortum superat angustias, & casaque materiâ cratibus & pluteis faciendis, ut qui turres adiuuarent, extra relictum essent, urbem obsidere cœpit. Prærupta erant omnia saxis & cotibus. Multis ergo vulneribus depulsi, ut quibus non cum hoste solum, sed etiam cum loco dimicandum esset, subibant tamen, quia rex inter primos constitit, interrogans, an tot urbium victores non erubescerent hærere in obsidione castelli exigui & ignobilis: simul iam * inter hæc eminus petebatur, cum æstidine obiecta milites, quem, ut inde cederet, propellere nequiverant, tuebantur. Tandem Tauron super arcem urbis se cum suo agmine ostendit; ad cuius conspectum & animi hostium labare, & Macedones acrius prælium inire cœperunt. Anceps opidanos malum urgebat, nec sibi vis hostium poterat. Paucis ad moriendum, pluribus ad fugam animus fuit. Magna pars in arcem concessit. Inde xxx. oratoribus missis ad deprecandum, triste responsum a rege redditur, non esse veniæ locum. Itaque suppliciorum quoque metu percussi, ad Syngambim Darij matrem occulto itinere, ignotoque hostibus mittunt, qui peterent ut ipsa regem mitigaret, hæud ignari parentis etiam loco diligi colique. Et Madates sororis eius filiam secum matrimonio iunxerat, Darij propinqua cognatione contingens. Diu Syngambis supplicum precibus repugnauit, abnuens deprecationem pro illis conuenire fortunæ in qua esset: adiecitque metueret sese ne victoris indulgentiam fatigaret: sæpiusque cogitare captiuam esse se, quam reginam fuisse. Ad ultimum victa, literis Alexandrum ita deprecata est, ut id ipsum excusaret, quod deprecaretur, petere se ut illis quoque, si minus sibi ignoscere: pro necessario ac propinquo suo iam non hoste, sed supplice tantum uitam precari. Moderationem clementiamque regis qua tunc fuit, vel una hæc res posset ostendere, non Madati modò ignouit, sed omnes & deditos & captiuos libertate atque immunitate donauit, urbem reliquit intactam, agros sine tributo colere permisit. A victore Dario plura mater non impetrasset.

PASI-TIGRIM) Pasitigrim appellat Arrianus: ne fallare, non est Tigris ille supra descriptus, qui cum Euphrate Mesopotamiam efficit, quemque traiecit Alexander cum Darij insequeretur, & ad Gaugamela trans Tigrim acie decertauit. Quamuis nonnulli imperitiores confundant cum Tigri, qui ex Armenijs montibus oritur, cum Pasitigris ab Vxiorum rupibus exiliat. proinde Curtius lib. vi. de industria addit, vocari Pasitigrim ab incolis, ad discrimen alterius. Plinius tamen videtur ab aliorum stare sententia, qui eundem Tigrim dictum Pasitigrim existimat, quod post varia diuertacula aquarum, collectis rursus omnibus riuus, & ad eundem alueum remeantibus, dicatur Pasitigris, quasi tu dicas totus in se collectus Tigris. Strabo de hoc plura. Sed miror, quid Glareanus de mille stadijs Siculi, & quingentis Curtij somniet, cum vterque ad amissim conueniat in cursu Pasi-tigris describendo.

MONTIBVS VXIORVM) Vxiorum duplex est genus; alij plana, alij montana colunt: qui in campis degunt, Perfarum Satrapis parent; qui in montibus, libera gens est, & à regibus è Suis in Perfidem tendentibus mercedem exigunt. Strabo vectigalia à regibus exacta tradit. Nearchus quatuor populos prædando victitantes numerat, Mardos, Vxiós, Elymæos, & Cosæos etiam munera à regibus flagitantes, quorum audaciam Alexander fregit.

Vxij vbi de profectioe Alexandri cognouerunt, campestres quidem se statim ei dederunt, sed montani miserunt qui dicerent, nunquam se passuros ipsum angustias penetrare, nisi penderet ipsis, quantum Perfarum reges dependissent: quibus Alexander renunciari iussit, irent & fauces, quas conuissent, insiderent, pecuniamque ibi pendi solitam expectarent. Itaque rectâ in illos mouit.

SATRIANI) Satræ Thraciæ populus Hecætæo & Stéphano; vnde Satriani. Est & Satria Italiæ ciuitas, cuius incolæ quoque Satriani, sed hi nihil ad Alexandrum. Dices: Atqui Curtius distinguit Satrianos à Thracibus; sequitur enim, *Additis mille Thracum*. Diuersi ergò Thracæ à Satrianis. Sed Mela nodum explicat. *Thracæ, inquit, vna gens habitant, alijs alijsque præditi nominibus & moribus.* Thrax ergo genus, forma Satrianus: sicut Deasciatæ, Dolongi, Catizi, Thyni, Corp. Ili, & alij complures, de Agrianis iam supra dictum.

ARTVM INTER SË ET SVSIANOS ADITVM RELINQVENS) Strabo, Πάρεπιπλάται γὰρ τῆς ὄρεως τῆς θρακίης δυπαρόδα ἔχοντες ἀνθρώπους ληϊστας, Nam inter Susa ac Perfidem montana quadam aspera & prærupta interiacent, & homines latrones.

MADATES REG. PRAEFECTVS HAVD SANE TEMPORVM HO MO) Planè diuèrsa narrat hic Arrianus. Diodorus etiàm nihil de Syfigambe deprecante. Ptolemæus tamen Lagi, Arriano teste, mentionem Syfigambis deprecatricis fecit, sed is negauit gratiam tributorum Vxijs factam. Madatem autem Vxiorum prætorem à fide erga Darium egregiè commendat Curtius, quod à Dario, quamuis iam tertium profligato, non defecerit, non seruiert tempori, non foro, non scenz, sed, quoad potuit, vltima pro fide tentarit. de quo nihil vel Diodorus, vel Arrianus, quamuis ille nomen Madatis edat, & propinquitatem etiàm sanguinis cum Dario prædicet.

PERITI LOCORVM) Susij iam in fidem recepti.

PER CALLES) Callis, est semita quasi callo pedum trita & durata, via non regia, non popularis, non publica, nec est quod loco vocis *calles, colles* rescribas, quamuis & illa scriptum non sit absurda, sed hæc germana.

AVERSVM AB VRBE) Vxia, vnde Vxij & Vxiani & Vxiana regio.

MERCEDE CONDVCTI) *μισθοφόροι*, mercenarij.

TAVRONI) Tauro hic seu Tauron cætera ignotus, nisi quod infrà lib. 8. cap. 25. rursus huius mentio. Erat inter duces Alexandri.

TERTIA VIGILIA) De vigilijs dictum lib. 3. Tertia vigilia incipiebat media nocte. e. c. hora 12. noctis apud nos, quæ definebat in secunda exeunte.

*p. 64.

SUPERAT ANGVSTIAS) quæ ad urbem ferebant. Quanquam aliter * Arrianus rem narret, Alexandri superatis angustijs primo die in Vxiorum vicos venisse, & plerosque Vxiorum adhuc somno pressos ab rege oppressos, alios in montes refugisse. Curtius propius ad Diodorum accedit, qui videndus.

Siculus P.
34. v. 8.

VRREM) Nemo urbem præter Curtium appellat, vt legisti apud Arrianum & Diodorum. Strabo Vxiam vocat, nisi per vocem Vxiam regionem intelligat.

COTIBVS) cautibus, ita plostrum & plaustrum, Clodius, & Claudius, copo & caupo, plodere & plaudere, clodere & claudere, aula & olla dicitur; sed non vt Vespasianus Imperator iocatus apud Suetonium Florus, & Flaurus dixit.

SIMVL IAM INTER HAEC) Hunc locum ita emendat Acidalius, Simul admonens iam eminus petebatur; *Qua præcedunt, hæc, inquit, bene à Modio restituta, hæc ipsa non sanè optimè. Eiecit vocem admonens non necessariam, vt ait, ac totam periodum turbantem. Bona verba verò & clementer, ne qua iniuria misero fiat. Eam scioli commentum esse mihi non fit verisimile, glossam potius ista arbitret inter hæc. Nam simul admonens iam valet, interea dum admonet, etiàm dum milites adhuc instigat. Is particula iam vsus apud Curtium etiàm lib. 9. Ille vt, antequam vltimus spiritus deficeret, dimicans iam extingueretur, clypeo se alleuare conatus est. pro, dum etiàm dimicaret, inter ipsum dimicandum. Apuleius ferè consimiliter lib. 6. Et simul dicens libellum ei porrigit. Porro hic autem melius perpelere deinceps sit, etsi nec alterum omnino malum. Sed non quod ferri quoquò modo, verùm quod probari maxime potest, nobis amplectendum. Optimè hoc vltimum Acidalius perpellere, quid enim hic propellere sit, an ad hostem? contra mentem Curtij est, an repellere? & *αὐτῶς*. verè perpellere; cum enim illum milites hortando, vt retrocederet, dum eminus impetèretur, perpellere non possent, testudine obiecta tuebantur.*

Vitru. 1. 10.

c. 9.

Stevy. p.

295.

Isid. 1. 19.

Cap. de

fundis.

Cap. de

Clypeis.

L. i. dial.

3. p. 25.

TESTVDINE OBIECTA) Testudo duplex est in remilitari; altera arietaria, de qua Vitruuius, cuius figuram expressit Stevvechius ad lib. 4. Vegetij cap. 114. Atque de hac machina bellica hic non agimus. Altera est, cum miles confertus & scutis vndique tectus vel muros subit, vel tela sparsa excipit. de qua hic sermo. quam Isidorus ita definit: *Testudo series armorum vmbonibus inter se connexorum. Et idem: Est & testudo scutorum connexio curuata in testudinis morem.* Et onomasticon, *Testudo connexio scutorum.* nomen ab animali sumtum reor, quod illius similitudinem exprimit testudo militaris, Græcis *συνασπισμὸς*, quasi diceret *conscutatio*. Enimuerò testudinis militaris iconismos varios & accuratam descriptionem apud Liphium spectabis in Poliorcetico. Stevvech. 1. 2. c. 14. ad Veget.

TVEBANT VR) Regem ita Perlarum testudine defensum à balistarum ictibus, & sagittarum procella, & imbre, tradit Ammianus lib. 20.

INTERROGANS AN NON ERVESCERENT) acerba interrogatio, qua rex segnius pugnantem incitabat, cum ipso inter primos dimicaret.

TOT VRBIVM) In Græcia, Caria, Phrygia, Palæstina, Syria, Aegypto, Assyria.

TAVRON) hic præter expectationem capiti hostium imminens, fregit Vxios vti desperarent defensionem, ergo priusquam se dederent, triginta primum oratores mittunt ad regem, quibus, re infecta, redeuntibus, mox per Syfigambim expugnant Alexandrum, iam vt videbatur implacabile & inexorabile, cum negaret vllum veniæ locum superesse.

XXX ORATORIBVS) Legatis, quos optimi scriptores Oratores appellant. Virgilius, *Centum Oratores* & c. Sæpius tamen legati, quam oratores audiunt: Curtius vtrumque nomen vsu pat, sæpius, legatorum.

AD SYSIGAMBIM) Hæc quidem speciosè & magnificè Curtius de liberalitate & clemen-

tia

ta erga victos Vxios, quos & vita donatos, & libertate, & immunitate tributorum in gratiam Syfigambis ab Alexandro facta prædicat. Sed contra Arrianus narrat tributum annuum impositum e-
quos centum, iumenta quingenta, pecudum triginta millia imposita, quod moneta carerent. Dio-
dorus tantum fugam Vxiorum, & regionis ab rege occupationem memorat, nulla Syfigambis facta
mentionem.

A VICTORE DARIO PLVRA MATER NON IMPETRASSET. Imò nec tantum. Nobile
Curtij epiphonema in laudem Alexandri, quod sæpè solet sub finem illustrioris narrationis an-
nectere, quemadmodum poetæ, præsertim epigrammatographi, nec non epici quoque:

Tanta molis erat Romanam condere gentem.

qualia passim occurrunt in Virgilio.

CAPVT X.

ARGVMENTVM.

Persidem petit, regredi cum clade cogitur, alia via
intrat. Pertidis descriptio, ingressus in regionem,
cædes Ariobarzanis.



Vxiorum deinde gentem subactam Susianorum satrapa contribuit; diuisisq;
cum Parmenione copijs illum campestri itinere procedere iubet, ipse cum
expedito agmine iugum montium cepit. quorum perpetuum dorsum in Per-
sidem excurrit. Omni hac regione vastata, tertio die Persidem, quinto an-
gustias (quas illi Susidas Pylas vocant) intrat. Ariobarzanes has cum 20.
millibus peditem occupauerat rupes abstissas & undique præruptas: in
quarum cacuminibus extra teli iactum Barbari stabant, de industria quieti, pauentibus si-
miles; donec in arctissimas fauces penetraret agmen. Quod ubi contemptu sui pergere vi-
dent: tum verò ingentis magnitudinis saxa per montium prona deuoluunt, qua incussa sa-
pius subiacentibus petris maiore uti incidebant, nec singulos modò, sed agmina proterebant.
Fundis quoque excussi lapides, & sagitta undique ingerebantur. Nec id miserrimum forti-
bus viris erat, sed quod multi in fouea deprehensi caderentur. Ira igitur in rabiem versa,
eminentia saxa complexi, ut ad hostem peruenirent, alius alium leuantes conabantur ascen-
dere. ea ipsa multorum simul manibus conuulsa, in eos qui commouerant, recidebant. Nec
stare ergo poterant, nec niti, nec testudine quidem protegi, cum tanta molis onera propelle-
rent barbari. Regem non dolor modò, sed etiam pudor temerè in illas angustias coniecti exer-
citus angebat. Inuictus ante eam diè fuerat, nihil frustra ausus: impune Cilicia fauces intra-
uerat: mari quoque nouum iter in P amphiliam aperuerat: tunc hæsitabat deprehensa felici-
tas, nec aliud remedium erat, quàm reuerti quàm venerat. Itaque signo receptui dato densa-
tis ordinibus, fertisq; super capita consertis, retro euadere ex angustijs iubet, 30. fuere stadia
qua remensè sunt. Tum castris undique aperto loco positis, non consultare modò quid agendum
esset, sed vates quoque adhibere cepit à superstitione animi. Sed quid tunc prædicere Ari-
stander, cui tum plurimum credebatur ex vatibus, poterat? Itaque damnatus intempestiuis
sacrificijs peritos locorum conuocare iubet. medium iter ostendebant, tutum, apertumq;. Sed
rex deserere milites in sepultos erubescibat, ita tradito more, ut vix ullum militia tam so-
lenne esset munus quàm humandi suos. Captiuos ergò, quos nuper exceperat, vocari iubet: in-
ter quos erat quidam Græcæ Persicæq; linguae peritus, qui frustra eum in Persidem mon-
tium dorso exercitum ducere affirmat; syluestres esse calles, vix singulis peruios, omnia con-
tegi frondibus, implexosq; arborum ramos silvas committere. Namque Persis ab altero latere
perpetuus montium iugis cluditur, quod in longitudinem MDC. stadia, in latitudinem
CLXX. procurrit. Hoc dorsum à Caucaaso monte ad rubrum mare pertinet, quaque defecit
mons, aliud munimentum fretum obiectum est. Planities deinde sub radicibus montium spa-
ciosa procumbit, fertilis terra, multisq; vicis atque urbibus frequens. Araxes annis per hos
campos

campos multorum aquas torrentium euoluit in Medum. Medus à mare ad meridiem ver-
sus, minor annis eo quem accipit, euehitur, gignenda q̄ herba non alius est aptior, quicquid
alluit floribus vestiens. Platani quoque & populi contegunt ripas, ita ut procul visentibus
continuata viaeantur montibus nemora riparum: quippe obumbratus annis presso in solum
dilabitur alueo, imminet q̄ colles ipsi quoque frondibus lati, radices humore subeunte: Regio
non alia tota Asia salubrior temperat caelum: hinc perpetuum iugum opacum & umbrosum,
quod estus laeat: illinc mare adiunctum, quod modico tepore terras fouet. His captiuus expo-
sitis, interrogatur à rege, auditūne an oculis comperta haberet, quā diceret, pastorem se fuis-
se, & omnes eos calles percurrisse respondit: bis captum, semel à Persis in Lycia, iterum ab
ipso. Subit animum regis memoria oraculo edita sortis: quippe consulenti responsum erat, du-
cem in Persidem ferentis via Lycium ciuem fore. Igitur promissis quanta & praesens neces-
sitas exigebat, & ipsius fortuna capiebat oneratum, armari iubet Macedonū more, & quod
bene venteret, monstraret iter, quamuis arduum & praeceps, euasarum se esse cum paucis: nisi
forte crederet, quā ipse pecoris caussasset, Alexandrum pro gloria & perpetua laude ire
non posse, etiam atque etiam docere captiuus, quā difficile iter esset, maximè armatis. Tum
rex, Prædem me, inquit, accipe, neminem meorum qui sequuntur, recusaturum ire quā duces.
Cratero igitur ad custodiam castrorum relicto, cum peditibus quis assueuerat, & ijs copijs
quas Meleager ducebat, & sagittarijs equitibus C. I. D. praecepit, ut castrorum specie manen-
te, plures de industria ignes fieri imperaret, quò magis barbari crederent ipsum regem in ca-
stris esse. Caterum si fortè Ariobarzanes cognouisset per callium anfractus intrare, & ad
occupandum iter suum partem copiarum tentasset opponere. Craterus eum illato terrore re-
tineret, ad propius periculum conuersurum agmen. Sin autem ipse hostem sefellisset, & sal-
*persequi- tum occupasset, cum trepidantium barbarorum tumultum exaudivisset, relegere id ipsum iter
quod pridie pulsū fuerant, ne dubitaret: quippe vacuum fore hostibus in semet auersis. Ipse
tertia vigilia silenti agmine, ac ne tuba quidem dato signo, pergit ad demonstratum iter cal-
lium. Triadi alimenta portare militem iusserat leuiter armatum, sed praeter iniurias rupes, ac
prærupta saxa vestigium subinde fallentia, nix cumulata vento ingredienti fatigabat:
quippe velut infoveas delati hauriebantur, & cum à commilitonibus alleuarentur, trabe-
bant magis adiuuantes, quam sequebantur. Nox quoque & ignota regio, ac dux inuertum
an satis fidus multiplicabant metum. Si custodes sefellissent, quasi feras bestias ipsos posse de-
prehendi. Ex vnius captiui, vel fide, vel anima, pendere & regis salutem & suam. Tandem
venere in iugum. A dextera iter ad ipsum Ariobarzanem erat. hic Pilotam & Cænon cum
Amynta & Polyperconte expeditam habentes manum reliquit, monitos, ut quia eques pediti
erat mixtus, quā pinguisimum esset solum, & pabuli fertile, sensim procederent. Duces iti-
neris de captiuis dari. Ipse cum armigeris & ala quam agema appellabant, ardua semita, sed
longius à stationibus hostium remota, multa cum vexatione processit. Medius erat dies, &
fatigatis necessaria quies; quippe tantundem itineris supererat, quantum emensi erant, sed
minus praecipitis atque ardui. Itaque relictis cibo, somno q̄ militibus, secunda vigilia surgit,
& cetera quidem haud agrè praeterit, ceterum quā se montium iugum paulatim demittit, in-
gens vorago concursu cauata torrentium iter ruperat. Ad hoc arborum rami alius alio impli-
cati & coherentes, ut perpetuam obiecerant sepē. Desperatio igitur ingens, adeo ut vix lacry-
mis abstineret, incesserat: praecipue obscuritas terrori erat. Nam etiā si qua sidera internite-
bant, continentifronde arborea conspicere prohibebant. Ne aurium quidē vsus supererat, siluas
quatiente vento, quae concurrentibus ramis maiorē quā pro flatu sonū edebant. Tandē ex-
pectata lux, omnia quae terribiliora nox fecerat, minuit. circū breui spacio poterat eluues,
& sibi quisq̄ dux itineris coeperat fieri. Euadūt ergo in editū verticē, ex quo hostium statione
conspēta, strenuè armati à tergo se ostendūt, nihil tale metuentibus; quorū pauci, qui cōgre-
di ausierant, cæsi sunt. Itaque hinc morientium gemitus, hinc ad suos recurrentium misera-
bilis facies, integros quoq̄, antea quā discrimen experirentur, in fugam auertit. Fremitu
deinde in castris quis Craterus praesidebat, illato ad occupandas angustias, in quibus pridie
hasitarat, miles educitur. Simul & Pilotas cum Polyperconte Amynta q̄ & Cæno diuer-
sum iter ingredi iussus, aliam terrorem intulit barbaris. Vndique ergo Macedonum armis
fulgentibus, ancipiti malo oppressi, memorabile tamen praelium edunt: ut opinor, ignauiam
quoque necessitas acuit, & sapē desperatio spei causa est. Nudi complectebantur armatos, &
ingen-

ingenti corporum mole secum ad terram detrahentes, ipsorum telis plerosque fodiebant. Ariobarzanes tamen 40. ferme equitibus, & 5. peditum millibus stipatus, per mediam aciem Macedonum cum multo suorum atque hostium sanguine erupit. Per sepolim urbem caput regionis occupare festinans. Sed à custodibus urbis exclusus consecutus strenuè hostibus cum omnibus fugæ comitibus renouato prælio cecidit. Craterus quoque raptim agmine actò superuenit.

SVSIANORVM SATRAPAE.) Abulitæ, vt supra.

DIVISIS CVM PARMENIONE COPIIS.) Arrianus diuidit clarius & enucleatius: Post hæc Arrian. p. Alexander sarcinas & impedimenta, Theffalosq, equites, ac socios, & mercenarios externos, reliquumq, exercitum grauioris armaturæ cum Parmenione mittit, qui eos in Persiam via curribus apta, ducat. Ipse peditatu Macedonum secum sumpto, equitatuq, sociorum atque equitibus antecursoribus, simulq, Agrianis & sagittarijs, per montana citatim iter facit. 65. l. 3.

IUGVM MONTIVM CEPIT.) Inexpugnabilem propè labyrinthum ingressus cum exercitu Alexander, progredi non potuit, regredi non sine rubore, nec sine clade coactus, quod in tota Asiatica & Indica expeditione nunquam illi vsu venit, nisi in his Persidis & Sulidis angustijs, faucibus, petris, & pylis vt appellabantur: hic, inquit Curtius, deprehensa illius hæsit felicitas. Omnia planè & accuratè describit auctor ipse, cuius vestigia legemus & sequemur, & sicubi scrobes, cotes, rupesue occurrent, complanabimus.

QVORVM PERPETVVM DORSVM IN PERSIDEM EXCVRRIT.) Taurum montem potissimum intelligit, qui demum Caucafo committitur. Ita ipse Curtius: Taurus secunda magnitudinis mons committitur Caucafo, à Cappadocia se attollens Ciliciam præterit, Armeniæq, montibus iungitur, sic inter se tot iuga velut serie coherentia perpetuum habent dorsum, ex quo Asia omnia ferè flumina alia in mare rubrum, alia in Caspium mare, alia in Hyrcanium & Ponticum decidunt. Hæc Curtius. lib. 7. c. 3.

Quod flumina ex eodem monte, alia in mare rubrū, alia in Caspium, Hyrcanicum, & Ponticum incidere dicat, id eò fit, quod alia ex parte Tauria uersa Septentrionem versus orientur, alia versus Meridiem: Versus Septentrionem omnia in Caspium & cognata maria deuoluuntur; Meridiem versus in mare rubrum, & sinum Perficum Orientem versus incidunt.

OMNI HAC REGIONE VASTATA.) Quæ est inter Vxios & Persidem.

TERTIO DIE PERSIDEM, QVINTO ANGVSTIAS, QVAS ILLI SVSIDAS PYLAS VOCANT, INTRAT.) Duobus ergò diebus per primam Persidem profectus neminem sensit hostem inter obsidentem. Iam quales eæ fuerint angustia, fauces & portæ, Curtius duobus verbis ostendit, cum dicit fuisse rupes abscissas & vndique præruptas; duo nempe scopuli præalti haud procul inter se disiti erant, qui quasi portam per montes efficiebant. Arrianus haud paullò clarius has portas aperit, docetque qua rupes vtrinque intermissæ erant, portamque aperiebant, fuisse ab Ariobarzane etiam murum ductum, qui rupes committeret. Bartholomæus Facius interpres Arriani, pro quatuor millibus peditum, posuit quadraginta millia, cum in Græco sit Τετρακισχιλίς non τετραρακισχιλίς: veriùs ergo Bonauentura Vulcanius transtulit quatuor millia. Deinde intelligis quantum inter se abeant Curtius & Arrianus, cum hic quatuor millia duntaxat, ille 20. millia peditum Alexandro obiecta ab Ariobarzane scribat. Diodorus 25. millia peditum, equites trecentos Ariobarzani recenset. Curtius plerunque sequitur Diodorum, Arriano ipse prior.

IN QVARVM CACVMINIBVS.) Petrarum, rupium & scopulorum. totus hic locus è Siculo expressus, Rex, inquit Siculus, portam illam vi se occupaturum existimans, per angustia impeditaq, loca, nemine molestiam facessente, cum agmine contendit, barbariq, ad tempus transitum permittunt. Simulac verò ad medias loci difficultates & angustias peruent, uillicò vires suas expediunt, crebraq, ingenti pondere saxa deuoluunt: qua in Macedones precipitata magnam stragem faciunt. Nec exigua illorum pars, iaculis rem desuper è rupibus agere, semperq, in turba conferta vbicumque tela intenderent, aliquos ferire. Alij missis è manu lapidibus, Macedones, vi perumpere conantes retro pellere. Et quia locorum asperitate adiuti præualebant, magnum numerum occidere, nec minorem sauciatere. Alexander ergo cum tanta cladis atrocitati obstiteri non posset, videretq, ex hostibus non modò non cadere quenquam, sed nec vulnerari: de suis verò plurimos interire, ac ferme omnes in prima acie vulneribus confectos, tubâ receptui signum dedit. Et è faucibus illis retrogressus ad 300. stadia castris locum dedit. Diod. l. 17. p. 541. post m.

Sed quid est, quod Siculus trecenta stadia regressum, Curtius tantum triginta remensum dicat? longa locorum intercapedo est trecentorum stadiorum. Trecenta stadia efficiunt nouem milliaria Germanica cum sesquiquadrante; triginta autem, non plenum milliarium. Nullum tamen reor mendum intercedere, eo, quod Curtius tantum de angustijs loquatur, per quas ad vnum propè milliarè est Alexander ingressus; Siculus verò de toto itinere & loco castris in campo delectis.

CILICIAE FAUCES INTRAVERAT.) De his Ciliciæ portis per Taurum montem superatis Curtius lib. 3. c. 9.

MARI

MARI QUOQUE NOVVM ITER IN PAMPHILIAM.) De hoc mari Pamphilio & exercitu per id traducto lib. 3. c. 1. copiosè dictum.

SCVTIS SVpra CAPITA CONSER TIS.) Facta testudine militari, ne tela ex editiore loco incidentia læderent exercitum.

ARISTANDER.) Multa pœsimum mentio suprâ & infrâ huius Aristandri Telmissensis vatis etiam apud Plutarchum & alios.

DEPREHNSA EST FELICITAS.) Verùm, quod iactari solet;

Felicitatis gnata est infelicitas.

Et mirum, non sæpius hæsisse, cum felix eius temeritas vix inueniret modum.

A SVPERSTITIONE ANIMI.) Ergo non vulgus tantùm superstitione regitur, vt est in parçonia, De superstitione plura lib. 4. c. 24.

MEDIVM ITER.) Per cœmpos & regiam popularemque viam, Græcis λεωφόρου.

Medioturissimus ibis.

inquit Phœbus apud Nafonem.

SED REX DESERERE MILITES INSEPVLTOS ERVBEŒEBAT.) Vel ex hoc mortaliũ sensu intelligas παλιγγενεσία & corporum ἀνάστασις futuram, quod auctor omnis naturæ Deustantam humano generi curam emortualium, & corporum condendorum ingenerarit. nam vt taceam literarum sacrarum cùm veteris, tùm noui Instrumenti oracula, historiam omnium propègentium politicam recognoscas licet, omnes gentes, nisi, quæ omnem humanitatem exuerunt, ipsatque immanitate feras superarunt, intelligas cadauerum sepeliendorum, seruandorum, condiendorum, condendorum, cremandorum, cinerum colendorum morem, & habuisse, & retinuisse. De quo hic non declamabo, tantum id ago, quod ad militiam attinet, quanto studio Græci, Latini, Troiani, aliæque nationes eos, qui bello pro patria ceciderant, curarint, funerarint, & coluerint, quod apud Homerum. Iliad. ʒ & ʔ. Alexandrum Neap. l. 3. c. 3. Plutarchum in vita Demosthenis, Panormitanum l. 1. de rebus Alphonſi regis, Virgilium II. Aen. disces. Et hoc est, quod Curtius hic docet, Alexandrum erubuisse in sepultos milites deferere, quos tamen repetere non audebat ne hostibus victoriam tribuisse videretur. Sed cùm non ignoraret, nullum tam solenne militiæ munus esse, quam humandi suos, quæsiuit aliam viam corpora suorum recuperandi, per nouam nempe victoriam alia ratione pariendam. Cæterùm Alexander, vt ad Curtium redeamus, ingenti studio suorum semper funera curabat, vt reliquos, inquit Diodorus, ad discrimina faceret huiusmodi honestamentis promptiores.

Hoc autem loco Diodorus planè cum Curtio facit, qui sua ex Diodoro descripsisse videri potest: Turpe ratus insepultos relinquare mortuos, cùm videret interim si repeteret ab hostibus cadauera, quæsi professurum se ab illis victum, omnes captiuos ad se adduci imperauit.

QVI GRÆCÆ PERSICÆQUE LINGVÆ PERITVS.) Alexander damnatis prioribus consilijs & infelici penetrandi in Persidem conatu, & captiuis viarum peritis non imperitè quærit, qua ratione angustias & Pylas Persidis superare possit; de his enim Aristander vates non plus quam Dausad ænigmata Sphyngis poterat respondere. Oblatus est illi Hibrida quidam inter captiuos, cognomento Lycius, patre nempe Lycio, matre Perside natus, vnde & bilinguis, qui Alexandro viam expediuit, quod vti factum est, enarrat ipse Curtius, cuius vestigia legemus.

SYLVESTES ESSE CALLES.) Et siemque ita arborum & ramorum inter se implexorum contextu impeditos, vt iter explicari nullo modo possit.

NAMQUE PERSIS AB ALTERO LATERE.) Persidem Strabo quoque descripsit, & post hunc Plinius, Solinus, Ammianus Marcellinus lib. 3. Sed parum inter se, & cum Curtio consentiunt. Quicquid est terrarum & montium inter mare Caspium à Septentrione, & sinum Persicum, seu mare rubrum à Meridie, Persidi assignatur. Hodie tractus ille, qui est inter Tigim, sinum Persicum, Mare Indicum, seu rubrum Indum & Iaxartem, & Caspium mare à Sophis Persiæ regibus possidetur, quam terrarum portionem Agrippa Medis, Parthis, & Persis attribuit.

AB ALTERO LATERE.) à quo? arctico vel meridiano? arctico. Septentrionem versus.

MONTIVM IVCIS.) Tauri & Caucaſi.

CICIC STADIA.) milliarum Germanica propè octo suprâ quadraginta.

CLXX) Quinque milliarum eoque amplius.

RVERVM.) Quod hodie Indicum & sinus Persicus & Arabicus dicitur. Strabo triplicem Persidis regionem facit, æstuosam & sterilem mare versus; alteram mediam vberem; tertiam montanam & frigidam ad septentrionem. Longitudo ex Eratosthenis sententia ad Caspias portas * 110. CIC. stadiorum est, milliarum nostratarum ducenta quinquaginta. Reliqua non est supra duo millia stadiorum, nostratarum 62. & semis. Longitudo in mediterranea à Sufis Persepolim stadiorum CIC. CIC. CIC. CIC. CC. milliarum nostratarum centum & vnum suprâ triginta. Hinc vsque ad Carmaniæ fines 610. 100. milliarum nostratarum quinquaginta, & hanc postremam dimensionem accepit Curtius tantùm, quæ regio porrigitur in longum.

Hoc

lib. 12.

Strabo l. 15.
p. 500.
lin. 1. 6.
c. 27.

Astrum.

* 2000.

HOC DORSVM.) Ab Occidente ergo ad Orientem per iuga & dorfa montium tendamus; Suis ascendamus, per Persidem transeamus, Carmaniam superemus, Drangianam percurramus, ac tandem in Paropanifum altissimum & asperissimum montem enitamur; qui Ptolemæo Caucasus est, totius Asiæ eminentissimus, glacialis & caluus, de quo infra copiosius. Ad hunc, Larnacem Noachi applicitam ait Goropius in Indo-Scythicis. Hanc montium catenam intelligit hic, quam dorsum appellat Curtius, per quod post terrarum inundationem reliquæ humani generis in larnace servatæ paulatim ex Oriente & Paropanifo seu Caucaso ad Babylonem sunt profectæ, seseque tandem in campos demisere & Babylonem condidere. Est enim Caucasus mons Goropio ex antiquis id docenti tam longè extensus, ut * Taurum etiam, qui à Pamphylia fugit, ab eodem deriuari dicant, & alios quamplurimos montes ingentes, qui pro diuersitate gentium diuersas fortiuntur appellationes. quos * Plinius vnus Tauri nomine complexus est. Idem Plinius breuius de Perlarum regnis, Namque Persarum regna quæ nunc Parthorum intelligimus, inter duo maria Persicum & Hircanum Caucasys iugis atolluntur.

Strabo clarissimè: *Taurus eam continentem (Asiam) mediam ferè cinguli in morem diuidit ab occasu ad ortum porrectus, vnamque eius partem versus meridiem relinquens.* Latus est Taurus sæpè etiam tria stadiorum millia, longitudine (quanta etiam Asiæ est) 45. millium à continetæ quæ Rhodo opposita est, vsque ad extremitates Indiæ & Scythiæ Orientales.

FRETVM OBIECTVM EST.) Sinus Persicus seu mare rubrum, quod & Sinus Arabicus, mare Indicum.

PLANICIES DEINDE.) Hanc Persidis regionem Strabo mediam & campestem appellat: *Regio verò vltior campestris est omnium ferax, & optima pecorum nutritrix, fluminibus & lacubus plena.*

ARAXES AMNIS.) Auctor de fluminibus (siue is Plutarchus cui vulgo adscribitur, siue alius) quem ita Latinè intelligo & verto.

Araxes Armenia fluminis nomen ab Araxe Pyli filio accepit, qui bellum Arbelo auo super regno fecit, quem cum sagitta traiecisset, furijs agitatatus seipsum in Bactrum flumen abiiecit, cui (Ctesiphonte lib. I. Persicarum rerum, teste) nomen dedit. Fuit Araxes Armeniorum rex. Quæ portò fabulæ de eodem apud Plutarchum sequuntur, poetis relinquo. Strabo Araxen è Parætanis deducit, & excepto Medo (contrà quæ Curtius scribit) per conuallem omnium rerum feracem, & Carmaniæ iunctam defertur. Eustathius ad Dionysij περιήγησις. * Arexen dicit appellatum, quod continuam illic montium terram abrumpat, seu diuidat, ut Peneius amnis Osan ab Olympo. Obseruandum tamen ab Herodoto Araxen nunc Istro maiorem, nunc etiam minorem dici. Nam Ister Araxe hæud dubiè maior est circa ostia, minor circa fontes. Mela graphicè nobis fontes, cursum, & ostia Araxis proponit: *Ex Ceraunijs montibus vno alueo descendit, duobus exit in Caspium Araxes Tauri latere demissus, quo ad campos Armenia secat, labitur placidus & silens, neque in vtram partem eat, quanquam intuearis, manifestum. Cum in asperiora deuenit, hinc atque illinc rupibus pressus, & quanto angustior, tanto magis pernix, frangit se subinde ad opposita cautium. Atque ob id ingenti cum murmure sonansq; deuoluitur aded citus, ut quæ ex precipiti casurus est, in subiectam non statim declinet vndam, sed vltra quam canalem habet, euehat plus iugeris spacio sublimis, & aquis pendentibus semetipsum sine alueo ferens, dunde vbi incuruus arcuatq; amne descendit, fit tranquillus, iterumq; per campos tacitus & vix fluens, in id litus elabatur.* Hæc Mela, qui nihil de Medo. Solinus cum * Plinio fontes Araxis ex Heniochorum montibus, breuib; ab Euphrate interuallis deriuat, atque in Caspium mare exonerat.

MEDVS A MARI.) Rara Medi fluminis apud alios scriptores & geographos mentio. Strabo tamen non præterit, quem Araxe excipi affirmat, non Arexen Medo, ut Curtius tradit. Ferri à mari, ait Curtius, ad Meridiem, à Septentrione ergò & Caspio mari. *Minor amnis, inquit, eo quem accipit, Araxes enim maior.* Sed cum à mari in Meridiem fluat, quomodo rursus in Septentrionem versus in Caspium exoneratur? cum enim Araxen excipiat, & Araxes in Caspium delabatur, vbi hæret Medus? Strabonem sequamur, qui Medum in Araxen decidere docet, per quem rursus ad Septentrionem in Caspium deuehitur. Quæ sequuntur apud Curtium de Medo apto ad herbas gignendas, veltiendas ripas, platanos & populos creandos, & quæ ibidem ad Medi laudem ponuntur, omnia rectius Araxi adscribuntur.

A MARE.) Etsi reclamantibus ferè Grammaticis in sexto casu Curtius dixerit à mare, non à mari sequeque tueri possit maiorum auctoritate, nam ita Ouidius cecinit in Ibis:

Et summam Lybico de mare carpet aquam.

Ita Atacinus:

Cingitur Oceano, Lybico mare, flumine Nilo,

Ita Plautus:

Dicant in mare Commani captos.

Ego tamen cum Constantiensis MS. & præcis editionibus malim, *Medus ad mare meridiem versus,* &c. Medus enim in montibus Septentrionalibus ortus ad mare Persicum, quod è regione Caspij est, versus, iterumque flexus in Caspium demum delabatur.

PLA-

PLATANVS.) à foliorum latitudine dicta, de qua mira Plinius lib. 12. cap. 1. ubi vmbra etiam Platani vectigalem fuisse scribit, quemadmodum Michael Paphlago etiam pro cælo & aere vectigal, teste Harmenopolo, exigebat. Amant fontes, & fluminum ripas, & vina etiam.

* Plin. lib. 37. cap. 2. circa med. * lib. 16. cap. 23. POPVLO.) Et populus aquas fitit, & ripas amat, de qua multa Poetæ, qui inde electrum per lachrymas eliciunt, quas, vt fabulosas, absterfit * Plinius. Græcis λεύκη dicitur, de cuius viribus Dioscorides l. 1. quamvis & nigra fit, vt idem * docet.

HINC IVGV M OPACVM ET VMBROSVM, ILLINC MARE.) Persis enim & Asia inter montes & mare, quibus vapor solis accensus temperatur. Iugum opacum è Tauro monte, totam Asiam percurrente, mare Persicum meridiem versus, Hircanum ad Septentrionem.

Plutarch. p. 24. cum Ariano. DVCEM VIAE LYCIVM CIVEM FORE.) Idem tradidit Diodorus, qui tamen nihil de Oraculo, sed Plutarchus disertè. Τῆς δὲ Περσίδος οὐσῆς διὰ τῆς ἀχύτης δυσμεβολῆς, καὶ φυλακισμένης ὑπὸ γενναυοτάτων Περσῶν (Δαρεῖος μὲν γὰρ ἐπεφύγει γίνεσθαι ληνὸς περιόδου κύκλου ἐχέουσης οὐ πολὺν ἡγεμὼν αὐτῶ διγλωσσοῦ ἀνθρώπου, ἐκ πατρὸς Λυκίᾳ, μηδὲς δὲ Περσίδος γεγονώς· ὄν φασι ἐκ πατρὸς ὄντος Ἀλεξάνδρου τὴν Πυθίαν προεπιέν, ὡς Λύκιος ἔσται καὶ ἡγεμὼν Ἀλεξάνδρου τῆς ἐπὶ Πέρσας πορείας. Quum autem Persis ob asperitatem esset aditu difficilis, praesidiumq; haberet delectissimorum Persarum (namque confugerat eò Darius) quidam utriusque linguae peritus, qui patre Lycio, Perside matre ortus erat (quem puero etiamnum Alexandro praeinuisse perhibent Pythiam, nempe Lycium duce Alexandro itineris in Persas fore) modico circuitu duxit in Persidem.

ORACVLO EDITAE SORTIS.) Plutarchus, vt iam legisti, Pythiam respondiisse prodidit. Iam de Pythia, quæ fuerit, quæris? Delphis anicula tripodi insidens, & afflatu demonis instincta consultibus respondebat. de cuius origine copiosè Diodorus lib. 16. Bibliothecæ ἐπεὶ δὲ τῆς ἱστορίας ἐμνησθῆναι, &c. locus est prolixus, ad quem te remitto. Planius tamen & plenius omnia de eadem Pythia ex plurimis sacris & profanis scriptoribus Gyraldus syntagmate 7. historia Deorum. Hic nihil attinet hæc iterare, cum strictim ex Plutarcho tantum Pythiam attigerim. cæterum historia de Pythia est permira.

pag. 524. ad lib. oram. Aliàs pag. 477. P. 222.

ARMARI MACEDONVM MORE.) Galea ex crudo bouis corio, thorace seu lorica trilici, ocreis, scuto, gladio, pugione, hastâ, vti leuis armaturæ miles solebat, ad iter præsertim accinctus. Phalangitæ etiam sarissas ferebant, sed illæ ad calles syluestres & impeditos ineptæ. Stevechius leuis armaturæ nomine tantum gladium & pugionem interpretatur. Sed armatos fuisse Macedones, qui cum rege per auia & inuia inceserunt, ostendit ipse Curtius, quando intrâ subiicit: *Strenuè armati se à tergo ostendunt nihil tale metuuntibus.* & de Philippo Lysimachi fratre, *Nobiles iuuenes comitari eum soliti defecerant, præter Philippum, Lysimachi erat frater tum primum adultus, & quod facile appareret, indolis rara. Is pedes, incredibile dictu, per quingentâ stadia vectum regem comitatus est, sapè equum suum offerente Lysimacho, nec tamen vt digrederetur à rege effici potuit, cum lorica indutus arma gestaret.* Audin? loricas pedes Alexandrum equitem per quindecim milliaria Germanica & amplius femis, per arduum & impeditum faxis iter, alijs propè omnibus iam defectis, secutus est. Ita & per Sulidas petras Macedonico more armati Alexandrum comitati sunt, & nouus etiam ex pastore miles Macedonico ornatu armatus.

ALEXANDRV M PRO GLORIA.) Inuia, nempè, virtuti nulla est via. Et:

Virtute quavis res fit expugnabilis:

gloria virtutis.

Τῆς ἀρετῆς ἰδρωτὰ θεοὶ προπαρθευέθηκα μὲν

Ardua perit iuxta virtus & gloria.

PRAEDEM ACCIPE.) Ineptè vulgò, *praesidem me accipe.* Cæterum aliud præ est, aliud vas, aliud fideiussor, aliud sponsor, aliud manceps, de quibus Iureconsultos consulas. Præ à prædijs, quas pro altero oppignerat, dictus est propriè qui satisfacit Reipubl. se præstiturum pro altero, si fallat. Hic impropiè pro sponsore generatim accipitur.

CRATERO.) Princeps inter principes & carissimos Alexandro, ita vt Hephæstio diceretur φιλαλέξανδρος, Craterus φιλοβασιλεύς. Multa de hoc infra suo loco.

QVAS MELEAGER DVCEBAT.) Pedestres intellige. Et hic inter magnos duces Alexandri, qui Perdicæ postea fraude perijt, vt extremo libro docebitur.

PLVRES IGNES.) Hoc consilium Alexandri Frontinus contulit in librum secundum stratagematum cap. 5. quod est de insidijs. Huius generis statagemata plura apud Liuium & Romanis in historijs leges, vt de Crasso contra fugitiuos pugnante, ex ipso Liuii Frontinus quoque eodem cap. ostendit.

SAGITTARIIS EQVITIBVS.) Πιπτακονίδης appellat Arrianus, qui ex equis sagittas iaciant.

PER CALLIV M ANFRACTVS INTRARE.) Editiones veteres, *per callium anfractus eum intrare.* MSS. *eum* expungunt, sed oratio plena non est, Cæterum, si forte Ariobarzanes cognouisset per callium anfractus intrare quem? inquires; Alexandrum utique, sed Alexander ipse hic loquitur, & quamvis se ipsum intellexerit, non est ita locutus. nec dixit *se* Curtius, quod esset ambigua oratio, vox enim *se* de Ariobarzane & Alexandro accipi poterat. Nec *eum* conuenit, si, inquit Alexander,

Ari-

Ariobarzanes eum, hoc est se, Alexandrum inquam, intrare, quis ita loquatur eum pro se. Itaque rectè sublatum iudico, quod de Alexandro satis intelligi ex præcedentibus cernis, & mox subiectis, & ad occupandum iter suum, & quæ sequuntur.

CVM TREPIDANTIUM BARBARORVM TVMVLTVM EXAVDISSET.) Benè Modius calligauit, & quæ in vulgaribus sequuntur, *persequentium regem* sustulit, est enim verè ineptum gl'ofema, quamuis etiam MSS. ead. inculcent.

RELEGERE IDIPSVM ITER.) Veteres editi: *id ipsum iter quo pridie pulsi fuerant, ne dubitaret ingredi.* Acidalius locum hunc totum ita emaculat: *cum trepidantium barbarorum tumultum exaudisset, relegere id ipsum iter, quo pridie pulsi fuerant, ne dubitaret.* placet illud *relegere*, sed nec Modianum *persequi*, nec vulgare *ingredi* reiiciendum, cum non constet quod posuerit Curtius.

DEMONSTRATVM ITER GALLIVM.) Ab Lycio duce itineris.

TRIDVI ALIMENTA.) Nihil hoc est, tridui alimenta portare militem, Stevvechium ad capit' 19. libri primi illa Vegetij verba consule: *Necessitas imminet, annonam pariter & arma portandi.* Veget. lib. 1. cap. 19. *Vtrumque onus, inquit, subeundum militibus fuit in expeditionibus arduis, sed Ciceronem audi: Nostri exercitus vnde nomen habeant, vides. deinde qui labor, quantus agminis, ferre plus dimidiati mensis cibaria, ferre, si quid ad vsum velint, ferre vallum. nam scutum, gladium, galeam in onere nostri milites non plus numerant, quàm humeros, lacertos, manus; arma, etiam membra milites esse ducunt. quæ quidem ita geruntur aptè, vt si vltus foret, abiectis oneribus, expeditis armis, vt membris pugnare possint; Tusculana secunda. Si quis vero Ciceroni, quasi in scholis philosophicis hac de re disputanti fidem derogare auserit, aliud testimonium ex ipsa historia accipiat. Ammianus historicarum lib. 17. Tutum, inquit, ex annona decem & septem dierum, quam in expeditionem pergens vehebat cervicibus missis.*

Sed enim nec hoc mirandum. vsu venit vt triginta dierum, & totius mensis cibaria suis humeris ferre cogentur, quod plurimum auctoritate confirmat Lips. Dial. II. lib. 5. de militia Romana, vbi super hac re plurima cum iconibus; militum arma, vallum, armorum ferentium cognoscis.

NISICVSTODES FEFELLISSENT.) In editione Modiana contra Modij & Curtij mentem apparet hæc scriptura, *Si custodes, pro nisi. Vt istos typographicos operas, inquit Modius, magnus perdidit Iupiter, qui tam negligentes sunt in exprimendis ad eum modum libris, qui ipsis prætur. eccere, correxeram hunc locum hoc modo, Nisi custodes fefellissent, quasi feras bestias ipsos posse deprehendi. hic illi mihi si displicet, pro nisi, si excuderunt, contraria planè sententia ab eo, quod dicere vult Curtius, & res postulat. Sed enim exclamat hic Priscianus, & se graue vulnus à Modio accepisse quiritatur, aitque ita per sananda aliorum vulnera; ne ipse interim grauius vulneretur, negatque typographicos, sed typographicas muliebri genere operas dici contestatur. nisi & hic Modius lapsus hunc duplicem miseris etiam & laboriosis grammatothetis velit assignare.*

NISICVSTODES FEFELLISSENT.) Custodes, Ariobarzanes excubias in saltu & aditu positas.

INVIAS RVPEs.) Summam saltus superandi difficultatem à multis periftasibus explicat, cautes sine calle & nullius tritas solo, saxa, præcipientes scopulos, in quibus ne pes quidem figi poterat, foueas, scrobes, noctem, ignota & senta loca, ducem incertæ fidei, tacet interim Curtius arma, onera, cibaria, quæ omnia tantum non in vltimam desperationem coniecere militem.

QVASI FERAS BESTIAS POSSE DEPREHENDI. Suprà hoc ipso capite: *Sed quod inulti ferarum ritur veluti in fouea deprehensi caderentur.* Vna rem vix hic capio: cum pedites ægerrimè ex his locorum tesquis & rupibus eniterentur, quomodo equites fuerint secuti. Videtur Curtius non sine auxilio inuium iter prorsus inexplicabile reddidisse, præsertim equiti, qui mixtus erat pediti; vt ipse Curtius mox ostendit.

TANDEM VENERE IN IYGVMI.) Tandem euasere ex angustijs in dorsum montis, è cuius regione dextra, Ariobarzanes armatus fauces obsidebat.

DYCESERANT ITINERIS.) Vocem *eram* velut redundantem inductam vellet Acidalius; sed non videtur otiosa, & libri omnes editi, inediti seruant.

QVAM AGEMA APPELLABANT.) Regredere ad cap. 32. lib. 4. illa verba, *quos agema appellabant*, vbi de agemate exerte disputatum.

IPSE.) Alexander inter primos semper asperrima quæque secutus alijs exemplum præibat, vñ nemo auderet tergiuersari, aut regem deserere.

SECUNDA VICILIA) hora noctis quarta inuenite.

INCENS VORAGO ITER RVPERAT.) Interpolarat, abraferat, vt esset planè inuium, eoque circumeundum, sed id per noctem fieri non poterat, cum cæca omnia, si progredierentur, in ipsam eluuiem & voraginem deferendi erant. Interim obseruanda elegans hæc itineris inexplicabilis descriptio, quales non paucas habet Curtius.

ARBORVM RAMIALIVS ALIO IMPLICATI.) Hoc Lycius prædixerat supra: *siluestres esse calles, vix singulis peruios, omnia cōtegi frondibus, implexosq; arborum ramos siluas committere.*

EVADVNT ERGO.) Tandem superatis omnibus difficultatibus victores locorum, quibus grauius quàm ab vlllo hoste vexabantur, verticem obtinuerunt, & simul hostem vicere. Alexander cippum, ieuarcum, seu absidem erexit, in qua viatorem secuturum admonuit de læuo viæ latere sequendo, dextro velut inuio vitando. Extat inscriptio in vita S. Macarij Romani apud Rosfveld. l. i. vitæ Patrum p. 226. ABSIDAM ISTAM FECIT ALEXANDER PHILIPPI MACEDO IMPERATOR QUANDO PERSECVTVS EST DARIVM REGEM PERSARVM. QVI TERRAM HANC INGRESSE VOLVERIT, AD MANVM SINISTRAM VADAT. AD DEXTERAM ENIM TERRA INVIA ET RVPIBVS ET ANGVSTIIS EST PLENA. Hanc è Græco translata nemo dubitabit, qui auctores vitæ, nō interpretes legerit. Demiror Græcos scriptores in hac Alexandri cum scopulis & rupibus lucta præ Curtio fuisse tam steriles, siccos, & ieiunos. Accipe Diodorum quem potissimum imitari solet, imò plerumque superare Curtius: * Ο δὲ βασιλεὺς μεγάλαις διαρῆσις ἐμῆσεν ἐπαγγελῆσαι τὸν ἄνδρα, τῆς χαθῆσθαι δὲ τὴν δὲ πτόνως τὴν ὄρεντα νυκλὸς, πολλὰ μὲν πατήτας χιόνα, πᾶσαν δὲ κρημνῶδη χάρακας, χαράκους βαθείας καὶ πολλὰς φάραγας διελημ-

Diodor. li. 17. p. 542. *Res ingentia viro premia pollicitus, duce illo, per noctem montium iuga, quamuis magno cum labore superat. Ingens enim copia niuium calcanda fuit, & per regionem saxu præruptis, voraginibusq; profundis, & crebris vallibus interruptam, transeundum fuit.*

Arrianus vno propè verlu rem abloluit; αὐτὸς δὲ ἡειδὸν χαλεπὴν καὶ σαχῆϊαν, καὶ τὰν τὴν δρόμον τὸ πᾶν ἤγε. Ipse viam difficilem asperamq; persequitur, eamque magna ex parte cursu peregit. Plutarchus etiam tantum viam difficilem affirmat, non explicat.

HOSTIVM STATIONE.) Diodorus & Arrianus triplicem numerant stationem hostium, alteramque post alteram expugnata.

IN CASTRA.) Tribus simul locis Ariobarzanes oppugnatus est à tergo ab Alexandro, à Cratæro à fronte, à Philota, Polyperconte, Amynta, & Cæno ab latere, quo factum vt territus ipse quoque Ariobarzanes fugæ locum quaesierit, qui tamen mox redintegrato pralio interemptus est.

IGNAVIAM QUOQUE NECESSITAS ACVIT.) Verus est Iambus:

Necessitudo vel timidos fortes facit.

petitus è Sallustio, apud quem ita Catilina ad deploratam suam manum: *Cum vos considero, milites, & cum facta vestra aestimo, magno me spes victoræ tener, animus, atque virtus vestra, quæ etiam timidos fortes facit.* Verus etiam Euripides:

cap. 59.

Δεινὸς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχυρὸν πλεον.

Dura necessitate nihil est fortius.

DESPERATIO SPEI CAVSSA EST.) Virgilius:

Vna salus victis, nullam sperare salutem.

Qui nihil sperat, nihil desperat.

2. Æn.

Vegetius: *Clausis ex desperatione crescit audacia.* in quam sententiam multa militaria facinora collegit Frontinus.

Veg. l. 3. c. 21.

NVDI COMPLECTEBANTVR ARMATOS. (quod verbo dixerat, ostendit exemplo, desperatis summam inesse audaciam. Ita Persæ multos ex hostibus, ipsorum telis conficiebant.

Front. lib. 2. c. 6.

ARIOBARZANES XL. FERME EQVITIBVS.) Diodorus & Arrianus numerum non expriment, nisi quod Diodorus maximam partem exercitus Ariobarzanes cæsam, & Arrianus eundem cum paucis in montes refugisse dicat. de cæde ipsius neuter.

PERSEPOLIM VRBEM.) Hæc est illa inclita & toto orbe decantata Persepolis, regia Persidis: Cyri opus & sedes regum Persarum, qua nulla fuit infestior Græcis & omni Europæ. Hinc immensa copiarum agmina in Græciam effusa, hinc Darius Hystaspis, deinde Xerxes Europæ bellum impium intulit. Fuit Ciuitas ipsa & ædificiorum magnificentia,

& diuitiarum copia, & ciuium splendore nobilissima & clarissima. Sed nihil supra arcem & regiam fuit,

quam infra capit. 15. ex Diodoro describemus.

CAPVT XI.

ARGVMENTVM.

Persepolim properat Alexander, cuius mira celeritas ab auctore prædicatur.



Ex eodem in loco, quo hostium copias fuderat, castra communit. Quamquam enim undique fugati hostes victoriam concesserant, tamen præalta precipitesq; fossæ pluribus locis obiectæ abruperant iter, sensimq; & caute progrediendum erat, iam non hostium, sed locorum fraude suspecta. Troceænti ei literæ redantur à Tyridate custode pecunia regie, indicantes eos, qui in vrbe essent, audito eius aduentu diripere velle thesauros: properaret occupare thesauros ditissimos, expeditum iter esse, quamquam Araxes amnis interfluat. Nullam virtutem regis istius, quam celeritatem laudauerim: relictis pedestribus copijs, tota nocte cum equitibus itineris tanto spacio fatigatis ad Araxem prima luce peruenit. Vici erant in propinquo, quibus dirutis, pontem ex materia eorum subditis saxis strenuè induxit.

LOCORVM FRAUDE.) hoc μετὰ φοβικῶς. fraus enim non cadit, nisi in hominem, & humani generis hostes Stygios genios: nam cælestes non fallunt. Poterant tamen & loca esse suspecta ab hostibus ad perniciem aliorum comparata & instructa, cum sæpè in pontibus, siluis, campis, montibus fiunt, quando scrobes fodiuntur, murices & stimuli, tribulique & pali defodiuntur.

A TYRIDATE.) Gazophylacæ, quem præfectum ærario, tribunum ærarium, vulgò thesaurarium appellant; huic gratiam retulit infra Alexander. Diodorus eundem celebrat Tyridatem. Est & alterius cuiusdam Tyridatis mentio apud Curtium, diu rsi opinor ab isto.

ARAXES.) Dictum de hoc supra. abfuit ab vrbe Persepoli non nisi x x. stadijs paulò plus dimidio milliario Germanico. cap. 14.

NULLAM VIRTUTEM REGIS ISTIVS, QUAM CELERITATEM LAUDAVERIM.) Ita MSS. vulgò, nullam virtutem regis istius magis, quam, &c. Illud magis in periti glossema est merito ab Modio inductum. Cæterùm in celeritate itinerum conficiendorum nullum ex omni memoria antiquitatis & posteritatis Alexander habuit parem, præter Iulium Cæsarem, cui plerumque etiam celeritas peperit victoriam, vt verum sit, quod Vegetius pro oraculo dixit, quia in rebus bellicis celeritas amplius solet prodesse, quam virtus, Cicero in epistolis, Cæsaris commendat celeritatem, quando dicit régis illud est incredibile celeritate. Vnde eius dictum Veni, vidi, vici. hostis contra; Veni, vidi, fugi.

Cum mora non tut a est totis incumbere remis
Vtile, & admissio subdere calcar equo.

Ouid. de arte.

Lucanus:

Pelle moras, semper nocuit differre paratis.

lib. 1. Par. fal.

Celebrat & Arrianus incredibilem Alexandri celeritatem lib. 3. Aelianus eandem prædicat: Αλέξανδρος ὁ φιλιππίης τρις τεσσαράκοντα στάδια ἐπέζησεν μετ' ὀπλων ὁδοπορήσας σωμαλιῶν τοῖς πολεμίοις πρὶν ἀναπαύσασθαι τὸ στρατόπεδον ἐπράττει τῷ ἐχθρῶν: Alexander Philippi ter quadringenta stadia continuo itinere armatus confecit, & antequam quierem caperet exercitus, cum hostibus congressus eosdè vicit. Hæc lib. 10. c. 4. Ael. quadringenta stadia conficiunt nouem nostratia miliaria fermè cum triente. Illud τρις τεσσαράκοντα, accipe pro diuersis temporibus. Extat Alciati emblemata 3. in Alce & Alexandri celeritate:

Alciata gentis insignia sustinet Alce,
Vnguib; & μηδὲν fert ἀναβαλόμενῳ.

Constat Alexandrum sic respondisse roganti,

Qui tot obuiisset tempore gesta breui?
Numquam inquit, differre nolens, quod & indicat Alce:
Fortior hæc dubites, ocyor æne fiet.

Ad quem locum plurima Claudius Minos, quem videbis.

INDVXIT.) ponte iunxit, strauit Araxen.

MATERIA.) Materiam vbique scriptores veteres vsurpant pro lignis ad ædificia, pontes, turres, adhibitis, cuiusmodi sunt arborès trabes, tigna, trunci.

CAPVT XII.

ARGVMENTVM.

Græci mutili & captiui petunt agrum ab Alexandro.



Amque haud procul urbe erant, cum miserabile agmen inter pauca fortuna exempla memorandum regi occurrit. Captiui erant Græci ad quatuor ferè millia, quos Persa vario suppliciorum modo affecerant. Alios pedibus, quosdam manibus auribusq. amputatis inustusq. barbararum litterarum notis in longum sui ludibrium reseruauerant, & cum se quoque aliena ditionis esse cernerent, volentes regi occurrere, non prohibuerant. Inusitata simulacra, non homines videbantur, nec quicquam in illis præter vocem poterat agnosci. Plures igitur lacrymas comouere, quam profuderant ipsi quippe in tam multiplici variaq. fortuna singulorum intuentibus similes quidem, sed tamen dispares pœnas, quis maximè miserabilis esset, liquere non poterat: omnes pari supplicio affecti sibi videbantur. Vt verò Iouem illi tandem Græcia ultorem, aperuisse oculos conclamauere, rex absterfis quas profuderat lacrymis, bonum habere animum iubet, visuros vrbes suas coniugesq. & castra inde duo ab urbe stadia communit. Græci excefferant vallo, deliberaturi quid potissimum à rege peterent, cumque alijs sedes in Asia rogare, alijs reuerti domos placeret, Euctemon ita locutus ad eos fertur: Nos, qui modò etiam ad opem petendam ex tenebris & carcere procedere erubuimus, ut nunc est, supplicia nostra, quorum nos pudeat magis an pœniteat, incertum est, ostendare Græci veluti lætium spectaculum cupimus? Atqui optimè miserias ferunt, qui abscondunt: nec vlla est tam familiaris infelicitibus patria, quam solitudo & status prioris obliuio. Nam qui multum in suorum misericordia ponunt, ignorant, quam celeriter lacryma inarescant. Nemo fideliter diligit, quem fastidit, nam & calamitas querela est, & superba felicitas. Ita suam quisque fortunam in consilio habet, cum de aliena deliberat: nisi mutuo miseri essemus, olim alius alij potuissemus esse fastidio. Quid mirum est fortunatos * semper parem querere? Obsecro vos, olim vita defuncti, queramus locum in quo hæc semesa membra obruamus. Ingrati prorsus coniugibus quas iuuenes duximus, reuertemur. Liberi in flore & atatis & rerû patres agnoscent argastuli* detrimenta? & quota pars nostri tot obire terras potest? Procul Europa in vltima Orientis relegati, senes, debiles, maiore membrorum parte multati, tolerabimus scilicet, qua armatos & victores fatigarunt. Cōiuges deinde quas captis fors & necessitas vnicum solatium applicuit, paruosq. liberos trahimus nobiscum an relinquimus? Cum his venientes nemo agnoscere voret. Relinquemus ergo præsentia pignora, cum incertum sit an visuri simus illa quæ petimus? Inter hos latendum est, qui nos miseros esse cœperunt. Hæc Euctemon: contra Thætetus Atheniensis orsus est dicere: Neminem pium habitu corporis suos estimaturum, utique sauitia hostis, non natura calamitosos. Dignum esse omni malo, qui erubesceret fortuita, tristè eum de mortalitate ferre sententiam, & desperare misericordiam, qua ipse alteri denegaturus sit, deos (quod ipsi nunquam ausi forent optare) offerre patriam, coniuges, liberos, & quicquid homines vel vita estimant, vel morte redimunt: quin illi ex hoc carcere erumperent. Alium domi esse cæli haustum, alium lucis aspectum. Mores, sacra, lingua commercium, etiam à barbaris expetis, quæ ingentia ipsi omisuri sint sua sponte, non ob aliud tam calamitosi, quam quòd illis carere coacti essent; se certè rediturum ad penates, & in patriam, tantòque beneficio regis vsurum, si quos contubernij liberorumq. quos seruitus coëgisset agnoscere, amor detineret, manerent reliqui quibus nihil patria carius est. Pauci huius sententia fuere: ceteros consuetudo natura potentior vicit. Consenserunt petendū esse à rege, ut aliquam ipsis attribueret sedem, Centum ad hoc lecti sunt, quos Alexander ratus, quod ipse præstare cogitabat, petituros, Iumenta inquit assignauit, quæ vos ueheret, & singulis vestrum mille denarium dare iussit. Cum redieritis in Græciam, præstabo, ne quis statum suum, si hæc calamitas absit, vestro credat esse meliorem.

Illi

* sibimet.

* retriment-
ta.

Illi obortis lachrymis terram intuebantur, nec aut erigere vultus, aut loqui audebant. Tandem vegeti tristitia causa exigente, Euctemon similia ijs qua in consilio dixerat, respondit. Atque ille non fortuna solum eorum, sed etiam paenitentia miseratus, terna millia denariorum singulis dari iussit. Denae vestes adiectae sunt, & armenta cum pecoribus ac frumento data, ut coli seriq; attributus ijs ager posset.

Hoc caput totum ex Diodoro peritum videri potest, nisi quod more suo omnia amplificat Curtius. Siculum lector ipse, quia longior, hic consulere potest.

FORTVNAE.) Status vitae humanae & casus miserandi, fortunae aduersae & afflictæ.

QUATVOR MILLIA.) Siculum non nisi octingentos recenset. magnum discrimen inter quatuor millia & octingentos. Apud Plutarchum & Arrianum nulla horum mentio. Iustinus cum Diodoro octingentos numerat.

ALIOS PEDIBVS.) Fermè solenne hoc Persis corpora captiuorum truncare, extremaque praecidere. supra lib. 3. * nollet Curtius de Darij immanitate, cum Græcos quosdam in Cilicia excepisset. Nam etiam saucij quidam & inualidi, qui agmen (Alexandri) non poterant persequi, excepti erant, quos omnes instinctu purpuratorum barbara feritate sauentium, praecisis adustisq; manibus circumduci, ut copias suas noscerent. satiusq; omnibus spectatis nunciare, qua vidissent, regi suo iussit. Diodorus ἡγεωτήρια ἀσμένιοι δὲ πάντες, οἱ μὲν χεῖρας οἱ δὲ πόδας, οἱ δὲ ὄρα κ' ἴνας. Omnes mutilati ita, ut alijs manus, alijs pedes, nullis aures & nares amputatae essent. * cap. 14.

IN VITIS QVE BARBARARVM LITERARVM NOTIS.) Mos notandi frontes & inurendi non Persis tantum & barbaris vsurpatis, sed Græcis etiam & Romanis vsitatus. Multa nos passim de stigmatijs ad Martialem. Lipsius Electorum lib. 2. c. 15. plurima de eodem argumento.

ALIENAE DITIONIS.) Obscra & disce latinè loqui. Abutuatur barbari hac voce, & pro loco, regione, prouincia adhibent; cum qui eleganter loquuntur, intelligant ius & iurisdictionem. alienae enim hic ditionis, valet, quod dicunt non sui iuris, sed alijs subiectus. Ita dicimus prouinciā, regnum, suae ditionis fecit, sibi subiecit, in suam potestatem redegit. Græci ergo captiui, cum in Persarum potestate essent, Alexandri tamen adeundi copiam impetrarunt.

IN VITATA SIMVLACRA.) Monstra hominum, non homines, laruae, vmbrae, spectra, ob deformatam faciem auribus naribusque carentem & stigmatis foedatam.

PLVRES LACRYMAS COMMOVERE.) Quia ipsi iam diu suam calamitatem tulerant, spectant, deplorant, alios ad lacrymas commouere, quibus primùm illa corporum prodigia ad spectaculum oblata.

SIMILES QVIDEM, SED TAMEN DISPARES POENAS.) Omnes deformes & mutilati, sed alius alio modo, cum hic pedibus, ille manibus, alius naribus, auribus alter multatus esset, omnes tamen pari sibi supplicio affecti videbantur. Huc enim illa Curtij verba infra post illud conclamauere posita, iudicio etiam Acidalij pertinent, quae ibi nullum habent locum.

SICVLVS: Τῶν δὲ ἐπισήμας ἡ τέχνας εἰδόντων, καὶ ἐν παιδείᾳ προκοφοτάτων τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἀρωτηρίων ἀπέκοπτον, αὐτὰ δὲ μόνον τὰ συννεργούνα πρὸς τὰς ἐπισήμας ἀπελέλειτο, ὥστε πάντας ὁρῶντας τὰ τῆς ἡλικίας ἀξιώματα, καὶ τὰς περιεχούσας τὰ σώματα συμφορὰς, ἐλεεῖν τὰς ψυχὰς τῶν ἀκλήρωντων. Si qui scientiam aut artem aliquam callerent, inq; disciplina progressus fecerant, ceteris membrorum extremorum resectis, ea tantum reliquerant, quae ad exercendam artem fecerent. Omnes igitur qui & prouecta aetate dignitatem & corporum supplicia intuebantur, afflictis simorum hominum animas misericordia prosequabantur. Siculus pag. 543.

IOVEM GRAECIAE VLTOREM.) ἀμύτωρ Vltor Iupiter dictus, quod sceleratorum impia facta vlcisceretur, sicut & Mars vltor. Tradit Plinius ab Agrippa fanum Pantheon Ioui vltori conditum. Plin. 1. 36. c. 15.

APERVISSE OCVLVS.) Cum tot annis caecus videretur, cum tam diu Græcos à Persis vinci, praemi, curari passus est. Tum aperit numen oculos, cum flagitia hominum per supplicia punit, terram quatit, sidera crinita & minacia per caelum ostendit, aquarum eluuiiones, bella, famem, pestilitatem immittit. Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.

ἐκδικον ὄμμα θεῶν πάντα ἔφορα
ἔχει θεὸς ἐκδικον ὄμμα.

Vbi tardiùs punit, tarditatem grauitate supplicij compensat, ut Iulius Cæsar & scripsit, & sensit. REX ABSTERSIS, QVAS PROFVDERAT, LACRYMIS.) Diodorus. ὥστε μάλιστα δὲ αὐτὸν τὸν Αλέξανδρον συμπαθεῖ γενέσθαι τοῖς ἡτυχηόσι, καὶ μὴ δύνασθαι κρατασχεῖν τὰ δάκρυα. Maxime verò Alexander vicem miserorum doluit, ut nec lacrymas continere potuerit. pag. 434.

DVO STADIA.) Proximè urbem Persepolim superato iam Araxe, vix extra teli iectum, ducen-tis nempe quinquaginta passibus ab urbe.

GRAECI EXCESSERANT VALLO.) Captiui Græci, ut in medium ponerent consilia, excastris tantisper egressi sunt. Promiserat enim rex se illos in patriam ad coniuges & liberos remissurum; qua super re, quid sibi potissimum expediret, consulendum putarunt, quod extra castra com-

modius erant facturi. Extrema sententia fuit, plurimum, adeoque propè omnium, agrum in Perfide petendum, nec domum remigrandum, quod ob facta corporum vulnera, semesa membra, inuisi futuri viderentur coniugibus & cognatis. Deliberationis consilia sunt plena optimis & acutis gnomis, dictis, & sententijs. Hypothesis est, redeundumne sit cum Alexandro, an in Perfide remanendum. Euctemon dissuadet reditionem, Thæretus suadet. Euctemonis oratiuncula est artificiosissima, cuius argumenta hæc sunt: Qui erubimus hic ad Alexandrum in publicum prodire, quomodo non erubescemus coram tota Græcia apparere, pudet nos & poenitet multatorum suis membris corporum, quod nos capi passimur, & non potius in acie fortiter pugnando ceciderimus. Pulchrius enim fuisset pulchram per vulnera mortem oppetere, quàm cum tanta ignominia superstites vivere. Præterea, infelicibus & miseris adeoque sceleratis & mutilatis nihil gratius est, quàm latere & obliuisci prioris fortunæ. Misericordia deinde aliorum statim consumitur. Semica dauera sunt fastidio sceleribus, miseri semper quiritantur, felices miseros fastidiunt, pares cum paribus congregantur, felices cum felicibus, integri cum integris, pulchri cum pulchris, formosi cum formosis; nos môlta & prodigia hominum, auribus, naribus, pedibus, manibus truncatos nemo diu feret. Et nos ipsi nisi omnes miseri essemus, alius alium non ferret. Itaque qui partem corporum nostrorum iam ante hac sepeliuimus, sepeliamus etiam reliquam. Dices: coniuges nos & liberi desiderant. Quomodo hoc? Illæ alios maritos, filij coniuges, nos ipsi alias vxores duximus, & liberos alios creauimus. Vtrique odio erimus, his quos relinquemus, & illis qui iam alienis nuptijs illigati, neque nos admittent, nec ob oris aut corporum sceleratam agnoscent: isti ægrè carebunt, maneamus ergo in Perfide.

Omne solum forti patria est, vt piscibus æquor.

PUDEAT MAGIS AN POENITEAT.) Pudet enim nos simul & poenitet truncorum corporum & deformis formæ; sed vtrum magis, in certum est, sunt enim æquè poenitenda, quàm pudenda.

OSTENTARE.) Fortasse præstitisset nos in acie magis cadere, quàm tali fortuna & calamitate vti, & vivere, id quod nobis obijci à popularibus posset, mortem præoptandam tali fuisse vitæ.

QUI ABSCONDUNT.) Gnome, cuius in promptu causa est. ὁ βίβλος γὰρ τοῦτο οὐκ ἐστίν, ἀλλὰ συμφορά. *Talis vitæ, non vitæ, sed mors.* Calamitatem autem quis ostentat?

LACRYMAE INARESUNT.) Cicero: *Nihil citius arescit lacrymâ* sequuntur perpetuæ gnoma & optima dicta, quæ nullis explanationis egent, sed retinenda sunt, & loco vsurpanda.

VITA OLIM DEFUNCTI.) Pares iam olim mortuis, cadauera enim semiuia circumferimus; maior pars etiam vitæ defuncta est, quando iam senes ægrè vitam trahimus.

ERGASTVLI DETRIMENTA.) *Retrimenta* fortasse, emendatiùs ergastuli ludibria, purgamenta, vt Apuleius *fortuna decermina*, hoc est, *recrementa*. De ergastulis Lipsi. l. 2. Elect.

CONIUGES, PARVOSQUE LIBEROS.) Maximum argumentum, perseverandum esse in exilio nouo coniuges, & noui liberi.

Thæreti aliquot in Epigrammatis Græcis, nullus hic.

Thæreti oratio facile dilui potest. Nam pietas in clamamito los rara, nec diuturna est hominum, nec verum est, omni malo dignum qui fortuita erubesceret, quis enim aut scedè claudus, aut sine naribus, aut auribus natus etiam, aut maculosus, aut distortus, aut strumofus non erubescat ad principum & populi adspectum? Nec tamen ob id omni malo dignus est. Neque tristis est sententia, nec misericordia miseris negata, quando is miserorum status est, vt malint in exilio mori, quàm domi cum fastidio & ludibrio vivere. si pedes, manus, nares, aures in pugna & prælio amississent, fuissent honestamenta virtutis, nec pudenda vulnera, sed capi velle, cum possis mori, & arbitrio te hostis ac ludibrio & libidini permittere, virtutis non est, sed ignauitæ; nisi cum extra prælium victor prædabundus, in agris & vicis desertos excipit, illi enim verè sunt miseratione digni.

OFFERRE DEOS PATRIAM.) Quæ ipsa vitæ sit carior, & per mortem etiam quærat. Hoc quidem argumentum vim haberet, nisi ratio obstaret, quam Euctemon supra attulit.

A BARBARIS EXPETI.) Græciam, inquam, Perfide meliorem, quod an verum sit, haud scias. Ouidius:

Quid melius Roma, Scythico quid frigore peius?

Huc tamen ex illa barbarus Vrbe fugit.

Perlege elegiam quartam primi de Ponto, cuique sua dulcis patria.

NON OB ALIUD CALAMITOSI.) Certè etiam deformia & truncata membris corpora.

RELINQUERENT.) Abire sinerent domum patriæ amatores & cultores; manerent ipsi in æterno exilio. De patriæ desiderio, & charitate multa passim oratores & poetæ, etiam pueris obuia, quæ hic non obtrudo.

CONSVEVDO NATVRA POTENTIOR.) Consuetudo altera natura. sed Curtius etiam potentiores natura credit.

MILLE DENARIUM.) Singulis centum Philippæos, captiuorum fuere quatuor millia ferè, demus iultè fuisse quatuor millia, summa philippæorum excretet ad quadraginta millia.

TERRAM INTVEBANTVR.) pudebat illos fortunæ suæ, nec oblatam à rege sclicitatem audebant reijcere, nec admittere volebant: itaque pro responso lacrimas reponabant, quarum causam rogati responderunt per Euctemonem, quæ ipse antea suaserat, malle omnes in Perfide

Perfide

Perfide, accepto agro, emori. Diodorus veram quoque causam subiicit, nec ab Euctemonis rationibus abhorrentem: At illi inter se congressi, habito consilio, illic permanere satius esse, quam in patriam reverti, iudicant. Restitutos enim se, huc illuc dispersum, & quamdiu superfuerint, ignominiosis ob hanc fortuna iniquitatem ludibriis affectum iri. At si in communi versantes calamitate simul degant, ex similitudine alieni infortunii suae miseriae percepturos solatium, arbitrantur. Denud ergo regem adeunt, & quid decretum habeant, exponunt, utque conueniens statui praesenti adiumentum exhibeat, deprecantur.

Verissima ratio Diodori, nam diuisi & seiuncti singuli portenta quaedam videri poterant, iuncti, alter alterum solabatur similitudine clauitatis & deformitatis. Iustinus hanc quoque rem enarrat paucis. Inter haec 100000 admodum Graeci occurrunt Alexandro, qui poenam captiuitatis truncata a parte corporum tulerant, rogantes, ut sicuti Graciam, se quoque ab hostis crudelitate vindicaret. Data potestate redeundi, agros recipere maluerunt, ne non tam gaudium parentibus, quam detestandum sui conspectum reportarent.

Tu stin. lib. 11. sub fine m.

TERNA MILLIA) singulis trecentos philippaeos, summa duodecies centena millia Philippaeorum, siue decies sexies centena millia florenorum.

En milia lion oder sechsunds hundert tausend gilden. Diod. p. 543.

DENAE VESTES) singulis decem vestes, hinc dicit, dena vestes adiecta, sicut terna millia denariorum, si vni duntaxat donasset & soli, non pluribus, dixisset tria millia, po terna. Proflus idem Diodorus, nisi quod singula enucleatius exponat. Ο δὲ Ἀλέξανδρος συγκρατήμενος τοῖς δεδομένοις τρισχιλίαις μὲν ἑκάστω δραχμῶς ἐδώρησατο, καὶ τοὺς ἀνδρείας πέντε, καὶ γονακείας ἰσῶς, ζεύγη δὲ βοῶν δύο, καὶ πρόβατα πενήκοντα, καὶ πυρῶν μεδίμνος πενήκοντα. ἐποίησε δὲ καὶ ἀρεταῖς αὐτοῦς παντὸς βασιλικῆς φόρου, καὶ τοῖς ἐπισημοῦσι προσέταξε φροντίζειν ὅπως μὴδ' ὑπ' ἐνὸς ἀδικῶνται. Ἀλέξανδρος μὲν οὖν ἀκολούθως τῇ κατ' αὐτοῦ ἐπιεικειῶς, τοιαύτης ἐνεργείας τὰς τῶν ἡσυχρότων συμφορὰς διωρθώσατο. Is decretis ipsorum comprobatis, ter millenas unicuique drachmas, quinasque stolas viriles, & totidem femineas, bina insuper boum paria, & oves quinquagenas, totidemque medimnos tritici, donat. Immunes etiam ab omnibus tributis Regi persolendis facit, ac curatoribus mandat, ut ne a quoquam iniuria afficiantur, diligenter provideant. Hac beneficentia Alexander, prout liberali eius indole atque humanitate dignum erat, infelicissimam hominum calamitatem subleuauit.

Drachmae Graecorum ad vnguem respondent denarijs Latinorum, ex quibus eadem lora & summa conficitur.

Denarius duobus vi. storiatis estimatur, sicut & Drachma zwen baszen.

CAPVT XIII.

ARGVMENTVM.

Capta Persepolis, praedae magnitudo, hostium caedes, euersa vrbs, excepta regia seu arce.

* arcem incensam ait Diodorus:



Postero die conuocatos duces copiarum docet nullam infestiorum urbem iracis esse quam regiam veterum Persidis regum. Hinc illa immensa agmina infusa, hinc Darium prius, deinde Xerxem Europae impium intulisse bellum. Excidio illius parentandum esse maioribus. Iamque barbari deserto oppido, qua quemque metus agebat, diffugerant, cum rex phalangem milum in castris inducit. Multas vrbes refertas opulentia regia partim expugnauerat, partim in fidem acceperat: sed urbis huius diuitia vicere praeterita. in hanc totius Persidis opes congegesserant barbari. auram argentumque cumulatam erat: vestis ingens modus: supellex non ad usum, sed ad ostentationem luxus comparata. itaque inter ipsos victores ferro dimicabatur: pro hoste erat, qui pretiosorem occupauerat praedam, & cum omnia qua reperiebantur, capere non possent (nam res non occupabantur, sed estimabantur) lacerabant regias vestes, ad se quisque partem trahentes: dolabris pretiose artis vasa cadebant. nihil neque intactum erat, nec integrum ferebatur. Abrupta simulacrorum membra, ut quisque auellerat, traherat. neque auaritia solum, sed etiam crudelitas in capta vrbe grassata est. Aureo argentoque onusti, vilia captiuorum corpora trucidabant, passimque obuorum cadebantur, quos antea precium sui miserabiles fecerat. Multi ergo hostium manum voluntaria morte occupauerunt, preciosissima vestium induti emuris semetipsos cum coniugibus ac liberis in praecipua iactantes. Quidam ignes, quod paulo post facturus hostis videbatur, subiecerant ad-

bus, ut cum suis vini cremarentur. Tandem suis rex, corporibus & cultu feminarum abstinere iussit. Ingens pecunie captivæ modus traditur, prope ut fidem excedat. Ceterum aut de alijs quoq; dubitabimus, aut credemus in huius urbis gazâ fuisse C. & XX. millia talenta, ad quæ vehenda (namq; ad usus belli secum portare decreverat) iumenta & camelos & à Sufis & à Babylone contrahi iussit.

Virgil. l. 1. POSTERODIE) Quis cladem illius noctis, quis funera fando
2. Aeneid. Explicet, aut possit lacrymis equare labores?
v. 361. Non mihi si lingua centum, sint oraq; centum,
Ferreæ vox.

Urbs antiqua ruit multos dominat aper annos.

Omnès rerum scriptores, qui res Persicas post Herodotum & Ctesiam attingunt, deletam Persepolim regiam Cyri nobilissimam queruntur, nec ipse Arrianus, qui pleraque omnia Alexandri facinora eleuat & excusat, factum hoc laudat. Sed nos ad singula descendamus. Plutarchus etiam ipsum Alexandrum facti poenituissè tradit.

CONVOCATOS DVCEs COPIARVM) causas proponit præfectis copiarum & tribunis, cur exscindenda videatur Persepolis, quod inde olim Græciæ & Europæ bellum sit illatum ab Dario Hytaspis & Xerxe, quod Athenæ incensæ, quod templa Deorum violata & spoliata. Huic Alexandri voluntati & consilio Parmenio ducum princeps intercedere conatus, servare urbem & regiam studebat, hoc Persis, quibus ipse deinceps imperaturus erat, gratū, sed frustra fuit. Arrianū audiamus. Regiam autem Cyri incendit, suadente interim Parmenione, ut intactam eam servaret, tum quod pulchrum non esset, possessiones virtute sua partas disperdere: tum quod Asiaticos minus benevolos ob id factum esset habiturus existimatos, illum Asiam retinere nolle, sed eâ debellata recessurum. Alexander, se Persarum facinus vlcisci velle respondit, quod cum in Græciam venissent, Athenas subverterant, templaque incendirāt, aliâque multa in Græcos perpetrarant. Ceterum, neque mihi prudenter hoc ab Alexandro factum videri potest, neque vlla de veteribus Persis hac ratione ultio sumta fuisse.

Arrianus
p. 66.

HINC DARIUM PRIVS, DEINDE XERXEM) De his duobus regibus & copijs in Græciam ductis, cladibus illatis suprâ lib. 4. c. 1. copiosius dictum, ad illa Curtij verba: Ille cuius nomen sumisti Darius, & quæ sequuntur.

EXCIDIO ILLIVS PARENTANDVM MAIORIBVS) Græcorum intellige, quas vexarant, sicut incensa olim Troia Græci.

PHALANGEM) Phalangem Macedonicam, qua nihil firmitus docuit Polybius, iam suprâ descriptus lib. 3. c. 18.

Diod. l. 17.
pag. 543.
Persepolis.

IN HANC TOTIVS PERSIDIS OPES CONGESSERANT BARBARI) Diodorus totius orbis ditissimam fuisse his verbis testatur. Πλησιωτάτης δ' οὐσης τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον, καὶ τῶν ἰδιωτικῶν δικῶν περιπλεμένων ἐκ πολλῶν χρόνων παντοίας εὐδαιμονίας. Urbs hac omnium sub sole ditissima erat, privatis quoque domibus per multas ætates omni felicitatis genere refertis. Accinit huic Dionysius Alexandrinus Periegetes:

Μοῦνοι δ' ἄσπετον ὄλβον ἐνὶ μαγάρουσιν ἔθεντο,
Ὅπότε Μνησίνη καὶ Σάρδιας ἐξ ἀλάπαξαι,
Χρυσέα τοι κείνων ἐπὶ χροὶ τέυχρα φωτῶν,
Χρυσέα δ' αὐτ' ἵπποισιν ἐπίσῳμάτεσσι χαλινὰ
Χρυσῶ δ' ἄμφι πόδεσσι τ' ἐκοσμήσαντο πέδιλα.
Τίος ἔ γάρ σφιν ὄλβος ἄπειρατ' ἔ ----
Soli item grandes divitias in domibus reposuerunt,
Quando Mæoniam & Sardias depopulati sunt,
Aurea sanè illorum quidem in corpore arma hominum,
Aurea etiam equis in oribus frena,
Auro item circa pedes ornant calceamenta.
Tanta ipsis divitiarum immensa ----

Ad quem locum etiam Eustathius consuli poterit.

INTER IPSOS VICTORES FERRO DIMICABAT VR) Quia locum hunc pænè totum Curtijus ex Diodoro transtulit, non ingratum erit vtrumque conferre. Ita ergo Diodorus: Incursum ergo in illam factis Macedones, viros omnes trucidant, & facultates copia redundantes, & varia spellectili ornamentisque refertas, diripiunt. Ibi magna vis argenti, nec minor auri huc illuc distrabi; preciosissima vestes, alia purpura infecta, alia texturis aureis variegata, ingenti numero victoribus in premium cedere, & magna totoque orbe famigerata Persarum regia ludibrio & extrema vastationi exponi. Macedones autem, tametsi prada vndique circumfluerent, cupiditatem tamen, subinde pluribus inbiantem, explere non poterant. Et eo usque insolentia processerat inter diripiendum avaritia, ut inter se ferro dimicarent, & multi, quod maiorem prada partem occuparent, interimerentur. Aliqui de inuentis magna aestimationis rebus

bns

bus, partes gladio rescissas sibi auferebant. Nonnulli etiam manus alijs, quas rebus controuersis iniecerant, ira perciti, amputabant. Feminas cum ornatu suo ad stuprum abreptas seruituti tandem addicebant. Ita factum, ut Persepolis, quod magis vrbes alias felicitate antecesserat, eò plus calamitatum mole eas superaret.

Habes cladem vrbis, ab utroque pari ferè modo descriptam.

RES NON OCCVPABANTVR, SED AESTIMABANTVR) vilia negligebantur, preciosa aestimabantur, diripiebantur.

DOLABRIS) securibus, nam dolabra, securis genus est, polys hic etiam pro parazonio accipere.

QVOS ANTEA PRECIVM SVI MISERABILES FECERAT) captiuos antea, vel precio emtos vel precio vendendos, post aurum & argentum & preciosiora reperta, occiderunt.

MISERABILES) quia captiuos fecerat, & precio vendendos exposuerat precium.

MANV VOLVNTARIAM) emenda cum Acidalio & priscis editionibus, manum voluntaria morte occupauerunt. ita sensus constat.

VIVI CREMARENTVR) extant & alia huius calamitatis exempla de Sagunto, Numantia, Phocensibus, & illorum decreto, quod *φωκικὴν ἀπόνοιαν* appellarunt, Altapa vrbe Hispaniæ, hodie Alcho.

CENTVM VIGINTI MILLIA TALENTA) Eundem profus numerum Diodorus expressit. lib. 17. p. 544. *ἑξήκοντα ἄρ ἐν αὐτοῖς δώδεκα μυριάδες τάλαντων.* quæ fortè efficit septuagies bis millies centena millia, quibus si addas quinquaginta millia talenta Sufis exhausta, prodibunt centies bis millies centena millia, hoc est, vt hodie vulgus loquitur duo supra centum milliones, vt taceam prædam Babylone & Damalci captam. Addas licet & sex millia ex Parsagadis 3600000. summam supra ex varijs prædis poluimus centum & octo milliones. 72000000.

Obserua talentum legi ab Acidalio, quod aliàs βαρβαρίζει oratio, non videtur.

Sed hoc parum est ad prædam Cyri, quam deuicta Alia reportauit, vt auctor Plinius lib. 36. ca. 3. nam argenti talentum quingenta millia exhaustit, quæ tercenties millies millia reddunt, hoc est, 300000000.

PRECIOSISSIMA VESTIVM INDVTI.) Recte hic Acidalius: Atque hic, inquit, morem nota Priscorum ornandi se in mortem, suprema necessitate, quo maximo cultu possent. Exempla quædam iam nota, Romanorum patrum capta à Gallis vrbe apud Liuium lib. 5. Quintilij Vari apud Velleium lib. 2. Cleopatæ apud Florum lib. 4. & Dionem; Olympiadis Alexandri matris apud Iustinum lib. 14. aliorum pulrimorum apud alios multos. Vnum nouiter obseruamus, etiam militares viros, cum in aciem ad extremum discrimen exirent, ritum eundem obseruasse. Nec ad alios te ducam: in nostro vide, & hoc ipso libro, neque longè ab hoc loco: Nos verò, inquit Artabazus, preciosissimas vestium induti, armisque quanto maximo cultu possimus adornati, regem in aciem sequemur, eadem quidem mente, vt victoriam speremus, mortem non recusemus.

TANDEM SVIS REX.) Suos emendat Acidalius: legitur tamen etiam cum tertio casu.

IUMENTA ET CAMELOS.) Camelorum tria millia Diodorus signauit, iumenta seu mulos, non numerauit; sed alibi Curtius a triginta millia expressit. Plutarchus, Reliquum instrumentum regium & opes, decem millibus iugorum mularium & quinque millibus camelorum, egestæ. lib. 8. c. 15.

At tibi, inquit Hermolaus, triginta millia mulorum captiuum aurum vehunt, cum milites nihil domum, præter gratuitas cicatrices, relaturi sint.

CAPVT XIV.

ARGVMENTVM.

Captæ Parsagadæ, præda noua reperta, excursio & vastatio Persidis, Mardi subacti.



Accessere ad hanc pecunia summam captis Parsagatis 6. millia talentum. Cyrus Parsagadam urbem condiderat, quam Alexandro Præfectus eius Globalis tradidit. Rex arcem Persepòlis 3. millibus Macedonum præsidio relictis, Nicarihidem tueri iubet. Tyridati quoque qui gazam tradiderat, seruatus est honos, quem apud Darium habuerat: magnaque exercitus parte & impedimentis ibi relictis, Parmenionem Craterumque præfecit.

Ipsè cum mille equitibus pedumque expedita manu interiorem Persidis regionem sub ipsum Vergiliarum sidus perijt. multisque imbribus, & propè intolerabili tempestate vexatus, procedere tamen quo intenderat, perseueravit. Ventum erat ad iter perpetuis obsitum niuibus, quas frigoris vis gelu astrinxerat: locorumque squalor, & solitudines inuisa fatigatum militem terrebant, humanarum rerum terminos se videre credentem. Omnia vasta, utique sine ullo humani cultus vestigio attoniti intuebantur: & antequam lux quoque & cælum ipsos deficerent, reuerti iuebant. Rex castigare terribos supersecit. Caterum ipse equo destitit, pedesque per niuem & concretam glaciem ingredi cœpit. Erubuerunt non sequi primum amici, deinde copiarum duces, ad ultimum milites: primusque rex dolabra glaciem perfringens iter sibi fecit. Exemplum regis ceteri imitari: sunt. Tandem propemodum inuisa siluas emensi, humani cultus rara vestigia, & passim errantes, pecorum greges reperere: & incolæ sparsis tugurijs habitabant, cum se callibus inuis septos esse credidissent, ut conspexere hostium agmen, interfectis, qui fugientes comitari non poterant, deutos montes & obsitos niuibus perseuerunt. Inde per colloquia captiuorum paulatim feritate mitigata, tradidere se regi: nec in deditos grauius consultum. Vastatis dein agris Persidis, vicisque compluribus redactis in potestatem ventum est in Mardorum gentem bellicosam, & multum à ceteris Persis cultu vitæ abhorrentem. specus in montibus fodiunt, in quos se greges ac coniuges & liberos condunt: pecorum aut ferarum carne vescuntur. Nec feminis quidem pro natura habitu molliora ingenia sunt. Coma prominent hirta, vestis super genua est, funda vincunt frontem: hoc & ornamentum capitis & tellus est. sed hanc quoque gentem idem fortuna impetus domuit. Itaque trigesimo die postquam à Persepoli profectus erat eodem redit. Dona deinde amicis ceterisque pro cuiusque merito dedit. propemodum omnia quæ in ea urbe ceperat, distributa.

CAPTIS PASARGADIS.) Variam huius loci scripturam cognoui. Stephano Πασαργάδας uti & Solino, Arriano, Straboni, Diorsyio, plerisque alijs Πασαργάδας, alicubi mendosè Parlagadæ & Persagadæ, est ciuitatis & gentis nomen, vox sonat castra Persarum. Pasargadas Herodotus optimos Persarum ἀριστὸς περσῶν dixit. Hic conditorium erat Cyri, de quo copiosè lib. 10. c. 3. docebimus, urbem ipse posuerat. Causa urbis condendæ fuit victoria id loci ab Astyage Medorum regis elata, ut est in quintodecimo Strabonis.

GLOBARIS.) Nulla alibi huius mentio, uti nec Nicarchidæ.

ARCEM.) Hanc enim incensa urbe seruari iusserat, quam tamen postea instinctu Thaidis deleuit.

TYRIDATI.) De hoc, cap. 11. supra, custos regiæ pecuniæ fuerat Perlepoli & mansit, quamquam thesaurum omnem Strabo tradat Susa deportatum.

INTERIOREM PERSIDIS REGIONEM.) Ad barbaras & inconditas atque anonymas gentes debellandas, donec ad Mardos, quas infra describit, perueniet.

SUB IPSVM VERGILIARVM SIDVS.) Græci, imò & Latini sæpè (Virg. lib. 1. Georg. v. 238. Manilius lib. 5. Seneca in Medea) hoc sidus & astrum, Pleiadas appellant. Hæliodorus ἐργὸς τῶν ἑμείρας.

Πλειάδων Ἀπὸ ἀγνέων ὀπιτελομένων
 Ἀρχεὶ ἀμυγῶ ἀρότιο δὲ δυσομενέων
 Αἰδητι νότιας τὴν ἡματα τεσσαράκοντα
 Κεκρυφαται, αὐτὸς δὲ περιπομένῃς ὄντα
 Φαίνονται τὰ πρῶτα γὰρ ρασομένοιο σιδήρῳ.
 Pleiadas cernens orientes demete frugem,
 Vomere verte solum eum submerguntur in vnda
 At bis vicens latitant noctesq, diesq,
 Hinc iterum apparent impletis mensibus, anni
 Tempore, quo primū incipiunt splendescere falces.

Quibus versibus Hæliodorus ortum & occasum Vergiliarum accuratè describit, & quando sit intendendum, quando arandum. Ad quos versus multa Moschopulus, plura Proclus, plurima Tzetzes, omnestres Hæliodii Scholiastæ Græci.

Tzetzes, quod maximè huc facit, ita explicat: ἡ ἐπιτολὴ δὲ τῶν πλειάδων γίνεται ἀπὸ Μαΐου μηνὸς ἐνάτης, μέχρι 18νίς κς'. ἢ δὲ τῶν ἐσπερίων ἀπὸ ὀκτωβρίου ἢ, μέχρι Δεκεμβρίου θ'. Oriuntur Pleiades à nono Maïi vsque ad 16. Iunij: Occidunt occasu vespertino ab octavo Octobris, vsque ad nonum Decembris.

Cæterum, Virgilicæ dicuntur, quod quali virgæ quedam extendantur: Vergiliæ, quod sub veris finem orientur: Pleiades, quati πλείωνες, quod plures sint, proinde Manilius lib. 4. sidus glomerabile vocauit: vel à πλείον, quod nauigandi tempus aperiant: Atlantides à patre Atlante. Septem sunt Itellæ in Tauri cauda. Manilius:

Taurus

Taurus in auersos praeceps vt tollitur ortus
Sexta parte sui, certantes lucis ad oras
Pleiades ducit ---

Ad quem locum ita Scaliger. Taurus oritur posteriore sui parte, hoc est, τῆ ἀποτομῇ. Itaque Pleiades oriuntur tunc. Nam Virgiliarum sidus constituit ἀποτομὴν ταύρου. Propterea dicitur auersus oriri: quia non τῷ βραχέειο, sed posteriore parte oritur. Deinde, praeceps dicitur oriri: quia nimirum προνεωκῶς situs est in zodiaco. quo nomine πεπτηῶτα Aratus dixit, vt & alibi monemus. At minus prudenter Vitruuius haec de Tauro scribit: Cum progreditur ad caudam Tauri, sidusque Virgiliarum, e quibus eminet dimidia pars prior Tauri. Contradicit sibi: Nam si dimidia pars Tauri finitur in Vergilijs, vnde illi cauda dimidiato?

Ad Curtium vt redeamus, qui de occasu Pleiadum seu Virgiliarum intelligendus: nam quando sol cum scorpione ascendit, Taurus cum Pleiadibus suis & Suculis descendit, & hiemem inchoat: est enim Taurus Scorpioni oppositus. Plinius * Virgiliarum occasus hyemem inchoat, quod tempus * 1. 2. c. 47. in 11. Idus Nouembris incidere consuevit. Et cum Curtio mirè facit hæc explanatio Virgiliarum occidentium. Quæ enim hic ab Alexandro gesta narrantur per hyemem facta, sequentia mox verba testantur. multisque imbribus & propè intolerabili tempestate vexatus, procedere tamen, quo intendebat, perseverauit. Ventum erat ad iter perpetuis oblitum niuibus, quas frigoris vis gelu astrinxerat. Et mox intrâ: Caterum ipse equo desiliit, pedesque per niuem & concretam glaciem ingredi cepit. Vide hiemem, niues, glaciem. Et sicut occasus Virgiliarum, hiemem; ita exortus, ætatem nunciabat. Plinius: *Da- lib. 2.*
ius est autem huic (Fauonio) exortus Virgiliarum in toridem partibus Tauri, sex diebus ante Idus Maias. Ad lib. 2.
Quæ porro Moschopolus, Proclus, & Tzetzes de matutino, & vespertino. itemque de Cosmico, ἐργ. ἡμέ.
Chronico, Achronico, & Heliaco Pleiadum, vt i * Ioannes de Sacro Bosco, & Cladius ad eundem * cap. 3.
tractant, hic & lectorem μαθημακώτερον ad eodem remitto. Volestamen nomina Virgiliarum, seu Pleiadum nosse. Accipe ex Tzetze Hesiodi Scholiaste, ab Arato expressas, quamuis sex duntaxat affirmet ad spectabiles, quarum hæc nomina, Halcynoe, Merope, Celano, Electra, Sterope, Taygete, Mra, patre Atlante, matre Pleone Oceani filia natæ, quas Aratus his versibus complexus est:

--- ἐπ' ἰάδ' ἐκείναι ἐπιρῶνδην καλέονται
Ἐξοὶ ἀπερ' εἶσαι ἐπόφλοι οὐρανοῖσιν
Ἀλκυόνη, Μερόπη τε, Κελάνωτ' ἠλέκτρις,
καὶ Στεροπή καὶ ταῦ γένη καὶ πότνια Μαῖα

--- Septem illa esse feruntur,

Quamuis sint oculis hominum sex obuia signa,
Alcyone, Meropeque, Electraque, diua Celano,
Taygete, Sterope, praclaro lumine Maia.

Sunt qui duodecim nominent vnâ cum filio Hyante, quem draco in Lybia interfecit à quinque fororibus defletum, quas lacrimis extinctas Iupiter cælo inseruit, & inter astra lucere iussit hyadas dictas, quarum nomina apud Hesiodum in libro de Astris, hæc sunt, Phæole, Coronis, Cleia, Phæa, Eudora, hoc carmine comprehensa:

Φαῖλα ἠδὲ Κορωνίς εὐσεφάνοσε Κλέια
Φαίωθ' ἰμερόεσσα καὶ Εὐδώρα Τανύπεπλος.
Νύμφαι δὲ ὑάδας καλεῖσθαι φθλ' ἀνθρώπων,
Phæola, siue Coronis, & hinc formosa Cleia,
Phæoque, Eudorque implexis crinibus auro,
Quas nymphas, Hyadas, mortales nomine dicunt.

Hæc Tzetzes ex Arato & Hesiodo, plura ex alijs Natalis Comes. Sed hæc ad hunc Curtij locum plus satis.

REVERTI IUBEBANT) Squalor, iniuia, & horrida telus, omnia deserta, inculta, reuerti iubebant, suadebant, perinde quali extra solis vias progressi essent, & mox in confusum sine Sole & cælo chaos essent ingressuri.

SUPERSEDI) veritus, ne id frustra faceret, plus exemplo profecturus. Et cum sciret omnia labore vinci, primus manum admouit, & iniuia peruia fecit.

ERUBERVNT) quid enim turpis amicis regijs, laborante rege, cessare. Et cum amici, omnes essent principes, erubuerunt & duces belli, & postremo miles ipse. Ita nihil non exemplo regis, quæ orbis sequitur, excepto cælo, expugnabile.

SPARSIS TVGVRIIS) eleganter hoc, seiunctis inter se, non in morem vrbs aut oppidi, aut vici, vnâ in locum intra moenia & muros collectis & clausis, sed per agros, & siluas, & solitudine sparsis.

IN MARDORVM GENTEM) Non ineptam hic dubitationem ponit Glareanus, habetque suspectam hanc Alexandri excursionem, cum nulla eius nec apud Diodorum, nec Arrianum mentio sit. Sed enim Curtius sua non tantum ex Diodoro hausit, sed multis alijs Græcis, qui hodie desiderantur, multa que sæpè alia passim apud Curtium leges, quæ apud Diodorum nusquam leguntur. De Mardis hic sanè etiam vehementer addubito, cum infra demum lib. 6. cap. 9. Mardorum gentem Hircâ-

Hircanis confinem ponat, & Mardos hic domiros scribat, ibi illam solam gentem nullos misisse legatos, qui Alexandrum salutarent, seque illi dederent, doceat, regemque indignatum, *si una gens posset efficere, ne iniunctus esset*, exceptum etiam ab ijs Bucephalum equum Alexandri, ut illo loco cognosces Quid dicemus? an gentem hanc illi cognominem fuisse? ubi auctoritas testium? An hanc gentem eo usque pertinuisse? sed ibi tanquam de diuersa gente Hircanis vicina, valde ab hac qua in Perside fuit remota, narrat:

Non hoc arbitrio sunt dirimenda meo.

Nec placet coniectura Glareani, qui alteribi censet legendum *Margi*, cum Margiana longè diuersa fuerit à Mardorum terra; illa ferax, hæc sterilis; illa vitibus consita & ad miraculum felix, hæc vnus quidam & perpetuus saltus, in quo incolæ ritu ferarum debebant. Suidam audi: Μάρδοι ἐβνθ τὸ πᾶν λησά. & οὗτ' ἀνεύ ποιοῦντις αὐτοὺς πεισοὺς κήσατο, οὗτ' αὐ κακώσας ἐς τόσον δὲ ταπεινώσειεν ὡς εἰ φόβος ἀπαλαχθεῖεν, μὴ ἀν παραυτινα ἐπιβέδαι οἷς πάλαι ἐπέδυσαν. *Mardi*, inquit, *tot a gens latrocinijs dedita, adeoque fera ut nullis beneficijs tibi fides reddas, nec si victos opprimas, cedunt, nam simulac metu liberati fuerint, rursus impetum facient in eos, quibus antea paruerunt.* Subijcit dein rursus Suidas, quasi alios Mardos, qui valdè conueniunt cum primis his Curtianis, aded, ut reuera, quod conieci, fuerint cognomines voce, sed terris longè inter se diremti. Μάρδοι, inquit, ἐβνθ πολὺ ἀνθρώπων, τραχέαν γῆν ἐποκέντες & μόλις ἀφ' ὧν γεωργεῖσι τρεφόμενοι ἀνίπτοι & πένητες, ὡς & τὴν πρώτην ἀπιστώδαι τύχην. *Mardi gens populosa asperam colit terram, & agrè ex agrorum cultu sibi victum parat, caret iumentis & equis, tenuisque est, ita ut ne asporet quidem ad meliorem fortunam.* Duo ergo Mardorum genera Persicum alterum, de quo hic Curtius: Hircanum alterum, de quo idem infra lib. 6. cap. 9. Itaque expedita ratio & dubitatio est Glareani contra Glareanum. Modius & Acidalius huiusmodi scopolos taciti transiunt.

HIRTAE PROMINENT COMAE) impexæ ergo & incultæ Mænadum ritu, & inter feras ipsæ propemodum feræ, aut etiam feriores.

SUPRA GENV) sicut Amazones & Indæ.

TELVM EST) En duplicem vsum fundæ pro capitis redimitulo; & saxorum iaciendorum instrumento, dictum de fundis supra.

TRICESIMO DIE) subacta per mensem tota Persidè.

DONA DEINDE AMICIS) Multas secum Alexander & præclaras virtutes è Macedonia & officina Aristotelis secum detulit in Asiam; morum verecundiam, castimoniam, victoriam sui, fortitudinem, interitum & inuictum animum, tolerantiam laborum, summam scientiam militarem, celeritatem incredibilem, constantiam, iustitiam, fidem, clementiam in victos, felicitatem & planè regiam magnificentiam atque liberalitatem: ex quibus tamen paucas secum deuicto orbe terrarum retulit Babylonem, adeoque plus perdidit, quam acquisiuit, cum virtus bonis omnibus præstet, sed de his suo quoque loco. Hic de liberalitate, hoc est, septuagies bis millies millia Philippæorum, siue, ut cum vulgo loquar, septuaginta duos milliones. Subijcit Plutarchus hoc loco plura liberalis & munifici animi exempla, quæ Græcè adscriberem, nisi lectoris fastidium reformidarem. Edam tantum latina iucundissima & dignissima lectu. *Munificentia verò qua insita ei erat, multo magis excitata est rerum incremento. Adiuncta erat comitas, cuius vnus accessione sanè sunt muneris grata. Huius pauca exempla recensere. Paonia præfectus Aristo, quum hostem obruncasset, ostendissetque ei caput, Hoc donum rex, inquit, apud nos poculo aureo pensatur. Arridens Alexander, Nempe vacuo, inquit, ego verò plenum mero propino. Gregarius quidam Macedo mulum onustum auro regio agebat. Defesso inmento sarcinam ipse in humeros sublatam portabat. Vidit rex onere oppressum, ac re intellecta, quum ille id depositurus esset. Ne defatigeris, inquit, sed absolue reliquum itineris, atque in tentorium tuum hoc defer. Omnino succensebat magis, si non acciperes, quam si posceres. Phocioni per literas mandauit, si non admitteret dona sua, renunciare ei se amicitiam. Serapioni vni ex grege eorum, qui secum lusitabant pila, quia nihil petebat, nihil largiebatur. Quum autem ad ludum accessisset Serapion, adiecit pilam alijs: cui ubi dixit rex, Quin mihi das? Non petis, inquit. Risit rex, atque ampla largitione eum profecutus. Prothea cuidam in dictæis inter pocula non infestiuo videbatur insensus. Quum deprecarentur amici pro eo, atque ille lachrymas profunderet, redire dixit se cum eo in gratiam. Tum ille, igitur rex, inquit, pignus primum mihi aliquod dato. Atque huic quinque talenta iussit numerari. In ditandis amicis & stipulatoribus suis quam fuerit prolixus declarat Olympias epistola quam ad eum scripsit: Bene merere alias, inquit, de amicis & splendore vtire. Enumero nunc omnes regi efficis pares, multosq; amicos eis paras, temetipsum vero reddis solitarium. Ea cum identidem ad illum scriberet Olympias, seruabat in abdito epistolas, nisi semel Hephæstioni, (ut assueuerat) soluta epistolam secum legenti non vetuit: verum detracto digito anulo sigillum ori illius admouit. Mazei cuius apud Dariuin summa fuerat gratia filio Sarrapie præfecto, alteram adiecit amphorem. At ille recusans, ait, Tunc ò rex vnus erat Darius, nunc tu multos effecisti Alexander. Parmenoni donauit Bagoæ domum, in qua ad cultum pertinentium vestiarum mille talentum inuenit. Antipatro per litteras mandauit, ut custodes corporis aduersus insidias adhiberet. Matri dona multa misit.*

Plut. in vita Alex.

CAPVT XV.

ARGVMENTVM.

Rex ebrius ab ebrío scorto impulsus Persepolim incendio delet. Serò cum Phrygibus sapit, & dolet factum, quod infectum fieri non potuit.



Et erum ingentia animi bona illam indolem, qua omnes reges antecessit, allam in subeundis periculis constantiam, in rebus molendis efficiendi que velocitatem, in deditis fidem, in captiuos clementiam, in voluptatibus permisis quoque & vsitatis temperantiam haud tolerabili vini cupiditate foedauit. Hoste & amulo regni reparante tum cum maxime bellum; nuper subactis, nouum imperium aspernantibus, de die inibat conuiuia, quibus famina intererant, non quidem quas violare nefas esset: quippe pellices licentius quam dicebat cum armato viuere

assuetæ. Ex his una Thais, & ipsa temulenta, maximam apud omnes Græcos initurum gratiam affirmat, si regiam Persarum iussisset incendi: expectare hoc eos, quorum vrbes Barbari delissent. Ebrío scorto de tanta re referenti sententiam vnus & alter, & ipsi mero onerati assentiuntur. Rex quoque fuit audior, quam patientior. Quin igitur ulciscimur Græciam, & vrbi faces subdimus? Omne incaluerant mero: itaque surgunt temulenti ad incendendam urbem, cui armati pepercerant. Primus rex ignem regia iniecit, tum conuua & ministri pellicesq;. Multa cedro adificata erat regia, qua celeriter igne concepto latè fudit incendium. Quod ubi exercitus, qui haud procul vrbe tendebat, conspexit, fortuitum ratus, ad opem ferendam concurrir. Sed vt ad vestibulum regia ventum est, vident regem ipsum adhuc aggerentem faces. Omissa igitur quam portauerant aqua, aridam materiam in incendium iacere cæperunt. Hunc exitum habuit regia totius Orientis, vnde tot gentes ante iura petebant, patria tot regum, vnicus quondam Græciae terror, molita mille nauium classem, & exercitus quibus Europa inundata est contabulato mari molibus, perfossisque montibus, in quorum specus fretum immissum est. Ac ne tam longa quidem aetate, qua excidium eius secuta est, resurrexit. Alias vrbes habuere Macedonum reges, quas nunc habent Parthi. Huius vestigium non inueniretur, nisi Araxes amnis ostenderet. Haud procul mœnibus fluxerat. inde urbem fuisse viginti stadijs distantem credunt magis quam sciunt accola. Pudebat Macedones tam praeclarã urbem à comessabundo rege deletam esse. Itaque res in seruum versa est, & imperauerunt sibi, vt crederent illo potissimum modo fuisse delendam. Ipsum vt primum grauata ebrietate mentem quies reddidit, panituisse constat, & dixisse, maiores pœnas Græcis Persas daturus fuisse, si ipsum in solio regiae & exis conspiceret coacti essent. Postero die Lycio itineris quo Persidem intrauerat, duci triginta talenta dono dedit.

Quod hoc capite Curtius tradit, omnes rerum scriptores, qui facta Alexandri exequuti sunt, non sine indignatione & sto macho denarrant, & damnant: fuitque hæc prima labes & lapsus regis, cuius illum mox, sed post factum, pœnituit. Atque ita initium Alexandro fuit omnium, in quæ postmodum incidit, malorum, temulencia: quanquam superbia temulenciae illius nihil concesserit, qua primum elatus se Iouis filium credi voluit.

ILLAM INDOLEM) Nemo hunc locum melius explicauit, quam ipse Curtius, qui lib. 10. c. 9. Et hercle, inquit, iuste astimantibus regem liquet bona natura eius fuisse, vitia vel fortuna, vel ætatis. Vix incredibilis animi, laboris patientia propemodum nimia. Fortitudo non inter reges modo excellens, sed inter illos quoq;, quorum hæc sola virtus fuit: liberalitas sæpè maiora tribuentis, quam à dijs petuntur: clementia in deuictos: tot regna aut reddita, quibus ea demserat bello, aut dono data: mortis, cuius metus cæteros exanimat, perpetua contentio: gloria laudisq;, vt in isto maior cupido, ita vt iuueni & in tantis admittenda rebus. Iam pietas erga parentes, quorum Olympiada immortalitati consecrare decreuerat, Philippum vltius erat: iam in omnes ferè amicos benignitas, erga milites beneuolencia, consilium par magnitudini animi, & quantum vix poterat ætas eius capere solertia: modus immodicarum cupiditatum, Veneris intra naturale desiderium vsus: nec vlla nisi ex permisso voluptas: ingentes profectò dotes erant.

HAUD TOLERABILI VINI CVPIDITATE FOEDAUIT) De hac laude bibendi, leges plurã in prolusionibus ad Curtium è Seneca, Athenæo, Aeliano & alijs, capite de Alexandromagistris.

HOSTE AFMVLO REGNI.) Imo Alexander potius fuit æmulus Darij, cuius imperium appetiuit, non Darius Alexandri. Sed quia iam Alexander Asiam & regnum Darij occuparat, versa fortuna factus est æmulus Alexandri, qui tanquam securus regni, quamuis alter maximè tum repararet vires, & instauraret bellum, tamen etià de die, quo laborandum erat, intempestiua inibat conuiuia. quod signatè dixit Curtius. Nec hic stetit intemperantia, etiam feminas & lupas infamia Græcorum prostibula, Thaidas & Laidas adhibuit, inter quas princeps illa Attica pellex, cuius suasu, regia Cyri toto orbe clarissima incensa, & quæ seculo non vno steterat, intra horam flammis exhaulta, in cinerem, puluerem, & ventos abiit, vt nec vestigium vrbs extaret, nec sciretur vbi iterisset, nisi vicinus Araxes locum signasset.

Descriptio
Persepolis
Siculus li.
27.544.

REGIA PERSARVM) Non descripsit hanc Curtius, nisi quod multa cedro ædificatam dicat. Diodorus ergo succurrat, & quæ, qualis, quantaq; fuerit, ostēdat. *De cuius regia propter magnificentiam operum pauca quedam recensere non alienum arbitramur. Ars memoratu dignissima triplici muro circumdata est. Quorum primus structurus sunt uosissimis eductus erat, & altitudinem habebat XVI. cubitorum, propugnaculis suis exornatus. Secundus ceteris quidem operibus primo similis, sed bis tanto altior existit. Tertius formam habet quadratam, & ad LX. cubitorum altitudinem exurgit: ex lapide durissimo & ad durationem perpetuam accommodè coagmentatus. In vnoquoque laterum aeneasunt portæ, & aenei iuxta valli XX. cubitorum: quorum hi ad terrorem adpectu iniiciendum, illa ad firmiorem loci munitionem constructæ erant. In orientali arcis plaga mons est IV. inde plethris (idest cccc. pedibus) distans, quem regum vocant. In hoc enim regum sepulchra inerant. Nam excisa illic petra erat, complura in medio domicilia complectens. In quibus conditoria defunctorum nullum quidem aditum manu factum præbebant: sed instrumentis quibusdam, arte magistræ fabricatis, sublatos mortuorum loculos, excipiebant. In hac arce regibus & militibus excipiendis sumtuosi operis diuersoria erant, & thesauri ad pecunias asseruandas per commodum extructi.*

VRBEM CVI ARMATI PEPERCERANT) Et ipsi ciues incenderant. Sed quomodo armati pepercerant, cum Alexander conuocatis ducibus, iam ante dixerit excidio vrbs parentandum esse maioribus? Excidium ergo interpretabimur direptionem? ἀκρίτως. Incendisset etiam miles exhaultam, nisi rex suos iussisset parcere corporibus, & cultu fæminarum abstinere, quomodo pepercissent, si incendiissent. Iam ergo nouum hoc, *subditas faces vrbi & regiæ, vt penitus deleretur.*

QVIN IGITVR) verba Alexandri sunt, sed temulenti & à Thaide instincti, non regis, aut certè non regiè facientis.

Siculus
P.545.

PRIMVS REX IGNEM REGIÆ SVBIECIT) Nec sine cerimonia & pompa, quasi vel ad sacrificium, vel nuptias iret. Diodorus: *Ex templo ingens facum numerus coit, & assumtis, quantum aderant, fæminis musicis, Rex duce Thaide meretricula, cum cantu, tibisq; & fistulis ad saltationem processit. Illa verò à rege prima faculam ardentem regiæ iniicit. Ceteris exemplum imitantibus, celeriter totus circumquaque locus vi flammarum in cinerem confedit. Admirationem præcipuè meretur, quod sacrilegum Xerxis Persarum regis facinus in arcem Atheniensem designatum, vnica muliercula, violata vrbs ciuis, post multos tandem annos per lusum, eodem cladis genere vltima fuit.*

Narrat idem Plutarchus, quem ipsum etià erit iucundum legere, sed cum plerunque Curtio sit annexus, lector ipse consulat.

HVNC EXITVM) nobile epiphonema Curtij, quasi epicedium sepultæ arcis & vrbs & orientis regiæ, vnde tot gentes, centum inquam & viginti septem prouinciæ, vt est in primo Estheris, iura petebant, regi Persarum subiectæ.

PATRIA TOT REGVM) non quod omnes reges Persarum essent Persepoli nati, sunt enim & Susijs, & Ecbatanis, & alijs regijs nati, sed quod Persepolis esset caput totius Orientis, & omnium regiarum regia, vbi Alexander quatuor menses mansit.

GRAECIÆ TERROR) Inde enim Xerxes mille nauium classem eduxit, & minimum quinquagies centena millia hominum sub signis habuit, quibus Græciam inuasit, Hellepontum strauit, & continuo ponte iunxit, Atho perfodit, eique mare immisit, de quibus omnibus ex inlstituto Herodotus, Iustinus, alij, nobis iam sæpè cantata.

LONGA AETATE) quadringentorum circiter annorum ab Alexandro ad Curtium.

• Liuius
lib. 1.

RESVRREXIT) nunquam resurrexit, æternum sepulta, ex Curtij sententia, quam Serarius refutat, vti mox docebimus. Ita apud Liuium * quadringentorum annorum opus Albam vna hora deleuit.

pag. 665.

Sed hic minimè dissimulanda quæstio existit, quomodo verum esse iudicetur, quod hoc loco Curtius affirmat, Persepolim nunquam resurrexisse, cum auctor librorum, qui de Machabæis sunt, exerte tractat, Antiochum Epiphanem ingressurum Persepolim, voluisse templum & ciuitatem illic spoliare. vt 2. Machab. 9. Serarius noster eandem mouer quæstionem, eamque ita diluit, vt Curtium fama deceptum putet. At dices, inquit, Persepolis ab Alexandro diruta, vt ait Plinius lib. 6. cap. 26. & combusta fuit, neque longa atate post rursus erecta, vt ait lib. 5. Curtius, aded, inquit, vt eius vestigium non inueniretur, nisi Araxes annis ostenderet, à quo 20. stadijs distasse credunt

magis, quam sciunt aocola. Mouerunt hac Curtij verba Pererium lib. 9. in Daniele, vt Persepolim non proprium alicuius nomen putarit, sed commune Persidis vrbiū: quod & de Elymaide dici posset; cum à Porphyrio & D. Hieronymo regio vocetur, itemque à Stephano. ab ipso Daniele initio cap. 8. medinach. à Septuaginta idem vertatur regio, à Symmacho ciuitas. quod Latinum nomen sicuti & Græcum πόλις non vr-
bem tantum, sed multitudinem etiam & quandam communitatem interdum significat, vt infra patebit. Propria tamen esse nomina nihil impedit, primò quia quemadmodum eiusdem vrbs diuersa interdum nomina sunt, sic diuersarum idem quandoque nomen est, vt Ecbatana, Babylon, Antiochia, Salamine, Tiberia, Masilia, Neapolis. Deinde videtur Persepolis postea restituta fuisse, ex Diodoro lib. 19. Athenæo 12. * sicut & Thebæ
Quemadmodū de Heraclea vrbe scribit lib. 6. Plinius c. 16. Et de Charace seu Alexandria, Pellaogūe pago ad sinum Persicum cap. 26. vbi & Durinem regiam, Alexandri temporibus interisse scribit, fierique potuit, vt sunt resti-
rumore quodam deceptus sit Curtius, sicuti etiam dum ad Araxem illam fuisse ait, cum sic in Perside pro-
priè non esset, & à Ptolemæo ad Rhogomanem fluum statuat, & quidem ita, vt ipsius adhuc tempore ste-
tisse videatur, imò & floruisse, inquit in Strabonis lib. 15. Casaubonus. Certè ipse Strabo & Arrianus lib. 3.
Cyrī tantum, quæ ea in vrbe fuerant palatia, combusta tradit.

CEDRO) quæ non sentit cariem nec vetustatem, vt & cupressus, ebenus, lotos, buxum, taxus, iuniperus, oleaster, & olea. Plinio teste, proinde classes quoque è cedro in Aegypto & Syria ædifica-
ta. Memorabile, inquit Plinius, & Vtica templum Apollinis, vbi Numidicarum cedrorum trabes durant, Plin. l. 16, c. 40.
vt posita fuerunt prima vrbs eius origine annis mille, centum octoginta octo. Ingens est arbor, Dioscori-
de etiam teste, maxima verò in Cypro, vbi ad Demetrii classem tuccila centum triginta pedum
crassitudinis ad trium hominum complexum Salomon etiam, vt est in 3. Regum, multam ce-
dum ad templi molitionem & laquearia domumque regiam adhibuit. ita vt vix nobilior cedro
materia fuisse videatur.

HAUD PROCVL VRBE TENDEBAT) castra habebat. Virgilius: --- hic fauus tendebat Achil-
les. ita cum bonis scriptoribus locutus.

ALIAS VRBES HABVEREMACEDONES) Polybius docet in decimo, totam Mediam cin-
ctam fuisse Græcicis vrbibus, in finibus nempe Persidis & Mediæ, Ctesiphonte, Seleucia, &
alijs.

SI IPSVM IN SOLIO XERXIS) quod iam semel occupauerat ante incendium. Plutarchus:
Fama est, quum primum sub aurea testudine Alexander in solio regis consideret, Corinthium Demaratum Edit. m. j.
Alexandri familiarem & amicum paternum, senili more illachrymasse ac dixisse, fraudatos magna volu- P. 553.
ptate Græcos, qui ante quam in Darii solio Alexandrum spectassent sedentem, victa essent functi.

TRIGINTA TALENTA) Octodecim millia Philippæorum, grande munus pro opilione &
pastore.

CAPVT XVI.

ARGVMENTVM.

Mediam intrat, supplementum accipit. Darius Ec-
batanis se ad vltimum prælium parat. Syllabus co-
piarum eius.

Inc in regionem Mediæ transijt, vbi supplementum nouorum militum
è Cilicia occurrit. Peditum erant quinque millia, equites mille: vtrisque
Plato Atheniensis præerat. his copijs auctus, Darium persequi statuit. ille
iam Ecbatana peruenerat, caput Mediæ Vrbes hanc nunc tenent Parthi:
eaque aestiua genti sedes. Adire deinde Bactra decreuerat, sed veritus ne
celeritate Alexandri occuparetur, consilium iterque mutauit. Aberat ab eo
Alexander stadia M. D. sed iam nullum interuallum aduersus velocitatem eius satis longū
videbatur. Itaq; prælio magis quàm fuga se præparabat, XXX. millia peditū sequebantur, in qui-
bus Græcorū erāt IV. millia, fide erga regē ad vltimū iniucta, fuaditorū quoq; & sagittario-
rum manus IV. millia expleuerat. præter hos III. millia & CCC. equites erant, maximè Ba-
ctria-

Trianorum his Bessus præerat Bactriana regionis præfectus. Cum hoc agmine Darius paululum declinavit via militari, iussis præcedere laxis impedimentorum custodibus.

Polyb. l. 5.
p. 388. &
seq. v. 3.
à f.

MEDIAE) Mediam brevissimè & planissimè Polybius his verbis describit, Calauboni tralatione vtor. Media sita illa quidem in Asia mediterranea: verum si hanc partem cum ceteris contendas, & amplitudine spacij, & altitudine montium quibus cingitur, omnibus Asia locis eam præstare deprehendes. eadem porro fortissimis maximisq; populis imminet. Præiacet namque illi ab aurore, & Orientis partibus planities eius deserti, quod Persidi & Parasia est interiectum. imminet etiam habetque adeo in potestate Cassias quas vocant Pylas: Tapyrorum quoque montes, qui non longè absunt ab Hyrcania, contingit. qua vergit in meridiem ad Mesopotamiam & regionem Apolloniatidem pertinet. adiacet etiam Persidi, tegiturque ab ea parte monte Zagro, cuius ascensus stadiorum est ferme centum. ceterum mons Zagrus multa diversa iuga intra suum ambitum includens, varijs distinctus est voraginum hiatibus: & alicubi etiam cauis vallibus quas Cossæi colunt, & Corbrena & Carchi, pluraque alia barbarorum genera, ad bellorum vsus præcipuè commendata. quæ occasum respicit, populos tangit quos vocant Atropatios: qui non longè distant ab illis populis qui ad Pontum Euxinum pertingunt. Latus Mediæ ad Septentriones conuersum prætexunt Elymai, Ariaracæ, Caddusi & Matiani: habet autem subiectam illam Ponti partem, quæ Maoti colaret. Eadem Mediæ montibus multis ab ortu ad occasum porrectis diuiditur, inter quos iacent campi vrbibus ac vicis refferri.

Describunt eandem Strabo, Ptolemæus, Plinius, alij. Nomen à Medo Medæ filio, vel ab ipsa Medea accepit, vt auctor est Geographus, & ex illo Eustathius ad illos Dionysij versus:

Προς δὲ νότον ναῖσιν ἀγαυῶν ἔθνεα Μήδων,
Κείνης τοι γένεῖς ἐρικυδέεσσι & ἐκγεγάωτες
Αἰήτας θυγατρὸς ἀμύμονος ἠρώνης.

Ad Austrum autem habitant illustrium gentes Medorū,
Ex illa scilicet stirpe illustri prognati
Aetæ filia inculpatæ heroinæ

Obserua, inculpatam vocari Medeam, quam absoluit etiam Pausanias: Didoni quoque nota à poetis impressa, quam Aufonius purgat. Nos olim de vtraque:

Nescio reginis cur tam sit iniquus Apollo,
Sanctæ fuit Colchis sanctæ & Elisa fuit.

Aelianus quoque lib. 5. c. 21. innocentem scribit, & Corinthijs cædem assignat, sed hæc extra chorū, Iustinus lib. 42. Post mortem Iasonis, Medus æmulus virtutis eius, in honorem matris Medæ, Medæ in urbem condidit, regnumque ex nomine suo Medorum constituit, sub cuius maiestæte Orientis postea imperiū fuit.

ECILICIA) Quia in Cilicia erant conscripti, vbi primum ipsum Darium Alexander ad Issum prælio superarat.

PLATO ATHENIENSIS) Ne tu mihi hic Platonem Philosophum somnia, qui non fuit Atheniensis, sed Aeginensis, vixitque ante Alexandrum.

ECBATANA PERVENERAT) Darius, vbi viribus iam reparatis statuerat extremo prælio experiri. Ecbatana porro, caput Mediæ, nobilissima & amplissima ciuitas, quam Ctesias in Persicis, semper Agbatana appellat. Demetrius gemina facit Ecbatana seu Agbatana, aliud Syriæ opidum, aliam Mediæ ciuitatem: sed apud priores semper Egbatana seu Ecbatana dicebatur. Herodianus maluit Ecbatana.

a Herod. l. 1.
b Plin. l. 6.
c. 14.
c Diod. l. 2.
d Lib. Iudith. c. 1.

Plura super hac voce Stephanus in verbo Ἀγβάτανα & Ἐκβάτανα hodie Achatana Esbahan vocitari tradunt. Conditor em a alij Deicem faciunt, alij Seleucum, alij ante Semiramidem iam extitisse tradunt. Literæ sacræ d Arphaxadem vrbis parentem narrant. Ipse adificauit ciuitatem potentissimam, quam appellauit Ecbatanis, vbi in Septuaginta est ἀποδόμησεν ἐπ' ἐκβατάνων, adificauit super Ecbatana. Sed vt de Babylone suprâ docuimus, alios fuisse conditores primos, alios instauratores, alios amplificatores: ita de Ecbatanis quoque sentiendum. Ante Seleucum, Alexandrum & Semiramidem extitisse certis auctoribus constat. Est cum etiam accipitur nomen pro parte Mediæ. Iam de eius amplitudine aliquid dicamus: ac primum oracula sacra profanis scriptoribus præponamus. Auctor historiæ Iudithæ, siue is Ioachimus summus Hebræorū pontifex Iesu Archiereos filius, siue quis alius fuit, his verbis vrbis molitionem describit. Arphaxad adificauit ciuitatem potentissimam, quam appellauit Ecbatanis, ex lapidibus quadratis & sectis: fecit muros eius in latitudinem cubitorum septuaginta, & in altitudinem cubitorum triginta, turres verò eius posuit in altitudinem cubitorum centum. Per quadrum verò earum latus vtrumq; vicenorum pedum spacio tendebatur. posuitque portas eius in altitudinem turrium. Videnda hic interpretatio septuaginta Hebræorum, quæ non nihil differt à vulgari versione Latina, cum verborum copia, tum notis numerorum. Videndus & noster Serarius ad c. 1. Iudith. p. 227. vbi præfert Græcam proportionem Septuaginta interpretum proportioni Latine vulgari ex Hebraico translata.

Iudith. c.
1. pr.

Hanc urbem Hærodotus in Clio eleganter describit, cuius principium duntaxat ponam Græcè, cui latina in Lectoris gratiam subiiciam. Πιεθόμενων δὲ ταῦτα τῶν Μηδῶν, &c. Quæ Laurentius Vallà ita vertit. Obsequentibus quoque in hac re Medis, mœnia construit ampla simul & valida, quæ nunc Ecbatana appellantur, in quibus murus unus alteri veluti confusus erat: sic nimirum constitutis mœnibus, a vt ambitus singuli alteris gradatim essent sublimiores, solisque pinnis prominere. Adiuuabat huc loci b ipsius commoditas, vt qui collis instar esset eleuatus, sed accessit etiam maius quiddam data opera factum. Siquidem ambitus isti numero erant septem contigui, in quorum postremo regia est & thesauri. Hac mœnia cum amplissima sint magnitudine, prorsus illum Atheniensium æquant ambitum. Atque singula quidem pinna suis atque hunc in modum distinctis fulgent coloribus. Nempe primi ambitus pinna colore sunt albicanti, secundi nigro, tertij purpureo, quarti casio, quinti sandaracino, postremi verò duo, alter argentatas, alter inauratas habet pinnas. Et his quidem monumentis Deioeces se suamque regiam circumsepsit, ac reliquum populum seorsum circumquaque habitare iussit.

Lib. i. p. 14
Ita vt ambitus alter alterum amplectatur. Adiuuante ipso loci situ, vt qui collis esset. Sed accessit maior etiã ars & industria, factis septẽ ambitibus inter se contiguis, in quorũ postrema regia est & thesauri. Eorum autem amplissimus ambitus magnitudine plus minus citãuitũ Athenarum exequat. Suntque primi ambitus pinnae albæ: secundi, nigrae: tertij, puniceæ: quarti, caruleæ: quinti sandaracena:.

Quæras, quis ambitus fuerit Ecbatanorum? Herodotus parem esse ambitum Athenarum, Dio porro Brusæus Athenas in ambitu ducenta stadia duntaxat complexas, & regijs Babylonicis & alijs angultiores tradit. Diodorus Siculus disertè ponit Ecbatanorum amplitudinem, docetque in ambitum continuisse ducenta quinquaginta stadia, quæ Germanica millaria efficiunt (minus sex stadijs) octo, vnde magnitudo vrbs facillimè ællimari potest. Nullo modo tacenda, quæ de eisdem Ecbatanis refert nobilissimus iuxta atq; antiquissimus scriptor * Polybius. Atque vt rem paulò altius aspicer, ommissis Græcis latina duntaxat adducam. Edynastarum Asia prouincijs omnium maxime idonea stabiliendo imperio est Media, cum propter regionis magnitudinem, tum propter numerum ingentem & præstantiam quæ virorum, quæ equorum, hoc quippe animantium genus vniuersæ propè Asia Media suppeditat. Nam quæ varijs locis constituta habent reges equorum armenta, ea Medorum cura ob soli vbertatem sunt commissa eademque vt præsidium ne deesset aduersus conterminos Barbaros, ex Alexandri instituto Græcicis vrbs vndique cingitur, si Ecbatana duntaxat excipias. quæ vrbs in ea Media condita est parte, quæ Aquiloni vento est opposita: imminet autem ijs regionibus Asia, quæ secundum Maotim & Pontum Euxinum porriguntur. Regia Medorum ibi quondam fuit, ac videtur sanè ciuitas hæc vrbes omnes alias opibus & operum magnificentia superasse longo interuallo. Sita est in montana regione, quæ radicibus Oronis subiacet, manibus caret: sed arcem habet manufactam, & ad firmitatem ad miraculum vsque munitam egregiè. arci regia subiacet: de qua satisne sit cuncta sigillatim exequi, an penitus silere, iure aliquis dubitet. Nam vt ijs qui portentosas narrationes in medium afferre amant, quæ res quas commemorant exaggerare supra modum consueverunt, pulcherrimam dicta vrbs materiam præbet: ita illis, qui ad ea omnia cautè & cunctanter accedunt, quæ præter communem sensum dicuntur, difficultatem & inopiam consilij eadem affert. Verum in numero, regia hæc eius amplitudinis est, vt stadia in circuitu habeat septem: operum & ornamentorum tantam in singulis partibus magnificentiam præ se fert, vt quantæ rerum omnium copia abundarent, qui ab initio fundarunt, facillimè sit æstimatu. Nam cum materia vniuersa esset è cedro aut cupresso, nihilominus tamen haud quidquam illius nudum à tegumento cerneret: sed erant trabes, lacunaria, & columna siue in porticibus, siue in peristyllis, laminis partim argenteis, partim aureis circumamictæ. Omnes item tegulae fuere argenteæ. laminarum porro istarum pleraque in aduentu Alexandri & Macedonum sunt detracta: cetera cum Antigoni & Seleucus Nicanor rerum potiebantur. Adhuc tamen quo tempore eo venit Antiochus, fanum saltem, quod Aena indigetant, columnas circa habuit deauratas: & tegula quoque argenteæ plures ibidem erant congestæ, lateres quin etiam restabant, aurei quidem nonnulli, argentei verò multi. ex quibus omnibus pecunia illa est conflata, quæ regia imagine terminatur signata: ad talentorum ferè 4000 summam accedens.

Lib. ii.
Pag. 86.
principio orationis:
Ita vt ambitus alter alterum amplectatur. Adiuuante ipso loci situ, vt qui collis esset. Sed accessit maior etiã ars & industria, factis septẽ ambitibus inter se contiguis, in quorũ postrema regia est & thesauri. Eorum autem amplissimus ambitus magnitudine plus minus citãuitũ Athenarum exequat. Suntque primi ambitus pinnae albæ: secundi, nigrae: tertij, puniceæ: quarti, caruleæ: quinti sandaracena:.

EAQUE AESTIVA GENTIBVS iegerem hic regibus pro gentibus. Editio nupera Allobrogica pro gentibus repoluit agentibus, non placet, nisi intelligas regibus, alij aliter edidère. Acidalius: eaque aestiua genti sedes, tota ergo Media per æstatem Ecbatana commigravit οὐχ ἡνδανε θυμῷ, & quare æstiuæ? quia Ecbatana Aquiloni obuersa, per æstatem friget, cum in Asia passim vapor solis omnia accendat. Athenæus Rhagæ æstiuam regum sedem ponit, quæ & ipsa in Media, καὶ οἱ Περσῶν βασιλεῖς, inquit, ἐπιτίθεισιν μὲν ἐν Ραγαῖς χειμάζεσιν δὲ ἐν Βαβυλωνίῳ. Quia Babylon per hyemem calet, Rhagæ frigent sicut Ecbatana. Cum Curtio facit Strabo, qui de Ctesiphonte pago locutus: εἰσθασι, inquit, ἐν τὰ ὄθρα τῶ χειμῶν & διαίγειροι βασιλεῖς διὰ τὸ εὐαῖρον, τῶ θέρος δ' ἐν ἐκβατάνοισι, ibi Parthorum reges in hyeme propter aeris temperiem, degere solebant, Ecbatanis in æstate agunt.

Dio Brutæus oratione 6 de Diogene Sinopæo: Διογένης ὁ Σινοπεύς, ὅτε ἐφυγεῖ ἐκ Σινοπῆς, ἀφικόμενος εἰς τὴν Ἑλλάδα, δὶνε ποτὲ μὲν ἐν Κορίνθῳ, ποτὲ δ' Ἀθῆναις, ἐφ' ἣ δὲ μμῆσαι τῶ Περσῶν βασιλεῖος τὴν διαίτην καὶ γὰρ ἔχεν & τῶ μέρ χειμῶν ἐν Βαβυλωνίῳ & Σέσοις, ἐνίστε δ' ἐν Βακτρῶις διγερ, ἐρτοῖς εὐδεινοτάτοις τῆς Ἀσίας. τῶ δὲ θέρος ἐν ἐκβατάνοισι τῆς Μηδικῆς, ὅσα & ψυχρότατ' ὁ ἀπὸ αἰῶν ποτὲ ἐστὶ, καὶ τῶ περι βαβυλωνίῳ χειμῶνι, τὸ θέρος ὁμοίον. οὕτω δὲ καὶ αὐτὸς μεταλλάττων τὴν δικησιμ, χρετὰ τὰς ὥρας τῶ θέρος. Diogenes Sinopensis, postquam fugit ex Sinope, perueniens in Graciam, vinebat nunc quidem Corinthe, nunc autem Athenis. Dicebat autem se imitari regis Persarum viuendi rationem. Quippe vt ille hyeme quidem in Babylone & Susis, interdum autem in Bactris, in serenissimis totius Asia

Lib. ii.
Pag. 86.
principio orationis:
Ita vt ambitus alter alterum amplectatur. Adiuuante ipso loci situ, vt qui collis esset. Sed accessit maior etiã ars & industria, factis septẽ ambitibus inter se contiguis, in quorũ postrema regia est & thesauri. Eorum autem amplissimus ambitus magnitudine plus minus citãuitũ Athenarum exequat. Suntque primi ambitus pinnae albæ: secundi, nigrae: tertij, puniceæ: quarti, caruleæ: quinti sandaracena:.

locus: astate autem in Ecbatani Medica provincia viueret, ubi ferè semper aer frigidissimus est, similisque aestas hyemi circa Babylonem: ita etiam semutare habitationem iuxta anni tempora.

Lib. 10. p.
597.

NUNC TENENT PARTHI) Arsaces Parthorum regnum instituit. Polybius: Αντιόχῃ στρατὸν κατὰ Ἀρσάκην τῆς τῶν Περσῶν ἀρχῆς ἐπέστειλεν. Antiochi expeditio aduersus Arsacem, qui Parthorum imperium inter primos fundauit. Mithridates dein prior Medos bello victos Parthis adiecit. Iustinus: Erat eo tempore Arsaces vir sicut incerta originis, ita virtutis experta.

Lib. 41.

Hic solitus latrocinij & raptu viuere, accepta opinione Seleucum à Gallis in Asia victum, solutus regis metu, cum pradonum manu Parthos ingressus, praefectum eorum Andragoram oppressit, sublatoq; eo imperium gentis inuasit. Non magno deinde post tempore, Hyrcanorum quoque regnum occupauit, atq; ita duarum ciuitatum imperio praeditus grandem exercitum parat, metu Seleuci & Theodoti Bactrianorum regis. Sed citò morte Theodoti, metu liberatus, cum filio eius & ipso Theodoto foedus ac pacem fecit: nec multò post cum Seleuco rege ad defectores persequendos ueniente, congressus, victor fuit: quem diem Parthi exinde solemnem, velut initium libertatis, obseruant. Reuocato dein Seleuco, nouis motibus in Asiam dato laxamento, regnum Parthicum format, militem legit, castra munit, ciuitates firmat, urbem quoq; nomine Claram, in monte Thaborreno condit: Cuius loci ea conditio est, ut neque munitus, quicquam esse, neque amoenius possit. Ita enim & praeiuratis rupibus undique cingitur, ut tutela loci nullis defensoribus egeat, & soli circumiacentis tanta uertas est, ut proprijs opibus expleatur. Iam fontium ac siluarum ea copia est, ut & aquarum abundantia erigetur, & venationum voluptatibus exornetur. Primus ergo à Regibus Syriæ, qui Alexandro successerunt, Arsaces defecit, Arsaces filius & ipse Arsaces nomine patris successit, Arsaci filio Pompacius, Pompacio Pharnaces, Pompacij F. qui Mardos subegit, Pharnaci frater Mithridates, qui Medos Parthis ingenti bello victos adiunxit, apud quos regnum usque ad sera postea tempora permanit: unde Curtius dicit: Nunc Parthi tenent. Mithridates porò primus non fuit is qui cum Romanis decertauit, sed Arbano natus cognomento Magnus, nomen ab rerum gestarum magnitudine, ut Alexander & alij, adeptus.

*lib. 8. c. 7.

BACTRA) de Bactris, & Bactrianis, supra lib. 4. c. 18. dictum, sed infra * suo loco, cum Alexander in Bactrianos mouerit, plenius dicitur.

Lib. 17. p.
546.

CONSILIVM MUTAVIT) Darius rursus experiri cum Alexandro paratus. Siculus contra Darium Bactra perfugisse tradit, ibique à Bello interfectum.

M. D. STADIA) quadraginta septem, (stadijs minus quatuor) milliaria germanica, Italica centum & octoginta septem, eoque amplius.

XXX MILLIA PEDITVM) triginta millia peditum, tria millia equitum supra trecentos ægre ex omni fuga & reliquis gentium collegerat, exiguum numerum aduersus Alexandrum victorem, copijs etiam superiorem.

Li. 4. c. 18.

BESSVS) iam supra huius mentio fuit, & suspecta fides.

DECLINAVIT VIA MILITARI) Via plana, lata publica, regia, popularis, equestris, currulis est, per qua plures simul incedere possunt, & pedites, & equites, & currus. Græci λεωφόρος, ἀμαξιτούς ἀμάξιλατος, ἰππλάτης τὰς ἐπιώτερας ὁδοὺς appellat. In Pythagoræ præceptis λεωφόρος ὁδὸς μὴ βαδίζειν vulgè sententiā non esse sequendam. Sed hæc alterius loci. Declinauit autem à via regia Darius, ne subito prehenderetur & opprimeretur ab Alexandro, qui volare per regiones, non ambulare videbatur.

CAPVT XVII.

ARGVMENTVM.

Oratio Darij qua Satrapas suos ad extremum prælium adhortatur.



Oncilio deinde aduocato, Si me cum ignauis, inquit, & pluris qualem-
cunque vitam honesta morte estimantibus fortuna iunxisset, tacerem
potius, quam frustra verba consumerem: sed maiore quam vellem docu-
mento, & virtutem vestram, & fidem expertus, magis etiam committi de-
beo, ut dignus talibus amicis sim, quam dubitare an vestri similes ad-
huc sitis. Ex tot millibus, qua sub imperio fuerunt meo: bis victum me,
bis fugientem persecuti estis. Fides vestra & constantia ut regem me
esse credā, facit. Proditores & transfugæ in urbibus meis regnant, non, Hercule, quia tanto ho-
nore digni habentur, sed ut præmij eorum vestri sollicitentur animi. Meam fortunā tamen
quam

quam victoris maluistis sequi; dignissimi quibus, si ego non possim, dii pro me gratiam referant: & me Hercule, referent. Nulla erit tam surda posteritas, nulla tam ingrata fama, quae non in caelum vos debitis laudibus ferat. Itaque etiamsi consilium fuga, à qua multum abhorret animus, agitassem; vestra tamen virtute fretus obviam issem hosti. Quousque enim in regno exulabo, & per fines imperij mei fugiam externum & aduenam regem, cum liceat experto belli fortunam, aut reparare quae amisi, aut honesta morte defungi? nisi forte satius est expectare victoris arbitrium, & Mazaei & Mithrenis exemplo precarium accipere regnum nationis unius, ut iam malit ille gloria sua, quam iræ obsequi. Nec dii scuerint, ut hoc decus mei capitis, aut demere mihi quisquam, aut condonare possit; nec hoc imperium vivuis amittam. idem erit regni mei, qui & spiritus finis. Si hic animus, si hac lex, nulli non parva libertas est: nemo è vobis fastidium Macedonum, nemo vultum superbum ferre cogetur. Sua cuique dextera aut ultionem tot malorum pariet, aut finem. Equidem quam versabilis fortuna sit, documentum ipse sum. Nec immerito mitiores vices eius expecto. Sed si iusta ac pia bella dii auerantur, fortibus tamen viris licebit honestè mori. Per ego vos decora maiorum, qui totius Orientis regna cum memorabili laude tenuerunt, per illos viros quibus stipendium Macedonia quondam tulit, per tot nauium classes in Graciam missas, per tot trophaea regum oro & obtestor, ut nobilitate vestra gentisque dignos spiritus capiatis, ut eadem constantia animorum, qua prae terita tolerastis, experiamini quicquid deinde fors tulerit. Me certe in perpetuum aut victoria egregia nobilitabit aut pugna.

PRODITORES.) Mazæus Babylonem, Mithrenes Sardes, Abulites Susa, Tyridates cum Thefauro Persepolim prodiderat, Damasci praefectus iam interfectuserat. Astaces praetor Aegypti & Mempheos cessit Alexandro Aegyptum.

TRANSVGAE.) Bagophanes arcis Damascenae proditor.

BIS VICTVM.) imò ter, ad Granicum absentem: praesentem ad Issum & Gaugamela.

ME HERCVLE.) Hercle, Hercule, Hercules, Aedepol, Aecastor, Per Iouem, Medius fidius; μάχον ἠρακλέα, τὸν δία, τὴν ἦραν, & hoc genus aliae iurandi & affirmandi formulae paganorum fuere.

PRAEMIIS EORVM.) quando restam bene celsit ijs, qui se Alexandro permisissent, etiam nobis non male cedit, illorum exemplum secutus. Ita poterat qui Darium adhuc sequebantur, cogitare, & ad defectionem inuitari: sed fides vicit fortunam, quamuis aduersam.

IN REGNO EXVLABO.) domi exul ero: rex enim vbique in regno suo, domi est. sed iam domum & regnum penè totum amiserat, nullo loco tutus, nulquam amplius domi.

HONESTA MORTE DEFVNGI.) Pulchrius enim est regi liberè mori, quam precario viuere & regnare.

MAZAEI.) Babyloniae Satrapae, Mithrenis Sardium & Lydiae praetoris, qui sunt quasi reges, sed fiduciarij seu potius vicarij: rex enim verè non est, qui ab altero regitur aut alteri paret.

DECUS CAPITIS MEI.) falcia regia, diadema, insigne regium, cidarim supra vocarat Curtius. * Lib. 3. c. 7.

REGNI ET SPIRITVS FINIS.) regie hoc, & ex indole regia, qua tamen Darium carere supra dixerat. *Quam vellem, inquit, Ochum complexus, Darius aliquid ex hac indole hausisset.*

QVAM VERSABILIS FORTVNA SIT.) verè proinde à pictoribus & poetis rotæ versabilis imponitur, quae solum constans in leuitate sua est. Nec vquam eodem diu stat vestigio. Quin & fragilis & vitrea est, & tum cum maximè splendet, frangitur.

MITIORES VICES) multos abiecit, abiectos rursus extulit, quod passim barbarorum, Graecorum, & Romanorum historiae narrant, nec est quod chartas exemplis impleam, pleraque in promittuntur, caput vltimum Valer. Max. lib. 6. consule, de morum & fortunæ varietate & mutatione.

PER EGO VOS DECORA.) peroratio.

STIPENDIA MACEDONICA TVLIT) Dario Hydaspis Xerxi. Tota haec Darij oratio ita plana & expedita est, ut interprete longiore, vel Scholiaste non indigeat: Do-

ctor tamen politioris literaturæ auditoribus suis propina-

bit orationis Curtianæ elegantiam, gnomas

nobiles, & concinnos periodo-

tum ambitus.

CAPVT XVIII.

ARGVMENTVM.

Desperatio cum horrore Ducum ex oratione Darij concepta. Artabazi fides, Nabarzanis & Bessi coniuratio.



*A*ec dicente Darij, praesentis periculi species omnium simul corda animosq; horrore perstrinxerat, nec aut consilium suppetebat, aut vox, cum Artabazus vetustissimus amicorum, quem hospitem fuisse Philippi saepe diximus, Nos vero, inquit, preciosissimam vestem inaudi, armisq; quanto maximo cultu possumus adornati, regem in aciem sequemur, ea quidem mente, ut victoriam speremus, mortem non recusemus. Assensu excepere ceteri hanc vocem. Sed Nabarzanes qui in eodem consilio erat, cum Besso, inaudi ante a facinoris societate imita regem suum per milites, quibus ambopræerant, comprehendere & vincire decreuerant; ea mente, ut si Alexander ipso insecutus foret, tradito rege vivo, iurent gratiam victoris, magno profecto cepisse Darium aestimaturi: sin autem eum effugere potuissent, interfecto Darij, regnum ipsi occuparet, bellumq; renouarent. Hoc parricidium cum diu voluissent, Nabarzanes aditum nefarie spei præparans: Scio me, inquit, sententiam esse dicturum prima specie haudquaquam auribus tuis gratam: sed me dici quoque grauiores morbos asperis remedijs curant, & gubernator, ubi naufragium timet, iacturâ quicquid seruari potest, redimit. Ego tamen non ut damnum quidem facias suadeo, sed ut te ac regnum tuum saluberratione conserues. Dys auersis bellum inimus, & pertinaax fortuna Persas urgere non desinit. Quis inuitis & omnibus opus est. Auspicium & imperium alij interim trade, qui tamdiu rex appellatur, donec Asia decedat hostis: victor deinde regnum tibi reddat. hoc autem breui futurum ratio promittit. Bactra inacta sunt, Indi & Sages in tua potestate, tot populos, tot exercitus, tot equitum pedumque millia adrenouandas vires parata habes, ut maior belli moles super sit, quam exhausta sit. Quid ruimus belluarum ritu in perniciem non necessariam? Fortium virorum est magis mortem contemnere, quam odisse vitam. Sape tadio laboris ad utilitatem sui compelluntur ignaui, at virtus nihil in expertum omittit. Itaque vltimum omnium mors est, ad quam non pigre ire satis est. Proinde si Bactra, quod tutissimum receptaculum est, petimus, præfectum regionis eius Bessum regem temporis gratia statuamus. Compositis rebus iusto regi tibi fiduciarum restituet imperium.

NEC AVT CONSILIVM AVT VOX SUPPETEBAT.) Attonitis nempe omnibus, cum præsentem omnibus omnia mortem intentarent.

cap. 25.

lib. 6. c. 8.
Arrian.
p. 68.

ARTABAZVS.) Vbi fides, laus, prudentia, constantia huius principis à Curtio commendatur. supra lib. 3. appellatur princeps purpuratorum; infra, desperanti Darij optima consilia suggerit, ipse vices regis in castris Persarum agit, donec potentiores coniurati regem opprellere. Hospitem autem Philippi fuisse infra rursus docet, cum se Alexandro cum filijs & familia sua, Græcoque milite dedit, quem & amanti simè excepit, & auxit honoribus. Eundem à fide celebrat Arrianus. De Darij certior factus est captiuum illum in curru portari, Bessum loco Darij imperium obtinere, & à Bactrianis equitibus alijsq; barbaris, qui cum Darij fugerant, ducem nominari, præterquam ab Artabazo & Artabazi filijs Græcisq; mercenarijs. Hos fidos perpetuè in Darium fuisse, neque ea quæ accidissent impedire potuisse, eosq; à publica via deslexos, montes petere, nec cum Besso consilia communicare.

PRECIOSISSIMAM VESTEM INDVTI.) More gentis: supra de Persepoli capta: Multi ei go hostium manum voluntaria morte occupauerunt, preciosissima vestium induti è muris se ipsos cum coniugibus ac liberis in præceps iacientes. Iustinus lib. 14. de Olympiade occidenda. Sed Olympias, ubi obstinatos venire ad se armatos vidit, veste regali, duabus ancillis innixa vitro obuiam procedit.

CAETERI.) Præter Nabarzanem, Bessum, Brazim, Arachotorum prætorem, Satibarzanem & Barzanehem cum suis coniuratis.

INAV-

INAUDITI ANTEA FACINORIS.) ῥητορικώτερον hoc & ὑπερβολικώτερον, grauiorâ & hoc atrociora facinora memini, quando filij parentes reges, & fratres se mutuo regnandi causa interfecerunt. Ninyos rex matrem Semiramidem sustulit. Cambyles Cyri F. Comarim seu Praxalpem trucidauit. Notum ex Iustino, & alijs, quomodo Xerxes perierit, quomodo Darius puer ab Artaxerxe fratre fraudibus Artabani interemptus sit: Quæ omnia ante Darium vltimum accidere. Nihil dicam de sacra historia, quando Absolonus ipsum Dauidem, quo nihil sanctius erat, impio bello persecutus est. Ipse Alexander infra lib. 9. c. 12. *Philippus in acie tutior, quam in theatro fuit, hostium manus sæpè vitauit, suorum effugere non valuit.* Aliorum quoque regum exitus si reputaueritis, plures a suis quam ab hoste interemptos numerabis. Verbum non amplius addo, *Inaudiri ergo facinoris*, expone rari, crudelis, atrocis, immanis.

INIRENT GRATIAM VICTORIS.) Næ illi procul vero aberrarunt; nunquam Alexander parricidia regum suorum laudauit, qui Bessum in crucem egit.

BELLVM RENOVARENT.) Quod Bessus, qui se pro rege gessit, nec quicquam conatus est.

SCIO ME.) Elegantissima & sententiosissima, quamuis impia, improba, ab impio prolata oratio, qua suadet Dario differendum prælium, & abdicandum imperium. Huius apud Causinum in Parallelis eloquentiæ, hæc est œconomia lib. 13. pag. 563.

1. Insinuatione vititur vulpes (Nabarzanes) in re ambigua, proponens se austeram quidem, sed salubriam dicturum, ducto à medicis exemplo. Hanc similitudinem fusè prosequitur Augustinus Epist. 48. ad Vincentium, & Epist. 1. ad Bonifacium, & ser. 59. de verbis Domini. Cælius Arelatenis hom. 8. Philo Iudæus de sacrificijs.

2. Primo opponit religionem, & infelicitatem ad deterrendum Darium, quo prætextu ambitiosi & improbi, vt videre est in varijs historijs, sæpè abuti solent: quippe nil efficacius multitudinæ regit, & vt ait Iustinus, lib. 8. *Iure ille à Dijs proximus habetur, per quem Deorum maiestas vindicatur.* Verum huiusmodi homines prætexti cælo, captant terras.

3. Addit suæ fraudi delineamenta, & spes præclaras in posterum colligit ex adiunctis, si Darius tantisper huic infelicitum rerum velut effuso torrenti se subtrahat.

4. Quod vafrae artis est, etiam sententiosus est insidiator, quò sincerius loqui videatur, & facilius in errorem inducat. Sed χρυσὸν καλοῦνται, suspecta prudentibus oratio.

5. Ad summum, rem de compacto gerunt perfidiosi, vt in Velabro Olearij.

Sic multi animus, quorum arrocium iunctus malitia est,

Composita dicta ex pectore voluunt suo,

Quæ cum componas dicta factis discrepant. Accius in Emmonidibus.

MEDICI QUOQUE.) Nobilis comparatio ex Iatrica petita, quam affirmat senarius:

Medicus loco demum vltimo, ferro vititur.

Plutarchus de Scipione Minore: ὁρῶν δὲ τὴν ἀπόνοιαν τῆς πολεμίας, ἔλεγον ἀνείδου τῆς χροῦς τὴν ἀσφάλειαν τὸν γὰρ ἀγαθὸν στρατηγὸν ὡς περὶ ἰατρὸν ἐσχάτης δεῖσθαι τῆς διὰ τῆς σιδήρεθ θεραπεύσεως. οὐ μὴν ἀλλ' ὅτι θέμεν ὅτι κατὰ τοὺς Νομαντίνους ἐξέτατο. *Videns coniunctam cum insania hostium temeritatem, dicebat se tempore redimere securitatem. Bonum enim imperatorem itidem, vt medicum, ad malum curandum vltimo demum loco ferram adhibere. Nihilominus tempore tamen suo adortus Numantinos fudit.* Plutarchus in apophtheg. Scipio Numantini.

NAVARCHVS.) Altera similitudo à nauarcho petita. Elegans est, super qua re iocus, nisi fallor, apud Tomam Morum, qui narrat, imperatum vectoribus in tempestate à gubernatore, vt grauisimum quisque onus & sarcinam in mare iactaret; à quodam vxorem arreptam & eiectam, quod negaret se grauius onus habere. *Dammum facere in tempore lucrum est, non damnum.*

DIIS AVERSIS BELLVM INIMVS.) quam cautè sibi viam munit ad abrogandum Dario regnum perduellis, per sententias incedit, vt salutaria suadere videatur, dum exitum parat.

PERTINAX FORTVNA.) Irata nobis, & quò maior, hoc pertinacior & iracundior.

OMINIBVS.) Tandem aperit, sed sensim, quod molitur. Opus est nouis inijtjs, nouis ominibus, nouo duce, nouo rege, tu non es aptus ad regni gubernacula.

IMPERIVM ALTERI TRADE.) Hic tandem apertè parricidiale consilium nudat.

RATIO PROMITTIT.) Nam, si tu regnum alteri fiduciarium commiseris, interim ad Bactrianos, Sagas, Indos te conferes, ibique totum Orientem contra Alexandrum mouebis, fortiorque redibis victus, quam victor ad te accedet.

Sed qui sunt isti Sagæ? infra quoque horum mentio est. Venturos autem Chorasmos, & Dahas, Sagasque, & Indos, & Tanaim amnem colentes Scythas. Et lib. 8. c. 10. rex illorum regionem populatur. Sed tu hoc, inquis, age, dic qui sint Sagæ, quando plerique Geographi etiam tacent. Loquitur tamen doctissimus Mela: *Inde Asia confinia (nisi vbi perpetua hiemes sedent, & intolerabilis rigor) Scythici populi incolunt, ferè omnes etiam in vnum Saga appellati.* Sunt, qui eisdem Sagas & Sacas existiment, nec multum falluntur, cum vtraque gens, seu vna potius, Scythica fuerit, & Mela testetur, communi nomine omnes Scythas, dictos Sagas. Plura de his infra ex Goropio, Indicem vide. lib. 7. c. 6. lib. 3. c. 5.

QVID RVIMVS BELLVARVM RITV.) Dio Brufæus, seu Chrysofotomus hom. 29. *Quod si quis aliter sentit, hic cogitet, apros & ceruos, quandiu quidem illis vis & robur adest, nec cum hominibus,*

ribus, nec canibus congrédi. Quando autem vis elanguit & victa est, tum comminus persequentes aggrediuntur, maluique vulnerari & mori, quam fugere & sustinere insequentes.

FORTIVM VIRORVM EST MAGIS MORTEM CONTEMNERE.) Exposito consilio agitati sceleris, redit ad locos communes & sententias, quibus mitiget rei atrocitatem. Seneca.

Theb. v.
190. & seq.

— Non est, vt putas, virtus, pater,
Timere vitam, sed malis ingentibus
Obstare, nec vertere ac retrò dare.

Orat. 19.
Lib. 7. de
bello Gal.
cap. 77.
* Tacitus
lib. 2. hist.

Dio Brutaus: οὐτὼ τὸ γὰρ ἰαυμῖα τὸν χεῖρα φερεῖν ὄχι ἀνδρείας ἐστὶν ἀλλὰ τοῦ δυνάμει. Ita vulnera contemnerere non fortitudinis, sed ignavia. Critognatus apud Cæsarem: Animi est ista mollities, non virtus, inopiam paulisper ferre non posse. Qui se vltro morti offerunt facilius reperiuntur, quam qui dolorem patienter ferant. * Plotius Firmius docet, maiore animo tolerari aduersa, quam relinquere: Fortes & strenuus etiam contra fortunam insistere spei, timidos & ignavos ad desperationem formidine properare.

VLTIMVM OMNIVM MORSEST.) Ita Senarius docet:

Mors vltimum est, ad quam ire non pigre est satis.

PROINDE SI BACTRA.) Epilogus; Dario in Bactrianam prouinciam refugiendum, Bessum proregem instituendum, quoad belli tempestas delatuiat, & serena tempora redeant, tum fore vt Bessus regnum interim in fidem receptum restituat Dario. Sentit infidias Darius, proinde vindicare ferro conatus, inhibetur.

CAPVT XIX.

ARGVMENTVM.

Darius sentit infidias quas exire tamen non potuit.
Artabazi & Græcorum cum Patrone fides in eundem. Artabazus pro rege administrat castra.



And mirum est Darium non temperasse animo, quanquam tam impia voci quantum nefas subesset, latebat. Itaque, Pessimum, inquit, mancipium, reperisti exoptatum tibi tempus, quo parricidium aperires? Strictoq; acinace interfectorus eum videbatur, ni prope Bessus Bactriani- que tristium specie, ceterum se perseveraret, vincturi circumstetissent. Nabarzanes interim elapsus, mox & Bessus consecutus copias quibus praeerant, à cetero exercitu secedere iubent, secretum inituri consilium.

Artabazus conuenientem praesenti fortuna sententiam orsus mitigare Darium, temporum identidem admonens cepit. Ferret a quo animo qualiumcunq; suorum tamen, vel stultitiam, vel errorem. Instare Alexandrum grauem, etiam si omnes praesto essent. Quid futurum si persecuti fugam ipsius, alienentur à rege? Aegre paruit Artabazo, & quamquam mouere castra statuerat, turbatis tamen omnium animis eodem in loco substitit. Sed attonitus maestitia simul & desperatione, tabernaculo se inclusit. Ergò in castris, quae nullius regebantur imperio, varij animorum motus erant, nec in commune, vt ante, consulebatur. Dux Græcorum militum Patron arma capere suos iubet, paratosq; esse ad exequendum imperium. Persa secesserant. Bessus cum Bactrianis erat, tentabatq; Persas abducere, Bactra & intacta regionis opulenta, simulq; quae manentibus instarent pericula ostentans. Per sarum omnium eadem ferè fuit vox, nefas esse deserere regem. Inter hæc Artabazus omnibus imperatorijs fungebatur officijs. Ille Persarum tabernacula circuire, hortari, monere nunc singulos, nunc vniuersos, nec ante destitit, quam satis constaret imperata facturos. Idem aegre à Dario impetrauit, vt cibum caperet, animumq; regis.

NON TEMPERASSE ANIMO.) Sentit enim quorum oratio Nabarzanis tenderet, quamuis nesciret, quæ clam consilia inter se Bessus & Nabarzanes coquerent.

L. ff. ad L.
Pomp de
parricidijs.

PARRICIDIUM. Itane parricidium? Atqui Cæsar, Rex, Princeps, magistratus non continentur lege Pompeia de parricidijs, quæ ita habet: Lege Pompeia de parricidijs cauetur, vt si quis patrem, matrem, auum, auiam, fratrem, sororem, patrualem, matrualem, patruum, auunculum, amitam, consobrinum,

num, consobrinam, uxorem, virum, generum, socrum, vitricum, priuignum, priuignam, patronum, patronam occiderit, cuiusue dolo malo id factum erit, vt pœna ea teneatur, qua est legis Corneliae de sicarijs. Sed & mater, qua filium filiamue occiderit, eius legis pœna adscitur, & auus qui nepotem occiderit, & præterea qui emit venenum, vt patri daret, quamuis non potuerit dare.

Si paulò latius verbum accipias, etiam ex Iureconsultorum decretis comprehendes hac voce, qui Dominum, principem, magistratus, Papatam occidunt, & alios his pares, vel suppare: inter quos Priamus Cæsar, Rex, Dux, patria, ciuitas.

BESSVS BACTRIANIQUE TRISTIVM SPECIE.) Quasi deprecabundi circumstetissent, deterruissentque Darium ferrum Nabarzani minitantem.

A CAETERO EXERCITV.) Persarum & Græcorum.

SECRETVM CONSILIVM.) Quomodo regem vincirent, aut omninò mactarent.

ARTABAZVS.) Semper fidus Dario, & regis officio interim defungens.

QUALIVMCVNQVE, SVORVM TAMEN.) Qualiumcunque, seu improborum, seu stultorum, suorum tamen subiectorum & popularium: quos vindicandi negauit tempus esse. (Leni verbo stultitiam & errorem interpretatur scelus Belsi & Nabarzani Artabazus) supra caput esse cogitaret Alexandrum, cui, si Bessus & Bactriani deficerent, resistere nullo modo posset.

ATTONITVS.) Omni consilio destitutus, resisteret an fugeret, an ad pugnam se pararet dubius.

DVX GRAECORVM PATRON.) Qui quatuor millia ex quinquaginta millibus habebat reliqua, mercede ex Græcia conductorum, vsque ad necem Dario fida. Persæ quoque negabant fas esse deserere regem, quamuis à Bello sollicitarentur. Sed Artabazus omnes præter Bactrianos in fide retinuit.

Darius interim inedia se conficere statuerat, quem Artabazus ad animi æquitatem erexit, & vt cibum caperet, persuasit. En fortunam regum, vbi semel hære, labi, & ruere incipiunt.

Barthol. in
L. vtrum
ff. ad l.
Pompeiani
de parrici-
dijs.

CAPVT XX.

ARGVMENTVM.

Coniurati artes quærunt quibus Darium comprehendant, simulant pœnitentiam, recipiuntur in gratiam.



AT Bessus & Nabarzanes olim agitata scelus exsequi statuunt, regni cupiditate accensi. Dario autem incolumitantes opes sperare non poterant: quippe in illis gentibus regum eximia maiestas est: ad nomen quoque Barbari conueniunt, & pristina veneratio fortuna sequitur aduersam. Inflabat impios animos regio cui præerant, armis, virisq; & spacio locorum nulli gentium secunda: tertiam partem Asia tenet, multitudo iuniorum, exercitus, quos amiserat Darius, equabat. Itaque non illum modò, sed etiam Alexandrum spernebant: inde vires imperij repetituri, si regionis potiri contigisset. Diu omnibus cogitatis, placuit per milites Bactrianos ad omne obsequium destinatos regem comprehendere, mittiq; nunciu ad Alexandrum, qui indicarent viuum asseruari. Si, id quod timebant, proditionem aspernatus esset, occisuri Dariũ & Bactra cum suarum gentium manupetituri. Cerium, propalã cõprehendi Darius non poterat, tot Persarum militibus laturis opem regi. Græcorum quoque fides timebatur. Itaque quod non poterant vi fraude assequi tentant. Pœnitentiam secessionis simulare decreuerant, & excusare apud regem consternationem suam. Interim qui Persas sollicitarent mittuntur: hinc spe, hinc metu militares animos versant. ruina rerum subdere illos capita in perniciem trahi, cum Bactra pateant, exceptura eos donis & opulencia quantam animis concipere non possint. Hac agitantibus Artabazus superuenit, siue regis iussu, siue sua sponte, affirmans mitigatum esse Dariũ, & eundem illis amicitia gradum patere apud regem. Illi lachrymantes nunc purgare se, nunc Artabazum orare, vt causam ipsorum tueretur, precesq; perferret. Sic peracta nocte, sub lucis exortu Nabarzanes cum Bactrianis militibus in vestibulo prætorij aderat, titulum solemnem officij occulto sceleri præferens: Dariũ signò

figno ad eundem dato, currum pristino more conscendit. Nabarzanes cateri q̄ parricide procumbentes humi, quem paulò post in vinculis habituri erant, sustinere venerari: lachrymas etiam pœnitentiæ indices profuderunt: ad eò humanis ingenijs parata simulatio est. Preces deinde suppliciter admota, Darium naturà simplicem & mitem non credere modo, quæ affirmabant, sed etiam flere coegerunt. Ac ne tum quidem cogitati sceleris pœnituit, cum intuerentur qualem & regem, & virum fallerent. Ille quidem securus periculi, quod instabat, Alexandri manus, quas solas timebat, effugere properabat.

REGNI CVPIDITATE ACCENSI.) Omnia iurà diuina & humana polluit ambitio, cui nihil sanctum, nec iusiurandum, nec sanguis, neque numen.

AD NOMEN QVOQVE BARBARI CONVENIUNT.) Mira fuit apud omnes propè gentes Regum & Imperatorum veneratio, quos velut viuas Dei imagines, adeoque vicarios Dei colebant; proin adorabant, omniq̄ genere cultus venerabantur. Artabanus Darij prætor apud Plutarchum in Themistocle ita loquitur. ἡμῖν δὲ πολλῶν νόμων καὶ χαλῶν ὄντων κάλλιστος οὗτος ἐστὶ λαμῶν βασιλεὺς καὶ προσκυνεῖν εἰκόνα ἐμὴν ἰδὼν θεῶν. imaginem Dei viui appellauit, & Plinius: Principem dat Deus, qui erga hominum genus vice sua fungatur. Et Tertullianus quoque ex Christiana gente nobilissimus & antiquissimus scriptor, Colimus imperatorem, sic quomodo & nobis licet, & ipsi expedit, vt hominem à Deo secundum, & quicquid est, à Deo consecutum, & solo Deo minorem. Itaque Persæ reges suos non capite tantum inflexo, genūe posito, sed prostrato humi corpore venerabantur, cuius rei plura in ipso Curtio exempla extant, & testatur Val. Max. Auditoq̄ eo rex reliqui summæ potestatis candidati, continuo equis dilapsi (vt mos est Persarum) humi prostratis corporibus Darium regem salutauerunt. quam cerimoniam Liuius humi iacentium adulationes, Seneca Perficam seruitutem appellat. Alludit hos mores Bilbilitanus vates phaleucio de Traiano:

*Frustra blanditiæ venit is ad me,
Attritis miserabiles labellis.
Dicturus Dominum Deumq̄, non sum, (ita Domitianum appellabant)
Iam non est locus hac in vrbe vobis,
Ad Parthos procul ite pileatos,
Et turpes humilesq̄, supplicesq̄,
Pictorum sola basiate regum.
Non est hic dominus, sed Imperator.*

In fragm. p. 205. Verè summa veneratio, cultus, amor erga reges suos erat Persarum, nec vlli nationi nomen sanctius augustiusq̄ regum fuit, vnde summa quoque obedientia, & seruilis patientia sequebatur. Briffon. li. 1. de regno Persarum p. 24. & 26. * lib. 7. c. 7.

INFLABAT IMPIOS ANIMOS REGIO.) Bactriana, quàm * infra accuratè describit. Hanc primus omnium Ninus Babyloniorum rex, Semiramidis maritus vieto Bactrianorum Oxyarte (suos enim reges prouincia habebat) expudnatam, suæ ditionis fecit, postea Persis, subiecto Babyloniorum regno, paruit.

Diod. Bibl. 2. p. 64. ARMIS VIRISQVE.) Oxoartes quadringenta millia armatorum contra Ninum eduxit. quæ cum decies septies centenis millibus in vnam Bactrianam mouerat. ex quo gentis potentia æstimari potest. Oxyartes centum millia de Nini copijs prostrauerat, & nihilominus victus est. Ex quibus verum apparet, quod Curtius tradit multitudinem iuniorum gentis Bactrianæ æquasse numerum in Darij exercitu varijs prælijs cælorum.

INDE VIRES IMPERII.) Totius Asiæ, Persidis, Babylonix, Mediæ, & quicquid Dario paruisset recuperaturi, si Bactrianam regionem occupassent, sibiq̄ parere coegissent. Vel: Inde vires bello accifas instauraturi.

PRODITIONEM ASPERNATVS.) Parum enim tam glorioso regi, qui nil nisi laudem sitiēbat, cuius immensa cupidine flagrabat, proditio honorifica futura erat, quod & postea in Belsum ostendit, quem cruci destinauit.

BACTRA.) Quam nobilis hæc vrbs, simulq̄ regia Bactrianorum regum fuerit, docet his verbis in secundo Bibliothecæ Siculus: ἡ γὰρ βακτριανὴ χώρα πολλὰς καὶ μεγάλας οἰκισμένα πόλεις, μίαν μὲν εἶχεν ἑπιφανέστατην ἐν ἧ συνέβαινον εἶναι * τὰ βασιλεία αὐτῆ δ' ἐκαλεῖται μὲν Βάκτρα μεγέθει δὲ καὶ τῆς κατὰ τὴν ἀκρόπολιν ὀχυρότητι πολὺ πλεονάζει. Bactriana regio multis, ysq̄, magnis vrbibus abundat. Sed vna inter has est longè clarissima, Bactra nomine, in qua regum aula magnitudine & arcis firmitate longè omnibus antecellit.

TOT PERSARVM MILLIBVS.) Erant minimum 26. millia Persarum, quatuor millia Græcorum, Bactrianorum autem tantum tria millia, trecenti equites. Itaque non ausi sunt coniurati regem palam aggredi. Atqui Arrianus in tertio tradit, non fuisse plures Darium secutos, quam tria millia equitum, sex millia peditum.

NON VI.) Quo ipso se hostibus deteriores ostenderunt.

POENITENTIAM SIMVLARE.) Terentius:

Simulare certè est hominis, si re non dolet.

Hominis quidem est, sed improbi.

Milui vbi bonum se simulat, tunc est pessimus.

SECESSIONIS.) Molliori verbo defectionem mitigat: manifesta enim secessio, defectionis signum erat.

EXCVSARE.) *Noctem peccatis & fraudibus obijce nubem*, inquit Horatius.

lib. 1. ep. 17.

HINC SPE, HINC METV.) Spe donorum, bonorum omnium, *Bactra*, inquit, *exceptura eos donis & opulentia, quanta animis concipere non possint. metu, mina reorum subdere ipsos capita in perniciè trahi.*

HAG AGITANTIBVS.) Hæc inter se consiliantibus Artabazus renunciat, Darium sua opera illis reconciliatum esse. Nam superiore capite monuerat regem, vt æquo animo ferret siue stultitiam, siue errorem suorum, nec aliud in præsens curaret, quàm vt videret, quo pacto imminentem euaderet Alexandrum.

ILLI LACRYMANTES.) Mirum, quomodo impij, velut mulierculæ in promptu habuerint lacrymas, indices aliàs vel veræ pœnitentiæ, vel testes innocentia.

PVRGARE SE.) Excusare, & reclamante conscientia innocentiam testari.

TITVLVM.) Causam præsentia, officium solenne & venerationem regis prætexens, cum tamen adesset, vt si locus esset, vinciret per Bactrianos regem.

PRISTINO MORE.) Vt lib. 3. & quarto cognouisti.

PROCUMBENTES HVMI.) De hac Persarum consuetudine paulò antè ex Brislonio copiosè dictum, quem etiam hic locus affirmat.

ADEO HVMANIS INGENIIS PARATA SIMVLATIO EST.) Epiphonema huius loci opportunissimum. Planè Catilinam te Sallustianum putes legere, aut Virgilianum Sinonem, nisi quod hic artes suas & lacrymas in hostes, ille etiam in patriam, vt hic in regem suum, expromperit.

DARIVM NATVRA SIMPLICEM.) Minimè pellacem, callidum, versutum, *πολύτροπον*. lib. 3. c. 5.

Idem supra: *Erat Dario mite ac tractabile ingenium.*

FLERE COEGERVNT.) Cum interim parricidæ, in sinum riderent, verum est quod vulgo dicitur: perfidiam nullis beneficiis emendari, sicut & nullis lacrymis mitigatur. Plerunque perfidos tandem nomen ipsum prodit & perdit.

ALEXANDRI MANVS FVGERE PROPERABAT.) Sed,

Incidit in Scyllam, dum vult vitare Charybdim.

CAPVT XXI.

ARGVMENTV M.

Patron Græci militis mercede conducti prætor, aperit Dario coniuratorum simulatam pœnitentiam, & certas insidias.



*R*atron autem Græcorum dux præcepit suis, vt arma, quæ in sarcinis antea ferebantur, induerent, ad omne imperium suum parati & intenti. Ipse currum regis sequebatur, occasione imminens alloquendi eum, quippe Bessus facinus præsenferat. Sed Bessus id ipsum metuens, custos verius quàm comes, à curru non recedebat. Diu ergo Patron cunctatus ac sæpius sermone reuocato, inter fidem timoremq; hæsitans, regem intuebatur: qui vt tandè aduertit ocu-

los Bubacem spadonem inter proximos currum sequentem percõntari iubet; nunquid ipse velit dicere. Patron se verò (sed remotis arbitris) loqui velle cum eo respondit: *instusq; propius accedere sine interprete (nam haud rudis Græca lingua Darius erat) Rex, inquit, ex quinquaginta millibus Græcorum supersumus pauci, omnis fortuna tua comites, & in hoc tuo statim ydem qui florente te fuimus, quasunque terras elegeris, pro patria & domesticis rebus petaturi. Secunda aduersaq; res tua copulauere nos tecum. Per hanc fidem inuictam oro & obtestor, in nostris castris tibi tabernaculum statue, nos corporis tui custodes esse patiaris. omisimus Græciam, nulla Bactra sunt nobis, spes omnis in te, vtinam & ceteris esset. Plura dici non attinet, custodiam corporis tui exter nus & alienigena non deposcerem, si crederem alium posse præstare. Bessus quamquã erat Græci sermonis ignarus, tamè stimulante conscientia in-*

D d

dicium

dicitū profecto Patronē detulisse credebat: & interpretis Graci relato sermone, exempta dubitatio est. Darius autē quantū ex vultu conspici poterat, haud sanè territus, percontari Patrona causam consilij quod afferret. Ille non ultra differendum ratus, Bessus, inquit, & Nabarzanēs insidiantur tibi, in ultimo discrimine & fortuna tua, & vita. Hic dies aut parricidis, aut tibi futurus ultimus. Et Patron quidem egregiam conseruati regis gloriam tulerat. Eludant licet quibus forè ac timere humana negotia volui agi, persuasum est, equidem aeterna constitutione crediderim nexuq̄, caussarum latentium, & multò antè destinatarum, suum quemque ordinem immutabili lege percurrere. Darius certè respondit. Quauquam sibi Græcorum militum fides nota sit, nunquam tamen à popularibus suis recessurum: difficilius sibi esse dammare, quàm decipi, quidquid fors tulisset, inter suos perpeti malle, quam transfugam fieri. Serò se perire, si saluum esse sui nolent. Patron desperata salute regis, ad eos quibus præerat, redijt, omnia pro fide experiri paratus.

PATRON) Nulla, quod equidem meminerim, apud alios scriptores huius Patronis mentio, quamuis non indignè publica propter insignem fidem in Dariū nominis celebratione, nisi fidem hanc, perfidiam interpreteris, quod homo Græcus contra Græcos pro Barbaris arma tulerit, quæ fortasse causa fuit, cur Græcorum nullus de illo meminisse voluerit, quem tantoperè laudat Curtius Romanus.

CVSTOS VERIVS, QVAM COMES) Custos Darij, non vt corpus eius tueretur, sed ne quæ elaberetur, quem vel capere, vel mactare cupiebat.

lib. 8. c. 11.

BVBACEN.) An è Bubacene natum? multi enim peregrini à patria nomen traxerunt. Est autem Bubacene Asiæ haud procul ab Indis à Polyperconte subacta, vt infra Curtius docet.

HAUD RVDIS GRAECAE LINGVAE.) En & barbari reges Græcè discabant, quod hodie miraculum, si quis Principum, Regum, Cæsarum Græcè vel discat, vel sciat, quam tamen linguam Carolus Magnus omnis Germaniæ & Occidentis imperator optimè percalluit, cum Michaelis Rancabæ legatos Græcè perorantes humanissimè audiuit, & Cuspiniano teste, magnis muneribus profecutus est. Mithridates seu Mithradates potius rex Ponti, duarum & viginri linguarum idiomata percalluerat, quot nempè gentibus imperitabat. Romani Cæsares omnes Græcè norant.

Lipius exempl. Polit. p. 65.

Choroës Persarum rex, Iustiniano & Romanis per suas clades notus, inquit Lipius, & eloquentiam Græcam adamauit, & philosophiæ ipsius non limen, sed adyta penetrauit. Aristotelem totum percalluisse aiunt, Platonis lineas & numeros: sed & ipsa Græcorum opera in suam linguam multa transtulisse. Hæc aiunt; & demus famam aliquid adstruere: vel conatum ista, nonne magnum in magnis istis regum? De eodem mira* Agathias:

* Græcè p. 62. Lat. 38.

Cæterum vbi pauca quædam de Choroë commemorauero, statim ad priora redibo. Deprædicant enim illum atque admirantur supra ipsius meritum non tantum Persæ, sed & nonnulli Romanorum, veluti literarum amatorem, quiq̄ ad Philosophiæ non ostræ culmen euaserit, quum ei Græcica scripta ab interprete quopiam in Persicam linguam essent conuersa. Aiunt itaque, quod totum Aristotelem melius ebiberit, quàm Demosthenes Thucydidem, quodq̄ Platonis dogmatibus totus refertus fuerit, adeò vt ne Timæus quidem eius intelligentiam subterfugerit, tametsi lineari speculatione valdè sit argutus, & naturæ motus inuestiget; sed neque Phædon, neque Gorgias, neque alius quisquam ex elegantioribus & difficilioribus ipsius dialogis, qualis arbitrator est Parmenides. Ego verò eum doctrina præditum fuisse, & quidem summa, nequaquam crediderim. Qui enim fieri poterat, vt puritas illa veterum nominum & natiua gratia, & præterea rerum ipsarum naturæ congruens valdeq̄ accommodata, in agresti quadam & ineptissima lingua conseruaretur? quo verò etiam pacto vir regio fastu à puero multa que assentatione delibutus, & barbarum imprimis vitæ genus sectatus, & bella semper præliaque spirans, quo pacto, inquam, qui ita vitam instituit, videatur aliquid magni ac memorabilis fructus ex hisce reportare disciplinis, & in ijs exercitatus esse posse? Quod si quis itaque eum idcirco laudauerit, quod rex cum esset & Persa, tantarumque gentium pariter ac rerum cura ei incumberet, nihilominus tamen etiam studia literarum degustare voluerit, & hac gloria se oblectarit: collaudauerim profectò hominem etiam ego, alijsque barbaris prætulerim, tulerim. Quotquot verò eum eximiè doctum vocant, & tantum non omnibus quotquot vspiam Philosophiæ cultores exstiterunt antecellentem, perinde ac si omnium artium ac scientiarum principia & causas pernouisset, qualem illum eximiè doctum Peripatetici statuunt; qui inquam ita sentiunt, quàm longissimè à vero ab errare depræhendi possint, solam multitudinis famæ sequentes.

Fridericus Secundus Imperator ille ingens, Italicè, Gallicè, Turcicè, Germanicè, Latinè, Græcè ad miraculum doctus erat.

Hodie pro literatōre proclamaretur si quis Imperatorum Græcè legeret. Si quis etiam pauldò nobilior liberos ad publicum gymnasium mittit, hoc primum est, vt eos à Græcis velit eximios, quos immerentes Atticà totà proscriptos vltro volunt exulare. O inficetum sæculum!

Ex

Ex QUINQUAGINTA MILLIBVS.) Ad Iffum triginta millia habuerat, ex quibus duce Amynta quatuor millia in Aegypto perierit, alij ad Arbela seu Gaugamela cum victis partim caesi, partim fuga elapsi ad quatuor millia redacti. Quanquam in acie Dariana ad Gaugamela ordinata, nulla Græcorum fiat mentio. Si tamen omnes ad Granicum, ad Iffum, ad Gaugamela colligas, facile quinquaginta millia conficias.

OMISIMVS GRAECIAM.) Patriam nostram præ te, negleximus, Bactra Beslo relinquimus, absteperet vno spiritus omnium nostrum.

CAETERIS.) Bactrianis & Persis tuis.

ALIVM POSSE.) Poterant quidem, sed nolebant, imò prodebant.

STIMVLANTE CONSCIENTIA.) Quæ omnia timet, omnia suspecta habet: Nusquam tuta consistit, furij auernalibus agitata.

BESSVS ET NABARZANES.) Darius regiam hic indolem & constantiam vultu præ se ferebat, rogabatque Patrona Græcorum ducem, quamobrem sibi custodiam corporis sui deposceret? hic apertè Patron, quod antè significarat, indicat, Bessum & Nabarzanem insidiari ipsius vitæ.

GLORIAM TVLERAT.) Imò laurus erat, si conferuasset, quia tamen quantum ipse potuit connixus est, pro conatu gloriam tulit.

ELVDANT LICET.) Periphrasis est fati & descriptio, de quo diuersas philosophantium sententias Curtius attingit, negantium & explodentium fatum, & affirmantium. Ex illo genere sunt Epicuri, pro quibus stetit in physicis carminibus impius Lucretius: Ex hoc Stoici & plerique alij omnes, ad quorum partes Curtius accedit.

Scripterunt de fato ex antiquis philosophis Chrysippus, qui omnia fato fieri docuit, Posidonius, Zeno, Boethus, Cicero. *Fatum definiuerunt, connexam rerum seriem siue rationem, qua mundus administratur. idem his verbis describit: Fatum autem id appello, quod Græci εἰμαρμένην, id est, ordinem seriemque causarum, cum causa causæ nexâ rem ex se gignat. Ea est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. Fieri autem omnia fato ratio cogit fateri. Sunt, qui tollunt omnem Dei prouidentiam è mundo: sunt, qui rebus omnibus necessitatem imponunt, ita vt & voluntati libertatem adimant, nec quicquam contingere; sed omnia necessario fieri credant, quorum damnata dogmata refutantur.*

Diog. Laertius in vita Zenonis. Cic. i. de diuinat.

Noltrates Philolophi hodie de fato ita disputant, vt & fatum dari non inficiuntur, nec tamen suum cuique deliberandi, seligendique arbitratum libertatemque adimant, nec vllam rebus, quæ ad perfectum, liberumque animi humani statum pertinent, necessitatem imponant, Diuosque Augustinum, Gregorium, & alios Patres fatum nihil esse restantium, fatuosque affirmantium, qui fatum credant, ita intelligendos aiunt, vt tantum de fato illi locuti sint, quod per errorem veterum ineuitabilem rebus contingentibus necessitatem adferre putabatur. *His ergo reiectis, &c.*

Conimbricentes ita fatum definiunt. *Est igitur fatum apud eos, qui rectè sentiunt, nihil aliud quam inhaerens rebus mobilibus immobilis dispositio, per quam diuina prouidentia suis quæque necit ordinibus, vt definit Boetius lib. 5. de consolatione, prosa. 6. Siue, Est ordo causarum secundarum diuinam prouidentiam exequentium. Quam priorem definitionem hinc intelliges. Cum Deus per causas medias pleraque effecta exhibeat, potest eiusmodi causarum ordinatio bifariam considerari: vno modo prout in ipso Deo est, sicq; vocatur prouidentia; & definitur, ratio ordinis rerum in diuina mente existens. Altero prout est in causis ordinatis, directisq; à Deo, ad effecta producenda; atque ita predicta ordinato, fati rationem obtinet, diciturq; dispositio, seu ordo rebus mobilibus inhaerens, inquam, quia causa secundaria, in quibus fatum reperitur, in se spectata mutationi sunt obnoxie: & in hanc vel illam partem cadere possunt. Appellatur nihilominus idem ordo immobilis, quia stabilis est ac firmus, non in se vel absolute, sed relatus ad diuinam prouidentiam, è cuius fonte descendit. Dicitur postremò prouidentia diuina per eiusmodi ordinem cuncta neccere; quia qua Deus faciendâ apud se statuit, illius interuentu re ipsa promit ac perficit. Plura ibidem Conimbricentes, qui etiam ad obiectiones respondent.*

Conimbricentes ad 11. lib. Phys. Arist. art. 2. p. 238.

Sed enim Curtius in necessitatem fati ineuitabilem inclinare videtur, quando libro priore quoque scripsit. *Denunciato in illum diem periculo, vt (Alexander) arbitrabatur ipse defunctus: sed, vt opinor, ineuitabile est fatum.* Acidalius huius loci sententiam Curtij, non auro comparandam, aurea verba appellat, vbi hunc locum cum illo è quarto componit. At qui Curtius mox infra hic de Dario locutus, quasi non in ipsius potestate quid vellet, quid nolle, situm esset, ita subiicit: *Destinatus sortis sue, & iam nullius salubris consilij patiens.* Possunt tamen sanè intelligi, si ad diuinam prouidentiam referas, quatenus in causis ordinatis à Deo, & ad effectum producendum directis spectatur.

QVAM SIBI.) Nobilissima & sapientissima Darij ad Patrona oratiuncula, qua proficitur, se quidem de fide Græcorum nihil dubitare, sed turpius sibi futurum ad externorum opem transfugere, quàm desperata fide suorum, perire: se sortem diuinam expectaturum. Patron tamen nihilominus à Dario non defecit.

CAPVT XXII.

ARGVMENTVM.

Bessi parricidæ simulata excusatio.

AT Bessus occidendi protinus regis impetum ceperat: sed veritus ne gratiam Alexandri in viuum eum tradidisset, inire non posset, dilato in proximam noctem sceleris consilio agere gratias incipit, quod perfidi hominis insidias iam Alexandri opes spectantis prudenter cauteq; vitasset. donum eum hosti laturum fuisse regis caput, nec mirari hominem mercede conductum omnia habere venalia, sine pignore, sine lare, terrarum orbis exulem, ancipitem hostem, ad nutum licentium circumferri. Purganti deinde se, deosq; patrios testes fidei sua inuocanti Darius vultu assentiebatur, haud dubius, quin vera deferrentur à Græcis: sed eo rerum ventum erat, ut tam periculosum esset non credere suis, quam decipi. triginta millia erant, quorum inclinata in cætus leuitas timebatur: quatuor millia Patron habebat, quibus se credidisset salutem suam, damnata popularium fide, parricidio excusationem videbat offerri. Itaque præoptabat immerito, quam iure violari. Besso tamen insidiarum consilium purganti respondit; Alexandri sibi non minus iustitiam, quam virtutem esse perspectam. Falli eos, qui proditoris ab eo premium expectent. Violatæ fidei neminem atrocem fore vindictam, ultoremq;

AT BESSVS OCCIDENDI PROTINVS REGIS.) Bessus cum per interpretem cognouisset & quid Patron suafisset, & quid rex Patroni respondisset, veritus nihilominus ne mutato consilio transfret ad castra Græcorum, id quod & Artabazus cognita Patronis fide suscit, præcipendam sibi Darij mortem, extemploque occidendum existimauit. Vnus tamen obstabat Alexander, cui nihil gratius futurum existimabat, quam si viuum illi hostem tradidisset. Proinde facinus in noctem ditulit. Interim ne sibi elaberetur à curru nunquam discessit, & in speciem etiam gratulatus Dario, quod hominis Græci omnia Græca fide agentis insidias feliciter elusisset, quibus captum occisumque cupiisset victoris gratiam sibi redimere. Hæc Besso per summam simulationem & perfidiam oranti, deo quæ omnes testanti Darius quidem quasi credulus visus annuere, cum interim nihil dubitaret vera à Patrone esse delata, sed si in fuga ad Græcos fuisset deprehensus, & occisus, iure cæsus poterat videri, quod suorum fidem perfidiæ Græcorum posthabuisset. Itaque perficit apud suos, ut innocens potius quam per speciem etiam nocens mactaretur.

AD NVTVM LICENTIVM.) Liceri, est augere precium in emptione; exempli causa: Bonem licetur Titus tribus Philippicis, accedit Caius dicit pecuario venditori, cede mihi bonem, ad tres, quartum aureum addam. Inde Cicero dicit, Liceri contra aliquem. Et hic obserua, Vallam falli, dum docet verbum Liceri carere præterito. Nam Cicero dixit, *Digito licitus sit.* In auctione enim qui licitabantur, hoc est, precium augebant, digitum tollere solebant. Rursum Cicero eadem Verri-
 na 5. *Herbitenses cum viderent, si ad Aescbrionem precium redisset, se ad arbitrium libidinosissima mulieris spoliatum iri, liciti sunt vsque eo quoad se efficere posse arbut abantur. Suprà adiecit Aescbrionem.* Caterum bene reliqua Valla, *Licere, esse precium de ferre irrauctione facienda, hoc est, in venditione quæ publicè fit, Ita qui licentur, inquit, aut licitantur, vltro pro re emenda precium alius alio maius pollicentur, ut sibi potius quam alteri venalia abdicantur.* Quamquam alij negent, quod affirmat Valla, idem esse liceri & licitari: *Licere enim esse semel augere precium, Licitari, læpius.* Curtius hic & lib. 4. *Licere vsurpat pro eo, quod est percussorem pecuniâ conducere, qui interficiat regem, & qui plus soluat ei parricidam operam polliceri: Et hoc est, quod hic dicit ad nutum licentium, siue liceantur hostes, siue amici, Patrona esse proditorem, cui si Alexander promittat aliquot talenta, facillè inductum iri ut Darium interficiat.* Hæc ipse proditor & parricida Bessus de innocente Patrone. ancipitem appellat hostem, de quo non constat, à cuius parte stet occultè, Alexandri, an Darij?

DEOS PATRIOS.) Iouem, Solem (quem Mythræ nomine colebant.) Oremazum, Arimanem, Lunam, Venerem, Ignem.

TRIGINTA MILLIA ERANT.) Ergo etiam Persæ? nam suprâ vniuersim triginta millia numerarat, & inter hos quatuor millia Græcorum, tria millia equitum Bactrianorum & trecentos.

PARRICIDIO EXCVSATIONEM.) Quasi Darius ad Græcos, hostes Persarum transfugere conatus sit.

ALEXANDRI SIBI NON MINVS IYSTITIAM.) Oratio ambigua, quæ æquè ad Patronem, quam Bessum poterat referri. Sed Darij mens in Bessum ferebatur, quem sciebat esse proditorem. Interim obsequia laudem Alexandro ab hoste tributam.

C A-

Verrin. 5.

cap. 1.

Briffon. l. 2.
pag. 158. &
seq.

CAPVT XXIII.
ARGVMENTVM.

Darius vltimum salutato Artabazo, dilapsis custodibus, dimissis spadonibus per noctem à Besso vincitur, & captiuus à suis curru abducitur.



*I*amque nox appetebat, cum Persa more solito armis positis, ad necessaria ex proximo vico ferenda discurrunt. At Bactriani (vt imperatum erat à Besso) armati stabant. Inter hac Darius Artabazum acciri iubet, expositis q̄. que Patron detulerat, haud dubitare Artabazum, quin transeundum esset in castra Græcorum: Persas quoque periculo vulgato secuturos. Destinatus sorti suæ. Et iam nullius salubris consilij patiens, vnicam in illa fortuna opem Artabazum vltimum illum visurus amplectitur:

perfususq̄. mutuis lacrymis, inhaerentem sibi auelli iubet. capite deinde velato ne inter gemitus digredientem velut à tergo intueretur, in humum pronum corpus abiicit. Tum verò custodia eius assueti, quos regis salutem vel periculo vitæ veri oportebat, dilapsi sunt: armatis quos iam aduenire credebant, haud rati se futuros pares. Ingens ergo in tabernaculo solitudo erat, paucis spadonibus, quia quò discederent non habebant, circumstantibus regem. At ille remotis arbitris, diu aliud atque aliud consilium animo volutabat. Iamq̄. solitudinem, quam paulò antè pro solatio petierat, perosus, Bubacem vocari iubet: quem intuens, Ite, inquit, consulite vobis, ad vltimum regi vestro, vt decebat, fide exhibita. Ego hic legem fati mei expecto. Forsitan mireris, quòd vitam non finiam, alieno scelere, quam meo mori malo. Post hanc vocem spadogemitu non modo tabernaculum, sed etiam castra compleuit. Irrupere deinde alij, laceratisq̄. vestibus, lugubri & barbaro ululatu regem deplorare cœperunt. Persæ ad illos clamore perlato, attoniti metu, nec arma capere, ne in Bactrianos inciderent, nec quiescere audebant, ne impiè deserere regem viderentur. Varius ac dissonus clamor sine duce, ac sine imperio totis castris referebatur. Besso & Nabarzani nunciauerant sui, regem à semetipso interemptum esse, plañtus eos deceperat. Itaque citatis equis aduolant, sequentibus quos ad ministerium sceleris delegerant: & cum tabernaculum intrassent, quia regem viuere spadones indicabant cõprehendi vinciriq̄. iusserunt. Rex curru paulò antè vectus, & deorum à suis honoribus cultus, nulla externa * ope admota, captiuus seruorum suorum, in sordidum vehiculum pellibus vndique contectum imponitur. Pecunia regis & supellex quasi iure belli diripitur, onustiq̄. præda per scelus vltimum parta, fugam intendunt. Artabazus cum ijs qui imperio parebant Græcisq̄. militibus Parthyenen petebat, omnia tutiora parricidarum contuitu ratus, Persæ promissis Bessi onerati, maximè quia nemo alius erat quem sequerentur, coniungere se Bactrianis, agmen eorum tertio affecuti die, ne tamen honos regi non haberetur, aureis compe dibus Darium vinciunt, noua ludibria subinde excogitante fortuna. Et ne fortè cultu regio posset agnoscì, sordidis pellibus vehiculum intexerant: ignoti iumenta agebant, ne percontantibus in agmine monstrari posset, custodes procul sequebantur.

IAMQVE NOX APPETEBAT.) O noctem funestam & lamentabilem, quæ è domino seruum, è rege captiuum seruorum suorum fecit; ita feriunt celsos fulmina montes, ita fortuna ima fumis, summa imis confundit & permiscet.

BACTRIANI ARMATI STABANT.) Ad omnem Bessi nutum parati, vt custodes Darij, ne qua euaderet. Iam enim rex curru in castra & tabernaculum regium descenderat.

ARTABAZVM ACCIRI IUBET.) Vltimum sequitur colloquium Artabazi cum Dario, quod ita describit Curtius, vt lectorem quoque communibus Darij & Artabazi lacrymis possit irrigare. Suadet Artabazus fugam è tabernaculo ad Græcorum præsidium. Persas quoque hoc animaduertentes secuturos. non persuadet tamen; Darius enim mori inter suos voluit. Itaque in mutuum complexum ruunt, seseque mutuo lacrymarum flumine perfundunt, salutant, osculantur; cumque fidissimus amicorum non posset neque lacrymis satiari, neque à carissimo rege separari, illum per vim auelli, Darius iubet. Ipse desperabundus se humi abijcit, caput, velut destinata morti victimæ, obnubit, & fata sua expectat. Custodes corporis quamuis armati, quos cum rege emori oportebat, diffugiunt, regemque omni auxilio præsidioque destituunt. Ad eò verè cecinit vates:

Donc eris felix multos numerabis amicos,
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

VELUT A ROGO INTVERETVR.) Certè placet emendatus Acidalij calamus: *digredientem velut è tergo intueretur.*

ALIENO SCELERE, QUAM MEO MORI MALO.) Piè hoc, & ex vera naturæ ratione atque instinctu, quicquid impia alioquin antiquitas contra obmurmuret, & hodie Iaponica barbaries obnitatur, digna cui hoc ipso nomine natura ventrem medium secet. Nefas enim vitam vitare, quam tibi impartiri non potuisti, ne auferas. Scelus est innocentem occidere, te ipsum neque nocentem quidem, multo minus innocentem. Nec generosi animi est, propter metum mortis mortem præcipere. Senecam naturæ (quamvis non ubique iustum) interpretem audi. *Etiamsi certa mors instabit, & destinatum sibi supplicium sciet, non commodabit pœna sua manum. Stultitia est timore mortis mori. Venit qui occidat. Expecta, quid occupas? quare suscipis alienæ crudelitatis procuratorem? vtrum inuides carnifici tuo, an parcis? Idem ferè Martialis:*

li. 2. ep. 80.

*Hostem cum fugeret, se Fannius ipse peremit:
Hic, rogo, non furor est, ne mori, mori?*

Epist. 24.

Epicurus quoque apud Senecam obiurgat non minus eos, qui mortem concupiscunt, quam eos qui timent, & ait: *Ridiculum est currere ad mortem, radio vita, cum genere vita, ut currendum esset ad mortem, effeceris. Et: Quid tam ridiculum, quam appetere mortem, cum vitam tibi inquietam feceris, metu mortis. His adicias & illud eiusdem nota licet: Tamam hominum impudentiam esse, imò dementiam, ut quidam timore mortis cogantur ad mortem.*

De bello
Iudaico,
feu excidio
Hierosoly-
mirano.
Acidal.
pag. 64.

Eleganter & ex naturæ sensu disputat Iosephus cum popularibus suis in antro deprehensus, contra naturam esse sui ipsius interemptorem: quem videbis. Interim non displicet Acidalius, qui emendat metu meo. *Non temerè damnem (etiam hoc prudenter) etsi suspectum. Neque enim sanè scelus illis आरोχεια: & sic uti poterat, ne sic scelestè moretur, aliena manu, vel huius ipsius Bubacis. Quod solenne quidem priscis: atq; vi Florus ait, Viri fortes & sapientes in vltimis non suis manibus vbi, ne violarent manus, sed in abolitione sanctissimarum pientissimarumque animarum iudicio suo, alieno scelere vterentur. At quid tamen habito, quin aut sententiam liberè, aut proferam quod sentio liberius? Cordato lectori non diffidam, cui soli probabo vocem excidisse, quam reponimus audacter: Alieno scelere quam metu meo mori malo. Id vnde? qua auctoritate? Exemplo Curtij ipsius aut Alexandri, qui lib. 3 sic quoque, cum de medici fide & periculo suo anxius deliberaret: Damnè me medici fidem? in tabernaculo me opprimi patiar? Atqui satius est alieno me mori scelere, quam metu meo. Is viri fortis animus, nec Darij nunc minus quam Alexandri. Illius hæc etiam excusatio ad mollem spadonem. Denique Curtium qui nouit, imitationem in eo sui ipsius alibi solennem & hic agnoscet. Iubenter quidem & cum magna voluptate.*

SPADO.) Bubaces à Dario dimissus omnia lamentis impleuit, quo factum, ut alij quoque spadones & ministri regis proximi tabernaculum irruperint, & depositum regem, iuxtaque se ipsos deplorarint.

LACERATIS VESTIBVS.) Viri sceminæque Persarum, in graui luctu vestes lacerabant, quod ex Curtio alijsque historicis Græcis Brissonius cõfirmat. Porro, inquit, *Persicæ mulieres in summo mœrore & luctu, vestes scindere, crinesq; lacerare solebant. Indicat Diodorus Sicul. l. 17. vbi post Darium victum, mulieres, τὰς ἑθνεῖας περιὸν ἵστας, μετ' ὀδυρμῶν, ἐκ τῶν σκλωῶν excessisse refert. Curtius lib. 3. Ingens circa eam nobilium fœminarum turba constitierat, laceratis crinibus, abscissaq; veste, pristini decoris immemores reginas.*

Idemque confirmatur Ctesia verbis, quæ ab Hesychio in voce Σαράπηως laudantur. Idem quoque, mœstitiæ suæ, planctusque documentum, viros dedisse, testatur Herodotus lib. 3. Πέρσαι δ' ἄς τὸν βασιλέα εἶδον ἀνακλαύσαντα, πάντες τὰτε ἑθνεῖα ἐχόμενα ἔιχον, τὰτα χεῖρῶν κόντε, καὶ οἰμωγῆ ἀφθόρῳ διεχρέωντο Curtius lib. 5. Post hanc vocem spado, gemitu, non modò tabernaculum, sed etiam castra compleuit. Irrupere deinde alij, laceratisq; vestibus, lugubri & barbaro vlulatu regem deplorare coeperunt. Apud eundem lib. 4. Spado Darii nuntium mortis vxoris suæ attulisse, gemens, veste lacerata, eoq; habitu in Tabernaculum regis perductus esse, dicitur. Lugubria etiam induebant qui lugebant. Etenim πένθημον ἑθνεῖα sumpsisse mulierem Persicam, narrat Diod. lib. II. Curtius lib. 10. Ad Darij quoque matrem celeriter perlata est. Abscissa ergo veste qua induta erat, lugubrem sumpsit, laceratisq; crinibus, humi corpus abiecit.

Idem mos apud Iudæos ex vtriusque Instrumenti oraculis apparet.

Iustinus
lib. II.

SINE DUCE, AC SINE IMPERIO.) Militaris turba sine duce, corpus est, sine spiritu, inquit Perdicca, apud Curtium lib. 10.

Iustin. li. 5.
Chrysofost.
Bruf. orat.
vlt.

COMPREHENDI VINCIQUE IVSSERVNT.) Et quidem aureis compedibus, noua ludibria subinde excogitante fortuna. Iustinus: *Interea Darius in gratiam victoris à cognatis suis aureis compedibus, catenisq; in vico Parthorum Tanea, vincitur. Nec principi hoc Dario tantum euenit, Astyagem Cyrus, Cyrum iuniorem Artaxerxes aureis vinculis constrinxit. vt Iustinus, & Chrysofostomus Brufæus docent. Auctores fuere Bessius, Nabarzanes, Braza.*

Brif. l. 1. p. 8.
* quadra-
gies tercen-
tena millia
4300000.

DEORVM HONORIBVS CVLTVS.) Hoc & suprâ docuimus, & Brissonius multis ostendit. PECVNIA REGIS.) Nam septè millia * talentum auctore Arriano secum Echatanis extulerat. Exercitus Darij dissipatus. Persæ & Bactriani Bessum sequebantur; Patron cum Græcis Artabazum. Darius in sordidum vehiculum, tanquam caueam, pellibus vndique tectum coniectus, & in fugam raptus, auriga quem veheret nesciebat, iustus Bessum sequi.

quatuor
milliones
& tercenta
millia au-
reorum.

PAR-

PARTHYENEM) Parthiæ regio & provincia Ptolemæo. Stephanus : Παρθυῶνοι, ἔθνος πάλαι μὲν Σκυθικόν, ὕστερον δὲ φυγὸν ἢ μετακίσαν ἐπὶ Μήδων, κληθέν δ' οὕτω παρὰ Μήδοις διὰ τὴν φύσιν τῆς αὐτοῦ δεξιμένης γῆς ἐλάδης καὶ ἀγκυλῶς οὐσῆς, ἢ διὰ τὴν φυγὴν καλοῦσι οἱ Σκύθαι τοὺς φυγάδας παρθῶν καλοῦσι. λέγονται δὲ καὶ Πάρθοι καὶ Πάρθιοι, καὶ Παρθυῶνοι, καὶ Παρθυῶνα ἢ χῶρα, καὶ Παρθυήνη καὶ Παρθυήνη. Parthyæi gens olim quidē Schyrica: deinde cum exularet aut migraret ad Medum (Parthi dicti) dicta enim est apud Medos ita propter terram palustrem & vliginosam, aut propter exilium & fugam, prout Scythæ, exules Parthos vocant. Appellantur autem Parthi & Parthij & Parthyæi. Regio verò Parthyæa & Parthyene & Parthyenus: Hunc populum Strabo ad montes collocat iuxta Medos. Hanc Parthyenem infra lib. 6. c. 3. Curtius multò fufius describit.

Strabo l. 2.

AGMEN EORVM TERTIO DIE ASSECVTI) Bactrianorum Alexandrum fugientium agmen, sapius, vt suprà & hic auditum, à Besso sollicitati, & tunc duce & imperatore destituti, secuti sunt, & tertio die assecuti.

CAPVT XXIV.

ARGVMENTVM

Alexander Darium persequitur.



*A*lexander audito Darium mouisse ab Ecbatani, omisso itinere, quod patebat in Mediam, fugientem insequi pergit strenuè. Tabas optidum est in Paretacene ultima. ibi irâsfuga nunciant præcipitem fuga Bactra petere Darium. Certiora deinde cognoscit ex Meghystane Babylonia, non equidem vincitum regem, sed in periculo esse aut mortis, aut vinculorum. Rex ducibus conuocatis; Maximum, inquit, opus, sed labor breuissimus superest, Darius haud procul destitutus à suis, aut oppressus est. In illo corpore posita est victoria nostra, & tanta res celeritatis est premium. Omnes pariter conclamant paratos ipsum sequi, nec labori, nec periculo parceret. Igitur raptim agmen cursus magis quam itineris modò ducit, nec nocturna quidem quiete diurnum laborem relaxante. Itaque quingenta stadia processit, peruentum quò erant in vicum, in quo Darium Bessus comprehenderat. Ibi Melon Darij interpres excipitur, corpore ager, non potuerat agmen assequi, & deprehensus celeritate regis transfugam se esse simulabat. Ex hoc acta cognoscit, sed fatigatis necessaria quies erat. Itaque dilectis equitum VII. millibus, trecentos quos Dimachas appellabant, adiungit: dorso hi grauiora arma portabant: ceterum equis vehebantur: cum res locusque posceret, pedestris actus erat. Hac agentem Alexandrum ad eunt Orfillos & Mythraces, Bessi parricidium exosi transfugerant, nunciabantque stadia 150. abesse Persas, ipsos breuius iter monstraturos. Gratus regi aduentus transfugarum fuit. Itaque prima vespera ducibus ipsdem cum expedita equitum manu monstratam viam ingreditur, phalange quantum festinare posset, sequi iussa. Ipse quadrato agmine incedens ita cursum regebat, vt primi coniugi ultimis possent. CCC. stadia abesse: exercitum, vt pote qui nihil præcaueret, inordinatumque procedere. Hyrcaniam videri petturos, si festinaret sequi, palantibus superuenturum. Darium adhuc viuere. Strenuo alioquin cupiditatem consequendi transfuga iniecerat. Itaque calcaribus subditis effuso cursu eunt. Iamque fremitus hostium iter ingredientium exaudiebatur, sed prospectum ademerat pulueris nubes. Paulisper ergo inhibuit cursum, donec consideret puluis.

OMISSO ITINERE QVOD PATEBAT IN MEDIAM) Arrianus contra, Alexandrum etiam Ecbatana venisse scribit. Ελθὼν δὲ εἰς Ἐκβατανα Ἀλέξανδρος, Alexander cum Ecbatana venisset. Possis tamen interpretari Ecbatana non ciuitatem ipsam, sed regionem, quæ etiam Ecbatana appellabatur.

TABAS OPIDVM EST) Quæ, malum hæc Tabæ hic in Media vel Peratacene? Nullæ Tabæ in his oris. Tabas ego ternas lego apud Stephanum. Vnæ sunt Lydiæ, aliæ Cariæ, tertiæ Perææ in Syria, nullæ in Media. Proinde verè Glareanus Raga, non Tabas, suffragante etiam Arriano legit. Raga etiam Stephanus laudat in voce Raga. Πόλις, inquit, ἐν Μήδῳ ἐκτισμένη ὑπὸ Σελεύκῃ τῆς Ναιαίας.

Lib. 10.
lib. Tob.
c. 3.
Strabo l. 2.

Ἐκαλεῖτο δὲ Ἑυρώπης μετανομάδι δὲ καὶ Ἀρσάκη, ἀπὸ Ἀρσάκης βασιλέως Περσῶν. Civitas est Media condita (vel potius instaurata) à Seleuco Naiatore. Appellabatur & Europus & Arsace, ab Arsace Persarum (imo Parthorum) rege. Polybius tamen Tagas in Hircania ponit. Est Ragarum mentio in historia Tobiaz. Eadem itaque die contrigit, ut soror filia Raguelis in Rages civitate Medorum, & ipsa audiret, &c. Strabo, Est & Aramea & Heraclea vrbes apud Ragas. Dein subiicit nomenclaturam vocis: τοῦνομα δὲ τῆς Ραγῶς ἀπὸ τῶν γενομένων σεισμῶν γενέσθαι φασιμ ὅτι ὄρι πόλεις τε συχναὶ καὶ κῶμαι δισχιλίας, ὡς φησι, Ποσειδῶνι ἐγράφησα. Nomē Rages rupturas diceret, à terra motibus factū aiunt, quibus vrbes cōplures & bis mille pagos Posidonius subuersos scribit, Ragas Alexander vndecimis castris, hoc est, xi. diebus peruenit, uti Arrianus tradit, & Plutarchus exposuit: vndecim, inquit, diebus tria millia trecenta stadia confecit, hoc est, milliaria nostratia tria suprā centum. Singulis diebus redduntur vndecim milliaria cum stadijs quaternis.

*li. 2. p. 81.

PARAETACENE) Παράτακα, inquit Stephanus, πάλαι Μηδική, τὸ ἐθνικὸν παρατακῆνος. Parataca vrbs Media, gentile Paratacenus. Sicut & regio Paratacene. Eiusdem regionis mentio apud Strabonem, * qui παρατακηνήν appellat. Ineptissimè quædam chartæ pro Paratacene præferunt Portæ Lacenæ: Morboniam petant hi calami. Arrianus Paritacas vocat ab Alexandro primo impetu captas.

MEGISTHANE BABYLONIAE) Varia huius nominis scriptura est, nam alij atque alij codices habent Bogisthene, Bagisthane, Bagistone Babylonio. Modij Megisthane Babyloniae. quam ipse scripturam emendat, & Bagistane Babylonio rescribendum monet. Atqui Arrianus Bisthanem appellat: ὡς δ' ἀπ᾿ ἑρχεῖ βασιλέων ὅσον τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν, ἐνταῦθα ἀπ᾿ ἡντα αὐτῶν Βισθάνης ὁ ὄχι πῶς τὴ πρό Δαρείῳ βασιλεύσαντι Περσῶν. Cumque trium ferè dierum itinere abesset ab Ecbatanis, Bisthanes illi Ochi F. qui ante Darium Persis imperarat, occurrit. Bisthanes ergo dictus est, non Bagisthanes vel Bagosthenes vel Bagisthenes vel Megisthanes.

NON EQUIDEM VINCTVM) contendunt nonnulli particulam equidem non nisi cum prima persona iungi. Curtius hic aliud docet, & accipitur pro affirmatione, Non equidem, non sanè victum esse Darium adhuc, sed in periculo esse ne vinciat, aut occidatur. Hic autem Bisthanes nūciauit Alexandro, cum à Dario nondum victo digressus esset.

IN ILLO CORPORE) Darij, nam si illo potiti fuerimus, rem factam habebimus, & totius Asiae domini erimus.

IN VICVM IN QVO DARIVM BESSVS COMPREHENDERAT) Taneam appellat Iustinus vicum, ut suprā monui, locum, aliorum expimit nemo.

MELON TRANSFUGAM SE SIMVLABAT) Melon intérpres Darij, ut qui Persicè & Græcè sciret, & quamuis etiam Darius, ut supra ostentum est, Græcè nosset, nihilominus per interpretes, pro regum more, nisi aliud necessitas exigeret, respondebat. Et fieri potest Melonem etiam aliarū linguarum interpretem egisse. Transfugam autem se simulauit, ne in numero hostium haberetur.

li. 1. p. 137

Cæterum, de interpretibus regum Persarum plura ex Herodoto Brissonius.

DIMACHAS APPELLABANT) vulgò Dimachas, mendosè. qui Dimachæ vocarentur & essent, Curtius subiicit, dicti, quod nunc pedestre, nunc equestre prælium inirent, ad vtrumque genus pugnae eruditi, ut modo pedites, modo equites, prout vsus erat, dimicarent, vnde dimachæ, quasi tu diceret duplici arte pugnantes. O inopem linguam latinam! quæ multas Græcæ voces exprimere nisi per ambages non potest, in quo genere est πολυπράγμων apud Agellium. Hoc genus militum nunc inter equites, nunc pedites, hoc est, inter vtroque censum. Alexander maximus Imperatorum inuenit, ut Iulius Pollux testatur, cuius hæc verba sunt. Erat & aliud equitum genus, Dimacha dicti, ex inuentione Alexandri, armorum apparatu instructi leuiore, quam qui est peditum grauis armatura, grauiore verò, quam qui est equitum: exercitati in vtramque, & pedestrem, & equestrem pugnam. ut & in locis equitatu aptis equis vtantur: & vt ne si in loca deuenirent iniqua, & minus apta, omnino ad pugnandum inepti essent, idemque experirentur, quod Lydis quandoque accidit. Equum autem apprehendebat, ac custodiebat famulus aliquis, qui in solum eumsum vna sequebatur. ita qui ex equo descenderat, confestim inter pedites armatos pugnat.

Apud Sicutum Arcerium p. 136. not. ad Aelian.

Annotauit etiam Arcerius ex Helychio, eosdem dictos ἀμίπτες, Διμάχοι οἱ λεγομένοι & μιπτοι. οἱ τινες δὲ μὲρ πέρη, οἱ δὲ ἐφ' ἵππων μάχονται. Dimacha sunt, qui Hamippi dicti, qui quidem interdum pedites, interdum equites pugnant. Hamippi autem, quasi dicas, pedes simul & eques. Non absimiles ab isto genere sunt equites, qui hodie in militia nostra Dragons nuncupantur, bombardas gestantes oblongas ex humeris dependentes.

ORSILLOS ET MYTHRACENES) Duo transfugæ, quorum nulla alibi, quod sciam, mentio.

STADIA QVINGENTA) aptius quindecim milliaria germanica.

VT PRIMI VLTIMIS CONIUNCI POSSENT) Ita vt non turmatim per intervalla incederent, sed continuo agmine sine locorum intercapedine, ita enim primi vltimis, & vltimi primis iunguntur, sicut flumen perpetuum cum vnda vnda premit, & sibi mutuo succedit, quamuis in a manibus nihil omnino spacij intercedat. In agmine singuli versus sua iusta, aliquot pedum, habent.

in-

interualla. Hostem autem dispersis suis inconsultè sequi, est aduersario dare victoriã, quam ipse acceperat, inquit Vegetius.

li. 3. c. 26.

TRECENTA STADIA PROCESSERANT) milliaria nouem, & mille quingentos passus.

BROCVBELVS) Hic Mazæi filius, Syriæ, dum res Persarum antiqua maneret, prætor; non est secutus auctoritatem patris, cum se & Babylonem dederet Mazæus, de quo Curtius supra: *Ceterum Babylonem procedenti Alexandro Mazæus, qui ex acie in eam urbem confugerat, cum adultis liberis supplex occurrit.* plures ergo & maturos iam filios habebat, ex quibus Brocubelus Alexandro tum non occurrit, Darius hæcenus secutus. Nam hic demum à Dario iam captiuo transfugit ad Alexandrũ, ad vltimum regi suo fidus, frustra enim ter victum, & vincum à Iuis, vltierus sequebatur. Arrianus Antibelum vocat.

Lib. 5. c. 3.

CC. STADIA) milliaria sex cum quadrante seu parte milliariis.

NIHIL PRAECAVERET) rari procul abesse Alexandrum, nec fieri posse, vt ipsos assequeretur. Nihil est in bello securitate perniciosius. Nam summæ securitatis summum est periculum. Sed nihil celerius & laboriosius Alexandro:

Nulli (nempe) labores corpus lassant regium.

CAPVT XXV.

ARGVMENTVM.

Barbari cum Besso certatim fugiunt, Darius fugientes sequi recusat, vulneratus ab suis relinquitur, à Polystrato Macedone reperitur, datis ad Alexandrum mandatis extinguitur.



Namque conspecti à Barbaris erant, & abeuntium agmen conspexerant, nequaquam futuri pares, si Bessò tantum animi fuisset ad prælium, quantum ad parricidium fuerat. Namque & numero Barbari præstabant & robore. Ad hoc refecti cum fatigatis certamen inituri erant. Sed nomen Alexandri, & fama, maximum in bello utique momentum, pauidos in fugam auertit. Bessus verò & ceteri facinoris eius participes vehiculum Darij assecuti cæperunt hortari eum, conscenderet equum, & se hosti fuga eriperet. Ille deos vltiores adesse testatus, & Alexandri fidem implorans, negat se parricidas velle comitari. Tum verò ira quoque accensi tela conijciunt in regem, multique confusum vulneribus relinquunt. Iumenta quoque ne longius prosequi possent, conuulnerant, duobus seruis, qui regem comitabantur occisis. Hoc edito facinore, vt vestigia fugæ spargerent. Nabarzanes Hyrcaniam, Bessus Bactra paucis equitum comitantibus petebant. Barbari ducibus destituti, quæ quemque aut spes ducebat aut paucor, dissipabantur. D. tantum equites congregauerant se, incerti adhuc resistere melius esset an fugere. Alexander hostiam trepidatione comperita, Nicanorem cum equitum parte ad inhibendam fugam emittit. Ipse cum ceteris sequitur, III. ferme nulla resistentium occisa sunt, reliquum agmen more pecudum intactum agebatur, iubente rege vt cadibus abstineretur. Nemo captiuorum erat, qui monstrare Darij vehiculum pesseret: singuli, vt quæque prehenderant, scrutabantur: nec tamen vllum vestigium fugæ regis extabat. Festinantem Alexandrum vix tria millia equitum persecuta sunt. At in eos qui lentius sequebantur, incidebant vniuersa fugientium agmina. Vix credibile dictu, plures captiui, quàm qui caperent erant; adeò omnem sensum territis fortuna penitus excusserat, vt nec hostium paucitatem, nec multitudinẽ suam satis cernerent. Interim iumenta quæ Darium vehebant, nullo regente decesserant militari via, & errore delata per IIII. stadia in quodam valle constiterant, æstuque simul & vulneribus fatigata. Haud proculerat fons, ad quem monstratum à peritis Polystratus

Ma-

Macedonum maceratus accessit. Ac dum galea hausit aquam sorbet, tela iumentorum deficientium corporibus infixata conspexit: miratusque confossatius quam abacta esse, semivivum

Quæ hic desiderantur possunt ex Diodoro, Plutarcho, Arriano, Iustino, Orofio, alijs peti, quorû verba in commentario subiicio.

ABEUNTIVM AGMEN CONSPEXERANT) Persæ iam imminentis Alexandri antecurfiores conspexerant, & vicissim ipsi à Macedonibus conspecti erant, proinde prælium instare videbatur. Et Macedones quidem longè barbaris inferiores futuri erant, si suas barbari vires, numerum, copias, robur, hostiumque vicissim paucitatem, sitim, ex itinere præcipitato defatigationem æstimasent, & cum suis contendissent, sed Bessus defuit animus, & Alexandri felicitas, celeritas, nomen, fama, victoriæ, hostium vires fregere, omnesque in fugam auertere.

FAMA MAXIMUM IN BELLO VTIQUE MOMENTUM) Hunc locum iam sæpè tractauimus, lib. 4. c. 12. & alibi, recurritque infra lib. 8. c. 16.

VEHICVLVM EIVS ASSECVTI) præmiserant enim regem vincitum, velut sarcinam cum impedimentis.

ASCENDERET EQVVM) Hortabantur facinorosi parricidæ Darium, vt se fuga hosti eriperet, cum ipsi grauioribus regi hostes incumbere, quàm Alexander, nec eo sine iusserunt eum fugere, vt feruaretur, sed vt precium gratiæ esset si illum Alexandro viuum traderent.

ILLE DEOS VLTORES ESSE TESTATVS) *Testatus* cum Acidalio lego, non vt vulgò testatur. Cæterum, Dij vltores fuere Persis ipsi Cacodæmones. Agathiam audi: *Persæ duo prima rerum omnium principia statuere, vnum bonum, & optima quaque gignens, alterum perniciosum ac pessimum. ac bonum quidem Deum seu Creatorem Oromasdem, Cacodæmonem Avimanem appellauere.* Proinde spado Darij apud Plutarchum ita regem compellat. οὐδὲν ἔχεις ἀγρία σαδαιτὸν πονηρὸν Δαίμονα Περσῶν. Nihil est quod malum genium Persarum incuset. Hos ergo malos genios, vltores Deos appellat Darius. Et si nihil pugnat, etiam bonum Deum appellare vltorem scelerum. Punit enim Deus impiorum facinora, nec vllum scelus impunitum transmittit.

ALEXANDRI FIDEM IMPLORANS) Huc rerum deuenerat Darius, execratus suos, vt hostis fidem quamuis serius imploraret. Diodorus tamen prius Bactra fugisse atque sentientem Bessum insidias, inde regressum, & à Besso atque coniuratis occisum tradit.

TELA CONIICIUNT IN REGEM) Hi fuerunt apud Arrianum Satibarzanes & Barzaentes. Curtius indistinctè narrat, & eam ac parricidam Bessum ac Nabarzanem potius designat.

VT VESTIGIA FVGAE SPARGERENT) Ne occiso Dario, quem vnum Alexander videbatur petere, alios persequeretur, aut si vellent, & illos à se diuisos longèque disunctos, anceps hæreret, Nabarzanem an Bessum prius insequeretur.

BARBARI DVCI BVSDSTITVTI) Persæ, Græci, Bactriani, Hyrcani, quorum Græci se cum Artabazo coniunxerunt, ac celeris & parricidij experter. Persæ & Bactriani Bessum ducem suum nominarunt, & secuti sunt, quod Bessus & cognatione Darium attingeret, & in ipsius dynastia captus & vulneratus, atque pro deposito relictus esset.

NICANOREM) Scutatorum præfectum, Parmenionis filium: tres enim secum in aciem duxerat, Hectorem, qui in Aegypto Nilifluctibus haustus est; Philotam, qui postea ob coniurationem tortus & interfectus est; & hunc Nicanorem, cuius mors infra paulò post defletur, quod esset Alexandro in paucis carus.

pag. 68. f.

IPSE CVM CAETERIS SEQVITVR) Hunc locum accuratè tractat Arrianus: αὐτὸς δὲ ἀμφὶ δειλὴν αἰεὶ ἀρξάμενος, δρόμον ἤγειρο, διελευρὸν δὲ τῆς νοκτὸς σαδ' ἔς ἐς τετρακοσίους, ὑπὸ τῆρ' ἐωπροσυγγάνει τοῖς βαρβάρους ἀτακτῆς ἰσθίαι καὶ ἀνόπλοις, ὥστε ὀλίγοι μὲν τινὲς αὐτῶν ὡς ἀμυνόμενοι ὤρμησαν, οἱ δὲ πολλοὶ ἐυθὺς ὡς ἀλέξανδρον αὐτὸν κατ' ἄσπερον, οὐδὲ ἐς χεῖρας ἐλθόντες ἐφρευγον. καὶ οἱ τραπέντες ἐς ἀλλήλην ὀλίγων περισόντων, καὶ οὗτοι ἐφυγον. Ipse sub vespertinum iter ingressus, citato agmine processit, confectusque per noctem quadringentis stadiis, sub lucem barbaros incompositè fugientes atque inermes affectus est. pauci admodum ex ijs restitère: complures statim conspecto Alexandro, antequam discrimen experirentur, in fugam vertuntur: ex ijs verò qui ad arma confugerunt, cæcis nonnullis, reliqui reuera verterunt. Non nisi quingenti Alexandrum per compendia sequebantur, sed ex peditibus præstantissimi duces, quos in equosequitibus cedere iussis, iustulit.

NEMO CAPTIVORVM ERAT, QVI MONSTRARE DARIIVEHICVLVM POSSET) Causæ duæ, quia vile & pellibus tectum, & ab ignotis aurigis rex vehebatur, vt supra ostensum est: Deinde vulnerato rege & ministris occisis, iumenta quæ regem vehebant, aurigâ destituta, militari & regia via deceserant, & errore delata, in valle quadam constiterant, nam & ipsa telis confecta simul & æstu fatigata progredi non potuerant.

VIX TRIA MILLIA EQVITVM) In quibus illi quingenti erant, de quibus, vt dixi, Arrianus, aut certè diuersa inter se tradunt, vt & Plutarchus, qui cum trecentis duntaxat Alexandrum hostes affectum affimat.

HOSTIS

HOSTIS PAUCITATEM, NEC SVAM MVLTITVDINEM) Metus, paucor, & terror in fuga mentem eripiunt fugientibus, fugaque ipsa moratur fugam: in qua quis nouerit hostes, quis suos? cum omnia susque deque feruntur, aguntur.

QUATVOR STADIA) sexcentos quinque & viginti passus, si quinquies mille passus tribuas milliari: si quatuor millia, erunt quingenti.

HAUD PROCVLERAT FONS, AD QVEM POLYSTRATVS ACCESSIT) Hic Polystratus Darium adhuc spirantem inuenit, vt & Plutarchus * narrat, qui hunc ipsum, Polystratum indiget. Siculus idem narrat: subiicit tamen à quibusdam annotatum ab Alexandro adhuc viuum repertum: *ὅς δ' ἐνιοι γεγραφοσι, ἔμπνυν ἐτι κατὰ λαβῶν, τοῖς μὲν ἀτυχήμασι αὐτῶ συνήλθε, παρακληθεῖς δὲ ὑπὸ τῷ Δαρῆϊ μετελθεῖν τὸν φόνον, καὶ καθομολογήσας, ἐδίωξε τὸν ἑπίσσορον.* Traditur verò à quibusdam, quod adhuc spiranti superueniens, indignissimam eius sortem deplorarit, rogatusque à Dario, ne eadem inultam pateretur, id se facturum promiserit.

* in vita Alexandri pag. 690. Li. 17. p. 546. ante med.

POLYSTRATVS SITI MACERATVS) Et Alexander, & miles illum secutus ingenti per hanc viam siti tosti & exhausti sunt, multique in medio cursu defecerunt, monuerant enim regionis Græci, vt Arrianus addit, loca sicca & arida esse, omnique humore carere. Sed rex nullis difficultatibus cessit, quin & illustre singularis patientiæ exemplum suis præbuit, cum nonnulli liberis aquam ex reperto fonte adferrent, & in regem arenam incidissent, & ille aquam non suffecturam alijs se sequentibus iam vndam suspirantibus videret, non gultatam, ferentis reddidit, suis ferendâ, quo factò maximos suis animos addidit, etiâ in mortem paratos sequi. testem huius Plutarchum do, qui rem elegantè describit, sed quia locus prolixior est, omisissis Græcis, haustum hunc ex interprete latinum propinabo.

Dum consecratur Darium in itinere laborioso & prolixo (nam diebus vndecim tria millia trecenta stadia confecit) plerique lassitudine sunt confecti, & præsertim aquæ penuria. Ibi occurrerunt ei Macedones quidam, qui aquam in vrbibus à flumine multis portabant: conspicientesq; Alexandrum medio iam die siti maceratum, impleuerunt confestim galeam, eiq; obtulere. Requirente eo quibusnam aquam afferrent: Liberis nostris respondere. verû te incolunt alios gignemus etiam si hos amiserimus. sub quorum dicta accepit galeam. Cæterum circumlatis oculis, vbi vidit qui ipsum comitabantur equites capite inclinato potum respicientes, reddidit illis aquam non gustatam, laudauitq; eos. Nam ego, inquit, si solus bibero, hi elanguescunt. Regis conspicati equites continentiam & magnitudinem animi; duceret & bono animo esset, vociferati sunt, & equos verberarunt: neque fatigari se, neque sitire, sed nec mortales ducere esse, quoad talem haberent regem. Alacritas erat quidem omnium par, sed solos sexaginta ferunt Alexandrum in castra hostium persecutos. Ibi vim magnam auri & argenti proiecti supergredientes, multa vehicula puerorum mulierumque aurigis destituta & vagantia præteruecti, primorum tergis inhaeserunt, in illis rati Darium esse.

Plutarch. in fol. p. 689. f.

SEMIVIVI) Hæc vltima, inquit Modius, huius libri vox in membranis fuit, nisi quod quæ deesse videbatur, à nescio quo, ex Iustino velut supplementum, adiecta erant. Sed hæc talia satius erit, apud ipsos auctores legere, quam Curtio temerè aliena, vt pannum purpura assuere.

Idem finis est in Constantiensi codice. Placet ergò quod hic Curtio deest, ex alijs scriptoribus sufficere, lacunâq; hanc qualè unq; explere. Diodorus reliquis vetustior primus narret: *ὁδὸς δ' &c.* Siculus p. Is iam è Bactriana, alijsque prouincijs militem cogere cœperat: sed celeritate hostis præpeditus, cum triginta millibus Persarum & Græcorum ara merentium Bactra perfugerat. Hic Bessi, qui Bactris præerat, dolo, interea, dum retro tendit, obtruncatur. Vix iam spiritum exhalarat, cum Alexander equitatu secum rapto illum assequitur, mortuumque vt inuenit, regio more sepeliendum curat.

546. v. 6.

Quod hic Diodorus Darium Bactra profugisse ait, accipiendum est ita, vt non existimes, fugientem omnino Bactra peruenisse, sed in itinere exceptum & interfectum. Sequitur Plutarch. *Μόλις δ' &c.* Vix tandem inuenitur, corpore multis confosso iaculis, in curru iacens propè iam moribundus, potum tamen postulauit. Vt frigidam hausit, illum qui porrexerat, Polystratum, affatus est, Hic mihi terminus, quicunque es, omnis est felicitatis. quod beneficium acceptum nequeam rependere. verum referet Alexander tibi gratiam, Alexandro di immortales, quod tam humanus in genetricem, vxorem & liberos meos fuerit, cui hanc dextram te in interprete porrigo. Ita factus, apprehensa Polystrati manu expirauit. Postquam superuenit Alexander, non obscure indoluit huic misero casui, chlamydemq; suam soluit, eoque iniecto corpus inuoluit.

Plut. pag. 690. p.

Quæ Plutarchus de siti Alexandri hic tradit, Curtius etiam infra alterum exemplum addit. Arrianus etiam audiendus: *βῆσος & δὲ &c.* Bessus autem eiusque comites, interea Darium curru auhebant. At cum Alexander eorum tergo instaret, Satibazanes & Barzaentes Darium ab se grauiter vulneratum ibidem relinquunt. ipsi cum decem equitibus sese in precipitem fugam dederunt. neque multò post Darius ex acceptis vulneribus, priusquam ab Alexandro visus esset, interijt. Alexander Darij corpus ad Persas misit, vt in regijs mausoleis, more aliorum regum qui Darium antecesserant, conderetur. Post hæc Ammynapem Parthum, qui sibi vnâ cum Mazæo Aegyptum tradiderat, Partorum & Hyrcanorum Satrapam constituit. Adiunxit autem illi Tlepolemum Pythophanis filium, vnum ex socijs, qui rerum Parthicarum & Hyrcanicarum simul curam gereret. Atq; hic quidem Dario vitæ exitus fuit, archonte Athenis Aristophonte mense Iunio: viro, quod ad res bellicas attinet, languido parumq; prudenti: quod ad cætera, qui nihil iniqui in suos commiserit, aut certè potestatem committendi non habuerit. Nam simulac regnare cœpit, statim à Macedonibus &

Lib. 8. c. 11. vbi plur. Arrian. p. 68. v. vlt. & s. q.

Græ-

Gracis bello lacefitus est. Quocirca nevolenti quidem integrum erat subditos sibi iniuria afficere, quum ipse in maiore periculo quam ipsi versaretur. Quam diu in viuis fuit, alia illum ex alijs calamitates exceperunt, neque vlla intermissio aut requies fuit, ex quo primum ad regnandum accessit. Nam statim initio equestribus illa Satraparum ad Granicum amnem clades accidit: mox Ioniam & Aeoliam amisit, & vtraque Phrygia, Lydiam quoque & Cariam praeter Halicarnassenses: sed paulo post ipsa etiam Halicarnassus erepta est. deinde vniuersa regio maritima ad Ciliciam vsque. Posthac ingentem illam apud Issum cladem accepit, in qua mater, vxor, ac liberi eius capti sunt. deinde Phoenicia atq; Aegyptus imperio eius detracta. Postea ipse in Arbelis & quidem primus turpiter fugit, & ingentem exercitum ex omni barbarorum gente amisit. Inde profugus è suo regno errans, eodemque tempore & rex & captiuus à suis habitus, ac cum ignominia ductus, tandem, ab intimis sibi, proditus & casus interijt. Hac quidem omnia viuenti Dario acciderunt: at contra mortua, regia sepultura, filiorum perinde atque ipso regnante, educatio atque institutio ab Alexandro, & Alexander gener contigit. Mortuus est annos natus circiter quinquaginta. Hæc Arrianus, qui paulo supra, Alexandrum narrat in hoc itinere ad Caspicas partes venisse. Hinc reor (quamuis Curtius Alexandrum tradat post mortem primum Darij in Hircaniam & Caspicas venisse) factum, vt fabula de Iudæis illic inclusis cuderetur. Iustinus ex Latinis vnicus hic Curtio deficienti potest suppetias ire: Alexander quoque citato, inquit, cursu postera die superuevit, ibique cognouit Darium clauso vehiculo per noctem exportatum. Iusso itaque exercitu subsequi, cum VII. millibus equitum fugientem insequitur: in itinere multa & periculosa praelia fecit. Emensus deinde multa millia passuum, cum nullum Darij indicium reperisset, respirandi equis data potestate, vnus ex militibus, dum ad fontem proximum pergir, in vehiculo Darium multis quidem vulneribus confossum, sed spirantem adhuc inuenit: qui applicito captiuo, cum ciuem ex voce cognouisset, id saltim presentis fortuna solatium se habere dixit, quod apud intellecturum locuturus esset, nec incassum postremas voces emissurus. Perferri hæc Alexandro iubet, se nullis in eum meritorum officijs, maximorum illi debitorum mori, quod in matre, liberisq; suis regium eius, non hostilem animum expertus, felicisq; hostem, quam cognatos sortitus sit: quippe qui matri ac liberis suis ab eodem hoste vitam datam, sibi à cognatis ereptam, quibus & vitam & regna dederit. Quamobrem gratiam illi eam futuram, quam ipse victor volet. Alexandro referre se, quam solam moriens potest gratiam, precari superum & inferum numina, & regales deos, vt illi terrarum omnium victori contingat imperium, pro se iustam magis, quam grauem sepulturae veniam orare. Quod ad vltionem pertineat, iam non suam, sed exempli, communemq; omnium regum esse causam, quam negligere, illi & indecorum esse & periculosum: quippe cum in altero iustitia eius, in altero etiam vtilitatis causa versetur. In quam rem vnicum pignus fidei regia dextram se ferendam Alexandro dare. Posthac porrecta manu expirauit. Quæ vbi Alexandro nunciata sunt, viso corpore defuncti, tam indignam illo fastigio mortem lacrymis profecutus est, corpusq; regio more sepeliri, & reliquias eius maiorum tumulis inferri iussit. Contra reliquos & antiquos historicos Suidas contendit Darij caput à Besso allatum ad Alexandrum δ αὐτὸς, inquit, Δαρῆος ὑπὸ τῷ ἰδίῳ σατραπῆς ἀναρῆσαι, βέσσο ἐστὶ βέσσο ὄνομα καὶ προσάγει τὴν κεφαλὴν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι. Darius à suomet satrapa cui Besso nomen, interentus est, caputque ad Alexandrum Macedonem allatum. Dexippus breuissimè: καταλαβὼν δὲ Δαρῆου ὑπὸ βήσοσσι τινὸς τῶν ἀρχόντων ἀναρῆθέντα θάπτει μεγαλοπρεπῶς. Darium autem accipiens, à Bessa quodam, vno ex eius purpuratis occisum, magno apparatu sepeliuit. Orosius: Darium, inquit, cum à propinquis suis vincum compedibus aureis teneri comperisset, persequi statuit. Itaque iusso vt subsequeretur exercitu, ipse cum sex millibus equitum profectus, inuenit in itinere solum relictum, multis confossum vulneribus, & extrema vita per vulnera efflantem. Hunc mortuum inani misericordia referri in sepulchra maiorum, sepeliri que precepit: cuius non dicam matrem vel vxorem, sed etiam paruulas filias crudeli captiuitate retinebat. In tanta malorum multitudine, difficillima dictis fides, tribus praelijs totidemque annis quinquies decies centena millia peditum equitumque consumpta sunt.

Li. ii. sub
finem.

Oros. li. 3.
c. 17.

*li. 6. c. 25.

Cap. 8.

Quæ Zonaras narrat de Darij morte, ex Plutarcho desumpta sunt. Cæteri Græcorum si qui sunt è recentioribus, ex ijs sua, quos laudauit, hauserunt. Vnum hoc ex Aeliano de cane Darij addo: Δαρῆος δὲ τῷ τελευταίῳ Περσῶν βασιλεῖ ἐν τῇ πόρει Ἀλέξανδρον μάχῃ ἔληθέντι ὑπὸ βήσοσσι καὶ κειμένῳ πάντῳ τὸν νεκρὸν ἀπολιπόντων ὀκνῶν ὑπ' αὐτῆς τραπέζης παρέμεινε μόνος πεισῶς, τὸν οὐκ ἔτι τροφεὰ μὴ προδοῦς ὡς ἐτιζῶντα. Dario, qui extremus regnauit apud Persas, in eo pugna quam contra Alexandrum suscepit & commisit, quum à Besso multis vulneribus confossum esset, & stratus iaceret, omnibus mortuum relinquentibus, canis ab eo educatus solus permansit fidelis, eumque tametsi non amplius suum altorem, sicut tamen adhuc viuentem seruauit. dignus qui cum Erigone inter altra numeretur. Atque hic Darij (de quo diuiniſſimus vates Daniel) & cum Dario Persarum regni & huius ἀποδοβιβλῆς finis.

FINIS LIBRI QVINTI.

Q. CVR-



Q. CVRTII RVFI

HISTORIARVM
ALEXANDRI MAGNI
MACEDONIS

LIBER SEXTVS.

SYNOPSIS HVIVS LIBRI.

AGIS Lacedæmoniorum rex ab Antipatro bello vincitur. Alexander hortatur militem ad reliquam Asiam subigendam. Fluvius Zyoberis describitur. Nabarzanes cum alijs Satrapis veniam impetrat, Alexander Græcis Darianis parcit: in mores Persarum abit: Bessum bello persequitur. Coniuratio Philotæ & aliorum detegitur. Philotas tortus cum coniuratis occiditur.

CAPVT I.

ARGVMENTV M.

Deest principium de bello Lacedæmoniorum cum Antipatro præside Macedoniæ gesto, in quo victor Antipater, cæsus Agis Rex Lacedæmoniorum. Victi Legatos mittunt ad Alexandrum. Antipater cautè & modestè vtitur victoria, ne se oneret inuidia apud Alexandrum.



Hoc pugnae discrimen immisit, obruncatisque qui promptius resistebant, magnam partem hostium propulit. Ceperant fugere victores: & donec audius sequentes in planum deduxere, multi cadebant; sed ut primum locus in quo stare possent, fuit, aequis viribus dimicatum est. Inter omnes tamen Lacedaemonios rex eminebat, non armorum modo & corporis specie, sed etiam magnitudine animi, quo uno vinci non potuit. Undique nunc cominus, nunc eminus petebatur: diuque arma circumferens, alia tela clypeo excipiebat, corpore alia vitabat, donec hasta femina per fessam plurimo sanguine effuso destitueret pugnantem. Ergo clypeo suo exceptum armigeri raptim in castra referebant, iactationem vulnerum haud facile tolerantem. Non tamen omisere Lacedaemonij pugnam, & ut primum sibi quam hosti a quietem locum capere potuerunt, densatis ordinibus, effuse fluentem in se aciem exceperunt. non aliud discrimen vehementius fuisse memoria proditum est. Duarum nobilissimarum bellogentium exercitus pari Marte pugnabant. Lacedaemonij vetera, Macedones praesentia decora intuebantur. Illi pro libertate, hi pro dominatione pugnabant. Lacedaemonijs dux, Macedonibus locus decerat. Dies quoque vnus tam multiplex casus modo spem, modo metum vtriusque partis augebat, velut de industria inter fortissimos viros certamen aequante fortuna. Ceterum angustia loci in quo haeserat pugna, non patiebantur totis congregari viribus. Spectabant ergo plures quam inierant praelium: & qui extrateli iactum erant, clamore inuicem suos accendebant. Tandem Laconum acies languescere, lubrica arma sudore vix sustinens: pedem deinde referre, ac urgente hoste aperte fugere. Insequebatur dissipatos victor. & emensus omne spacium quod acies Laconum obtinuerat, ipsum Agim persequabatur. Ille ut fugam suorum & proximos hostium conspexit, deponit se iussit: expertusque membra ad impetum animi sequi possent, postquam deficere sensit, poplitibus semet excepit, galeaque strenue sumpta, clypeo protegens corpus, hastam dextra vibrabat, ultro vocans hostem, si quis iaceti spolia demere auderet. nec quisquam fuit qui sustineret cominus congregari. Procul missilibus appetebatur, ea ipsa in hostem retorquens, donec lancea nudo pectore infixata est, qua ex vulnere euulsa, inclinatum ac deficiens caput clypeo paulisper excepit. Dein linquente spiritu pariter ac sanguine, moribundus in arma procubuit. Cecidere Lacedaemoniorum quinque millia & CCC. ex Macedonibus haud amplius M. Ceterum vix quisquam nisi saucius reuertit in castra. Hac victoria non Spartam modo, sociosque eius, sed etiam omnes qui fortunam bellis spectauerant, fregit. Nec fallebat Antipatrum, dissentire ab animis gratulantium vultus; sed bellum finire cupienti opus erat decipi: & quamquam fortuna rerum placebat, inuidiam tamen quia maiores res erant, quam quas praefecti modus caperet, metuebat: quippe Alexander hostes vinci voluerat, Antipatrum vicisse, ne tacitus quidem indignabatur, sua demptum gloria existimans, quicquid cessisset aliena. Itaque Antipater, qui probe nosset spiritus eius, non est ausus ipse agere arbitria victoria: sed concilium Graecorum quid fieri placeret, consuluit: a quo Lacedaemonij nihil aliud quam ut oratores mittere ad regem liceret, precari; non grauati veniam defectionis praeter auctores impetrauerunt. Megalopolitanis, quorum urbs obsessa erat a defectione Achaiae & Aelaei CXX. talenta dare iussus. Hic fuit exitus belli, quod repente ortum, prius tamen finitum est, quam Darius Alexander apud Arbela superaret.

HOC PUGNAE DISCRIMEN IMMISIT) Improbata vetustas, sicut priori Curtij libro calcem elisit, ita sexto huic caput abstulit, quod Modius ex Arriano & Plutarcho, Diodoro & Iustino tanandum dicit. Atqui nec Plutarchus, nec Arrianus vllum de hoc Antipatri & Lacedaemoniorum praelio verbum faciunt, nisi quod apud Plutarchum in Agefilao, Alexander nunciatam sibi pugnam inter Agidem & Antipatrum, per contemptum pugnam murium appellauit, quo videtur alluisse βατραχομομαχίαν Homeri pugnam murium & ranarum.

Siculus p.
536.

Diodorus rem exequitur: Archon tunc Athenis erat Aristophon, & Roma consulatum exceperant Cneius Domitius & Aulus Cornelius, cum didita per Graciae fama de conflictu ad Arbela, ciuitates multae, quibus incrementa potentiae Macedonum suspecta erant, pristinam tueri libertatem, dum aliquid adhuc Persis virum superesset, decreuerunt. Darii enim, pecuniis ad magnas exterorum militum copias conducendum ministratis, auxilio fore: Nec tantas opes Alexandri, ut exercitum distrahere ausit, habiturum. Quod si Persas ab eo debellari pati-

pati-

patiantur, desitutis auxilio, vires sibi ad libertatem afferendam defuturas. Ad defectionem nuper exorta per Thraciam seditio illos inuitabat. Memnon enim Imperator in Thraciam missus, cum & militum & animorum satis haberet, concitatis barbaris, ab Alexandro defecit: magnoque ad se pertracto exercitu, in manifestam bellum incumbebat. Quam ob causam omnibus hinc inde copiis accitis, Antipater per Macedoniam in Thraciam profectus, Memnoni bellum infert. Hoc ita districto, Lacedæmonij idoneum belli reparandi tempus se iam nactos arbitrati, Græcos ad ineundam pro libertate concordiam exhortantur. Tum Athenienses, præ Græcis alijs honoribus ab Alexandro affecti, quiete in officio se continebant. At Peloponesiorum plerique, & nonnulli ex alijs conspiratione inter se facta, in militiam hanc nomina profitebantur. Pro viribus igitur cuiusque ciuitatis habito iuuenum optimorum delectu, non minus xx. peditum, & ad duo equitum milliæ recensuerunt. Administratio totius belli erat penes Lacedæmonios. Qui totis viribus ad disceptandum de summa rerum, Agide summum obtinente imperium exhibant. Antipater de concursu Græcorum certior factus, bellum in Thracia, qua potuit transactione composuit, & cum vniuersis copijs in Græciam mouit, acceptisque à confæderatis Græcorum auxilijs, non minus xl. millia coegit. Commissio igitur prælio, Agis rex strenue pugnans cadit, & Lacedæmonij cum ad longum tempus in prælio fortiter perseuerassent, tandem socijs cedere coactis, etiam ipsi Spartam versus regressum instituunt. Occubuerunt in hac pugna de Lacedæmonijs, sociisque non minus v. m. & ccc. De Antipatri militibus III. m. i. c. Circa Agidis verò interitum singulare quippiam euenit. Cum prælare dimicans multa in aduerso corpore vulnera accepisset, à militibus in patriam referendus portabatur. Sed ab hoste circumuentus, vbi nullam incolunitatis spem videt reliquam, suos quam citissime abire, sequè necessarijs patriæ vsibus reseruare iubet, ipse armis suis instructus genuque subnixus hostes arcet, & casis aliquot, tandem confossus mortem oppetit cum regno præfuisset annos ix. Idemque infra: In Europa verò, Lacedæmonios magno prælio victos, clades ea legatos ad Antipatrum mittere perpulit. Hic responsum ad Græcia totius conuentum reiecit. Qui senatu Corinthi habito, cum multa in vtramque partem disputasset, rem Alexandri iudicio submittebam esse decreuerunt. Antipater ergo l. Spartanorum nobilissimos obfides accepit: Et Lacedæmonij missis in Asiam legatis veniam delictorum expetiùre. Omitto Græcia quia longuscula. Iustinus etiam, sed breuiter, Dum hæc, inquit, aguntur, epistola Antipatri à Macedonia redduntur, quibus bellum Agidis regis Spartanorum in Græcia, Alexandri regis Epiri in Italia, bellum Zopyrionis præfecti eius in Scythia continebatur. Quibus variè affectus, plus tamen latitæ cognitis mortibus duorum æmulorum regum, quam doloris amissi cum Zopyrione exercitus suscepit. Namque post projectionem Alexandri, Græcia ferme omnis in occasione recuperanda libertatis, ad arma concurrerat, autoritatem Lacedæmoniorum secuta, qui Philippi, Alexandrique pacem soli spreuerant, & leges respuerant. Dux huius belli Agis rex Lacedæmoniorum fuerat, quem motum Antipater contractis militibus, in ipso ortu oppressit. magna tamen vtrinque cades fuit. Agis rex cum suos terga dantes videret, dimissis satellitibus, vt Alexandro, si non felicitate par, virtute non inferior videretur, tanta strages hostium edidit, vt agmina interdum fugaret. Ad extremum etsi à multitudine victus, gloria tamen omnes vicit.

Sicul. p.
546.Iust. l. 12.
circa prinç.

De Agide cum Antipatro præliante breuiter etiam hæc Orosius: Tunc etiam bellum Agidis Spartanorum regis in Græcia, Alexandri regis Epiri in Lucania, Zopyrionis præfecti in Scythia gerebatur: quorum Agis Lacedæmonius, excitata & rebellante secum vniuersa Græcia, cum Antipatri fortissimis copijs congressus, inter magnas vtrorumque strages & ipse procubuit. Quæ vterque de Alexandro Epirota & Zopyrione subiicit, nos infra suo loco trademus. Laudatur etiam Pausanias in Laconicis, sed nihil admodum hic de isto bello. Anagraphe Olympiadum post vltimum prælium Darij annotauit, contra quam Curtius memorat, qui hoc bellum Lacedæmonicum antè gestum docet, quam Alexander cum Dario ad Gaugamela seu Arbela prælio concurreret. Nam Olymp. centesima duodecima, anno secundo ita habet anagraphe. Aristophane præ-tore ἡ πρὸς Ἀρβηλα μάχη καὶ Δαρείου ἦτα: Pugna ad Arbela qua victus est Darius. Et anno sequenti qui tertius Olympiadis centesimæ duodecimæ Aristophonte Archonte. Ἀγὴς ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεὺς παρατάξαμεν & πρὸς Ἀντίπατρον ἀνηγήθη. Agis Lacedæmoniorum rex cum Antipatro, prælio commisso, interfectus est. Pausanias non nisi tria aut quatuor verba de hac pugna habet in Laconicis. Huius Archidami natu maior filius Agis contra Macedonia regem Antipatrum pugnans occubuit. Regem Pausanias Antipatrum καταχρηστικῶς appellat, vel per prochronismum.

Oros. l. 3.
c. 18. v. 4.

lib. 10. c. 41

HOC PUGNÆ DISCRIMEN IMMISIT) Sententia imperfecta, desideratis quæ præcedunt. Nec pauca videntur deesse, nihil enim hic de loco pugnæ, nihil de ordinata vtrinque acie, ducibus belli, numero copiarum, initio pugnæ traditur. Ex Plutarcho pugnæ locum deprehendo ad prælium Macedonibus iniquum, ex quo non sine cæde fuorum Antipater in planum euasit, vbi mox plenam victoriam adeptus est. Itaque illa verba, Hoc pugnæ discrimen immisit, refero ad Antipatrum, qui quamuis sub initium pugnæ videretur superior fuisse, tamen ad angustias locorum redactus, videtur laborasse, adeoque circumuentus periclitari cœpisse, donec fuga simulata, in æquum campum descenderet, vbi redintegrato prælio Lacedæmonios cecidit. Se ergo Antipater, quamuis antea propè victor, hærens tamen iniquo in loco, in periculum hoc immi-

fit, ut per medios hostes se reciperet, quod fieri non potuit, nisi promptius ex Lacedæmonijs resistentes obruncaret, & magnam hostium partem, ad loca sibi æquiora, propelleret. Itaque fugam etiam simulavit, pedemque retulit, donec in patentem campum euaderet. Hæc potest huius esse huius loci sententia. Occurrit etiam contrarius huic sensus & intellectus, ut prima verba de Agide Lacedæmoniorum rege accipias hoste Antipatri, qui cum videret, suos laborantes & prope iam victos, immisit se ipse in medium pugnae discrimen, hostem propulit, atque in fugam coniecit, resistentesque sibi acrius, occidit, quam tamen fugam Antipater pro se lubens arripuit, ut in plano cum Lacedæmonijs depugnaret. Interim observa non totam Græciam defecisse, quod aliqui tradunt, sed Lacedæmonios & Peloponneses, ut ex Curtij 7. ca. 8. constat.

COOPERANT FUGERE VICTORES) Macedones urgente Agide, sed prudentes tamen fugerunt, ut è locorum angustijs hostem in campum protraherent, quod & factum est, & exitio fuit Lacedæmonijs.

INVLTI CADEBANT) Nec pauci sanè, nam quamvis Antipater victoria potitus sit, mille tamen è suis amisit.

ÆQVIS VIRIBVS) æquo Marte, incipiti prælio, victoria adhuc post fugam in neutram partem inclinata.

REX AGIS) qui vnus maximè petebatur, ut causa belli, totam enim Græciam ad defectionem sollicitarat, & vnus erat maximè timendus. cuius virtutem miris laudibus hic Curtius celebrat, Iustinus cum Alexandro etiam contendit, ut si non felicitate par, inquit, saltem virtute non inferior videretur.

FEMINA PERFOSSA) femora & femina sunt pars pedum supra à genu vsque ad coxam, sic ut femora partem illam exteriorem, inquit Valla, significant, femina, interiorem mollioremque, quæ se contingunt, vel femora partem anteriorem, femina posteriorem, unde femoralia & feminalia pro braccis seu caligis superioribus, rectus casus *femen*, vel non reperitur, vel rarò. Ego sanè nunquam memini legere. Alij scribunt femina & femoralia simplici vocali, alij diphthongo œ.

NON TAMEN OMISERE PVGNAM LACEDAEMONII) Excitati regis virtute, quamvis vulnerati, & extra aciem elati.

ÆQVIORUM LOCVM) Campus iniquus, angustia opportuna propter numerum reor inferiorem: hinc densarunt ordines, qui buseffulam in se Macedonum aciem excepere. Locum hunc ita cum Acidalio lego, & interpunctum emendo: ut primum sibi quam hosti æquiorum locum capere potuerunt, densatis ordinibus, effusè fluentem in se aciem excepere. Antea erat, densatis ordinibus effusè fluentem &c. quomodo enim effusi, si densati?

NON ALIVDDVARVM GENTIVM) Componit inter se Spartanos & Macedones, utramque gentem nobilissimam, fortissimam, clarissimam commendat. Laconas maiorum decora excitabant. Macedones recentia, Spartani pro libertate sua & totius Græciæ, Macedones pro imperio & dominatione dimicabant: Illi regem iam vulneratum & in castra relatum desiderabant, hi non habebant commodum ad explicandam aciem locum propter angustias. Itaque toto ferè die æquo Marte, & fluctuante fortuna, nunc his, nunc illis vincuntibus decertatum est.

SPËCTABANT PLVRES, QVAM INIERANT PVGNAM) Ita cum vulgatis ego, non ut Acidalio *inirent*, aut, si quid mutandum, dicerem *inbant*, ut dicas plures spectabant, quam pugnant, non *pugnarent*, communis scriptura aptior. Quo minus omnes congregarentur, locorum angustia prohibebant. Itaque tanquam res in amphitheatro inter gladiatores & spectatores ageretur, pugnatum est, alijs spectantibus & acclamantibus: alijs præliantibus, aut cadentibus, aut demum fugientibus. Lacones enim primi fatigati cessere, pedem retulere, fugamque capessuere, & secum Agim deportauere. Sed is ob regiam indolem fugere erubescens, se humi deponi iussit, & pugnantis expiravit. Non fuit ergo *μομαχία*, ut Alexander appellabat, sed acerrima inter duas acerrimas gentes pugna & dimicatio.

SI QVIS IACENTI SPOLIA DEMERE AVDERET) Ita se gelisit Alexander in opido hostili Oxydracorum, in quod solus defilierat. Elegans est locus, & cum hoc comparandus, quem lib. 9. c. 10. leges.

CECIDERE LACEDAEMONIORVM) mira numerorum varietas in editionibus & MSS. Codex Constantiensis Lacedæmoniorum recenset quinque millia trecentos, Macedonum tantum decem. Colonienfis editio vetus, Lacedæmoniorum quinque millia trecentos sexaginta, Macedonum trecentos. Colonienfis Allobrogum ex Lacedæmonijs quinque millia trecentos quinquaginta, ex Macedonibus tria millia. Diodorus Siculus Lacedæmoniorum quinque millia trecentos, Macedonum tria millia quingentos. Curtius videtur pauciores ex Macedonibus casos affirmare, cum dicat Macedonum *haud amplius*, si tria millia cecidissent, satis ampla fuisset Macedonum cædes, & cruenta victoria, Argentinensis antiqua, Lacedæmoniorum quinque millia trecentos, sexaginta; Macedonum trecentos, Eundem numerum præfert Lugdunenfis vetus. Ego cum in quin-

que

que millibus trecentis pleriq; conueniant, & Siculus suffragetur, non admodum mendosam eam scripturam existimo. Macedonum nec mille, multo minus tria millia, minimè omnium tres, sed trecentos cenfeo rescribi oportere, cum dicat Curtius, *Macedonum non amplius*: si mille, aut millia tria cecidissent, non dixisset *haud amplius*: cum amplius numerus fuisset seu mille, seu tria millia, & cruenta victoria, si tamen cum numero Lacedæmoniorū comparentur, tolerabilis scriptura videri potest. *haud amplius mille.*

HAEC VICTORIA) composuit totam Græciam, ad libertatem antea suspirantem, vti deinceps nemo se auderet commouere, quoad Alexander fato defunctus est.

NEC FALLEBAT ANTIPATRVM) Locus hic lacunofus & hiulcus est. Quomodo enim vultus ab animis gratulantium dissentiebant? & quorum? cum de nulla legatione vel populorum, vel ciuitatum Græciæ prius mentio facta sit. Desiderantur ergo vel hæc, vel his potius similia verba: Reliqui Græciæ populi & ciuitates (præter Spartanos & fœderatos) euentum belli expectabant, missis legatis, Antipatro victoriam, quamuis illum vinci maluissent, gratulati sunt. Nec fallebat Antipatrum &c. Noratenim quod vulgò dicitur, *sæpè disident ab animis vultus gratulantium.*

OPVS ERAT DECIPI) dissimulare: dissident à verbis, gratulantium mentes.

NE TACITVS QVIDEM INDIGNABATUR) Verba ambigua, si non verè interpingas. Quasi diceret, Alexandrum non indignatum fuisse, quod vicisset Antipater, nec vllum etiam signum indignationis prodidisse. Alienus hic à mente Curtij & Alexandri sensus. Ergo ita distingue & exponere: Alexander hostes vinci voluerat, Antipatrum vicisse, ne tacitus quidem, indignabatur, hoc est, nec dissimulare quidem potuit inuidiam, sed palam etiam in voces erupit, quod ex eo apparuit, cū non sine scommate per contemptum, vt est in Plutarchi Agésilao, *μνομαχίαν* appellauit, vt supra annotauimus.

SPIRITVS) animos, superbiam, & φιλοδοξίαν gloriæ studium.

CONCILIVM GRÆCORVM) Corinthum indixit conuentum Græcorum Antipater, vt supra è Siculo cognouisti.

PRAETER AVCTORES) Nomina horum non extant, non dubito quin ex quinquaginta nobilissimis, quos inter obsides Antipater acceperat, aliqui fuerint reperti, nec enim omnes cum Agide occisi sunt, pro mortuis nemo veniam petit, qui culpam morte luerunt.

MEGALOPOLITANIS) Totà hæc periodus confusa, mendosa, impedita & inexplicata, in qua miror nihil acres Acidalij nares olfecisse. Multa Modius est conatus, sed non eluctatus. Nam ex illius editione dubites, an Achæi & Aelæi Megalopolitanis, an Megalopolitani Achæis & Aelæis iussi sint pendere centum xx. talenta. Constantienis & Argentinensis vetus codex adhuc absurdiores sunt, & monstra verborum repræsentant. Sequor Glareani libros, & clarissimam & certissimam scripturam, quæ ita habet: *Megalopolitani, quorum vrbs obsessa erat, ad defectionis multam Achæis & Aetolis centum viginti talenta dare iussi sunt.* Nunc & sentum verborum accipe. Megalopolitani ab Achæis, Aetolis, & Macedonibus defecerant, & cum Agide fenerant, Achæi & Aetoli illorum urbem à defectione, hoc est, postquam defecerant, obfederunt. Confecto bello, & victis cum Agide Lacedæmonijs, pacem ab Antipatro petierunt: quibus in pœnam & multam à communi Græcorū siue concilio, Corinthi imperatum est, vt Achæis & Aetolis qui in obsidione vrbs Megalopolos impensas fecerant, vicissim ad damnum resarciendum centum viginti talenta penderentur, septuaginta nempe millia Philippæorum. Interim verba, *ad defectionis multam*, puto glossema fuisse, in contextum à librarijs præter mentem Curtij insertum.

PRIVS FINITVM, QVAM DARIVM ALEXANDER APVD ARBELA SVPERARET) Anagraphe Olympiadum, vt supra demonstraui, anno post pugnam ad Gaugamela factam, docet prælium ab Antipatro cum Agide commissum. Olympiadibus suffragatur etiam Diodorus, vt supra cognouisti. Ex Plutarcho tamen eodem ferè tempore vtrumque accidisse intelligas, sed anagraphen certiore credas. Curtius sibi constat, cū in exordio libri 5. hoc ipsum moneat, iam tum in Græcia noui semina belli sparsa fuisse.

CAPVT II.

ARGVMENTVM

Alexander victor gentium, à suis ipse vitijs, ebrietate, superbia, libidine vincitur: regiae tamen stirpis captiuus parcat. Fratrem Darij inter amicos rescribit, Oxidatem Mediae praeficit.



Ed ut primum instantibus curis laxatus est animus, militarium rerum quam quietis otijque patientior, exceperere eum voluptates: & quem arma Persarum non fregerant, vitia vicerunt. Intempestiua conuiuia & perpotandi per uigilandiue insana dulcedo, ludique & greges pellicum, omnia in externum lapsa morem: quem amulatus quasi potiorem suo, ita popularium animos oculosque pariter offendit, ut à plerisque amicorum pro hoste haberetur. Tenaces quippe disciplinae suae, solitosq; parco ac parabili victu ad implenda natura desideria defungi, in peregrina & victarum gentium mala impuleras. Hinc sapius comparata in caput eius insidiae, secessio militum, & liberior inter mutuas querelas dolor. Ipsius deinde nunc ira, nunc suspiciones, quas excitabat inconsultus paor, ceteraque his similia, quae deinde dicentur. Igitur cum intempestiuis conuiujs dies pariter noctesque consumeret, satietatem epularum ludis interpolabat, non contentus artificum, quos è Graecia exciuerat turba, quippe captiua iubebantur suo ritu canere inconditum & abhorrens peregrinis auribus carmen. Inter quas unam rex ipse conspexit maestriorem quam ceteras, & producentibus eam uerunde reluctantem. Excellens erat forma, & formam pudor honestabat, deiectis in terram oculis, & quantum licebat ore velato, suspicionem praeiuit regi nobiliorem esse, quam ut inter conuiuales ludos deberet ostendi. Ergo interrogata quanam esset, nepsem se Ochi, qui nuper regnasset in Persis, filio eius genitam esse respondit; uxorem Histaspis fuisse. Propinquus hic Darij fuerat, magni & ipse exercitus prator. Adhuc in animo regis tenues reliquiae pristini moris haeabant. Itaque fortunam regia stirpe genita, & tam celebre nomen reueritus, non dimitti modo captiuam, sed etiam restitui ei suas opes iussit: virum quoque requiri, ut reperto coniugem redderet. Postero autem die praecepit Hephastioni, ut omnes captiuos in regiam iuberet adduci, ubi singulorum nobilitate spectata, secreuit à vulgo, quorum eminebat genus: Nulle hi fuerunt, inter quos repertus est Oxatres Darij frater, non illius fortuna, quam indole animi sui clarior. Oxidates etiam nobilis Perses, à Dario capitali supplicio destinatus, cohibebatur in vinculis. Huic liberato Satrapaeam Mediae attribuit, fratremque Darij recepit in cohortem amicorum, omni uetustae claritatis honore seruato. XXVI. millia talentum proxima praedae redacta erant, è quibus XII. millia in congiarium militum absumpta sunt. Par huic pecunia summa custodum fraude subtracta est.

MILITARIVM RERVM QVAM QUIETIS OTIIQVE PATIENTIOR) Nescit quieto miles vti otio.

Lib. 6. 17. Orium reges simul & beatas vrbes perdidit. Ita de iplo etiam Alexandro Curtius infra: Sed ne otium ferendis rumoribus natum alet, in Indiam mouit, semper bello, quam post victoriam clarior.

EXCEPERE VOLVPTATES) Franget voluptas, arma quem non vicerant: inquit Comicus. anti-duum generis humani malum, in Samlone, Dauide, Salomone magnis regibus vim suam iam pridem ostendit, ut profanos taceam principes, de quibus minus mireris: Quid Semiramidem fregit, Sardanapalum subegit, quid plerosque Imperatorum Romanorum perdidit.

INTEMPESTIVA CONVIVIA.) Vt virtus etiam hostes conciliat, ita vitium ex amicis hostes efficit. Quæ sequuntur in hoc capite pleraque facilem habent intellectum, quæ nihil moror, obscurioribus aut rarioribus immorari iuuat. Nam quis nesciat, intempestiua conuiuia appellari quæ extrâ iustum prandij & cœnæ tempus instituuntur, aut totos dies noctesque continuantur, aut cum præmia potantibus proponuntur? Qualia porrò facinora rex in conuiujs designari, infra in Clito, Callisthene, & alijs apparebit. De insidijs hoc ipso librò cap. 14. vique ad finem libri, & principium septimi, rursumque octauo patebit in Dymno, Philota, Parmenione, Hermolao. nec secessiones militum innotæ lib. 9. c. 9. lib. 10. c. 6.

PARCO AC PARABILI VICTV.) quemadmodum copiosè libro 3. c. 5. Curtius, per Charidemum Athenientem exposuit, quem Darius propter linguæ *παρρησιάν* occidi iussit.

QVOS E GRÆCIA EXCIVERAT.) Citharædos & Citharistrias, pugiles, symphonicos, saltatores, fidicines, gladiatores, comædos, ludiones, moriones, athletas, parasitos, gelatopæos, ridiculos, & hoc genus phasmata, qui conuiujs delicias faciunt.

CAPTIVAE IVBEBANTVR HORRIDVM CANERE CARMEN.) De conuiujs regijs, & ludic coniuualibus lib. 5. c. 5. prolixè dictum.

MŒSTIOREM.) Nihil magis commendat fœminas, præsertim regias, quam verecundia. Verè Comicus dixit: *Pudica vita dos matronæ gemmea est.*

OCHI NEPTEM.) Suprà cum Damascus esset occupata, vxor Ochi cum tribus virginibus capta, hic etiam neptis: Ochus autem rex Persarum, qui antè Dariùm regnarat.

HIS TASPIS.) Nobilissimus prætor & satrapa, non ille antiquus Histaspis, cuius filius Darius apud Persas imperitauit, de quo suprà. Huius autem nulla alibi mentio.

VIRVM QVOQVE REQVIRI.) Quod Alexandri exemplum Scipio Africanus est imitatus, vt suprà lib. 3. exposuimus.

ADHVC IN ANIMO REGIS TENVES RELIQVIAE PRISTINI MORIS HAEREBANT.) Nemo repentè fit malus.

OXATRES DARI FRATER.) Huius elogium & hic habes, & lib. 3. c. 21. Capta iam pridem erat huius quoque filia Damascià Parmenione, cuius patrem Alexander in cohortem amicorum & custodes corporis recepit, quod speraret tam fidum sibi, quam fratri fore, quod & fuit Bactrianis prætor datus, & postea acculatus, sed non absolutus tantum, sed etiam iure amplioris imperij finibus donatus. Qui Bessum postea captum in crucem egit.

lib. 9. c. 15.

OXIDATES.) Cui Mediæ prouincia commissa: de qua tamen postea iussus decedere, fortasse quod superbè & auarè imperitaret. Curtius videtur hoc infra docere, *Ille maxima, inquit, præsentium curarum parte liberatus, conuertit animum ad vindicandas iniurias eorum, quibus à prætoribus suis auarè ac superbè imperabatur.* vbi Phradates, Arfames, Oxidates, ius satrapijs priuati sunt: Phradates etiam victus est. Quid autem commiserit, quod à Dario in neruum datus sit, non constat, fortasse suspectæ fidei fuit. Eadem cum Curtio narrat de Oxydate Arrianus.

lib. 8. c. 8.

CAPVT III.

ARGVMENTVM.

Rex Parthienen, quam postea Scythæ occuparunt, ingressus, tumultuantem militem oratione sedat, & patriam spectantem, ad noua bella parat.



Hinc in Parthienen peruentum est, tunc ignobilem gentem, nunc caput omnium, qui post Euphratem & Tigrim amnes siti rubro mari terminantur. Scythæ regionem campestram ac fertilem occupauerunt, graues adhuc accolæ. sedes habent & in Europa, & in Asia. Qui super Bosphorum colunt, adscribuntur Asiæ: at qui in Europa sunt, à leuo Thracia latere ad Boristhenem, atque inde ad Tanaim alium amnem recta plaga pertinent. Tanais Europam & Asiam medius interfluit: nec dubitatur quin

Scythæ, qui Parthos condidere, non à Bosphoro, sed ex Europa regione penetrauerint. Vrbs erat ea tempestate clara Hecatompylos, condita à Græcis. Ibi statim rex habuit comatibus undique aduectis. Itaque rumor otiosi militis viritum sine auctore percrebuit, regem contentum rebus quas gessisset, in Macedoniam protinus redire statuisse. Discurrunt lymphatis

similes in tabernacula, & itineri sarcinas aptant: signum datum, crederes, ut vasa colligerent. Totis castris tumultus hinc contubernales suos requirentium, hinc onerantium plaustra, perfertur ad regem. Fecerant fidem rumoritēmere vulgato Graci milites reare iussi domos: quorum equitibus singulis denariorum sena millia dono dederat. Ipsi quoque finem militia adesse credebant. Haud secus quam par erat, territus Alexander, qui Indos atque ultima Orientis peragrarē statuisse, praefectos copiarum in pratorium contrahit, obortisq; lacrymis, ex medio gloriae spacio reuocari se, victi magis quam victoris fortunam in patriam relaturum conquestus est: nec sibi ignauiam militis obstare, sed deum inuidiam, qui fortissimis viris subitum patriae desiderium admouissent, paullo post in eandem cum maiore laude famaque redituris. Tum verò pro se quisq; operam suam offerre, difficillima quaque poscere, polliceri militum quoque obsequium, se animos eorum leni & apta oratione permulcere voluisset. Nunquam infractos & abiectos recessisse, quoties ipsius alacritatem & tantū animi spiritus haurire potuissent, ita se facturum esse, respondet, illi mod. aures praparent sibi, satisq; omnibus quae in rem videbantur compositis, vocari ad concionem exercitum insit, apud quem talem orationem habuit.

PARTHIENEN.) De hac regione pauca supra à Stephano attigimus; hic proprius eius locus est. Et sanè Curtius nobilissimus scriptor est ac varius, nec enim verum est, quod Lipsius cenluit, Curtium nil nisi bella tractare. Est enim omni liberali doctrina imbutus; & nunc in cælumenitur, ac solis & lunæ labores explicat, nunc fiderum & virgiliarum rationem docet, nunc in physica, & naturalem philosophiam excurrit; rursus in terras descendit, & regiones, prouincias, regna, describit, nunc in politicam quoque rem ac de republ. disputat, mox in orationibus Lyfiam ostendit, ut propè nullum artium liberalium genus sit, quod non attingat. Hic Parthiæ chorographiam nobis proponit, quam enim Curtius Parthienem vocat, plerique alij Parthiam dicunt, nec enim est diuersa, Ptolemæus lib. 6. in Parthiæ descriptione: *Vocatur autem pars Parthia, quae iuxta Hyrcaniam est, Comisena, & quae sub hac est, Parthiena.* Parthiena ergo in Comilena, & Comilena pars Parthiæ. Non igitur idem prorsus Parthiena & Parthia, cum Parthiena sit pars partis Parthiæ.

TUNC IGNOBILEM GENTEM, NUNC CAPVT OMNIUM.) Parthos seu Parthiceos, seu Parthienos (omnes enim eisdem Stephanus facit) Alexandri æuo docet gentem paruum, ac propè ignotam fuisse, Caesarum temporibus Arsace auctore in maximam excreuisse. Strabo idem docet. *Parthia ampla non est, ut quae à Persis, atque etiam Macedonibus rerum potitis cum Hyrcania fuerit censa. Præterquam quod parua, densa siluis est, montosa & inops: itaque reges suam cateruam cursu eam præterueni inbebant, quod ne ad paruum quidem tempus alendo sufficeret. Nunc tamen aucta est. Partes eius sunt Camisena & Chirena: serè etiam quicquid est vsque ad portas Caspias, & Aragos ac Tapyros, quae olim Media fuerunt. Est & Apamea & Heraclea, vrbes apud Ragas. A Caspij portis ad Ragas stadia sunt 10. auctore Apollodoro: ad Hecatompylon Parthorum regiam 100. CCLX. Subijcit rursum Strabo:*

Ceterum rebus extra Taurum nouatis, quod Syria & Media reges desiderant, quibus ista regiones parebant: primum Euthydemus Bactrianam & omnem illi vicinam regionem, ad defectionem pertraxit. Deinde Arsaces Scythæ, Dæus quibusdam imperans cognomento Parnis Nomadibus, qui ad Ochum accolebant, Parthiam inuasit & occupauit. Atque ab initio quidem infirmus fuit, bellum continenter sustinens aduersus eos quibus Parthiam ademerat: cum ipse, tum successores eius: postea ita viribus aucti sunt, rem bello præclare gerentes, & subinde vicina sibi adijcentes, ut ad extremum quicquid est intra Euphratem ditioris in suam potestatem redegerint. Scythibus quoque, & antè Eucrati, vim fecerunt, ac partem Bactrianæ ademerunt. Et vbiq; tantum possident terra, totq; gentium dominantur, ut ob imperij magnitudinem Romanorum potentia quodammodo sint pares. In causa est vitæ ratio & mores, in quibus multum est Barbaricum & Scythicum, plus tamen ad imperium conducent, & rem bello rectè gerendam.

Habes ergo quomodo Parthia ex parua & ignobili, maxima sit effecta.

Arrianus Alexandrum in Parthos ante necem Darij motuisse difertè tradit, ac post mortem in Hyrcaniam. Idem Siculus affirmat.

SCYTHAE REGIONEM CAMPESTREM OCCUPAVNT.) Scythæ enim Parthorum & Bactrianorum gentem & regnum condiderunt, uti Iustinus in secundo tradit: *Quippe cum ipsi, inquit, Parthos Bactrianosq; scœnimæ autem eorum Amazonum regna condiderint. Et mox infra: Mox Parthicum & Bactrianum imperium ipsi condiderunt.* Idem Strabo, Stephanus, Eustathius ad Dionysium Periegetem: *Τοὺς δὲ Πάρθους καὶ Παρθουαίους καλεῖσιν Ἰνδοὺς καὶ Φόλων εἶναι Σκυθικὸν μετακλιθεῖσιν ἐπὶ τῆς ἐξ οὐρανῆς, διὸ καὶ οὕτω κληθῆναι. Πάρθους γὰρ Σκύθαι τοὺς φυγάδας φασίν.* Parthos autem seu Parthyæos nonnulli Scythicam dicunt esse gentem, quae migrarit ad Medos, indeque nomen accepisse. Scythæ enim, exules Parthos vocant.

GRAVES ADHVC ACCOLAE.) Romanis prouincijs vicini Parthi Crassum victum occiderunt Parthi etiam æuo Neronis & sequentibus annis, Romanis infesti, horribiles arcibus & reitibus Dionysius:

Ἄλλ' ἤ τ' ὅτι πολέων μὲν ὑπαὶ πόδα Κασπιάων.
Πάρθοι ναυεὶσι δ' ἄρ' ἰοὶ ἀγκυλότοξοι,
Παντοῖς πολέμοιο δαήμονες. οὐ γὰρ ἀρόσση
Αὐλακ' ἐπιθύνουσι, διασχίζοντες ἀρβύρας,
Οὐδὲ μὲν νέησιν ἄλλα τμήγασιν ἔρετμοῖς,
Οὐδὲ νομῶ φέρουσι βοῶν γένε'· ἐκ δὲ γενέθλης
Νηπίαχοι τόξοισι καὶ ἵπποσύνησι μέλονται.
Αἰεὶ δ' ἠχέουσαν ἀνά χθόνα δὲ π' ἀκόντιω μ,
Ἡ βελέων πάντη δέ τ' ἀλλοπόδων δρόμοι ἵππων
Θυρόντων, οὐ γὰρ σφι θέμις δόρπαιο πάσσαδοι,
Πρὶν πολέμου μόχοισι κάρην ἰδρῶλε ταλῶναι
Φέρβονται δ' ἀρχῆσι δορυκλήτε βιότοιο
Ἄλλ' ἔμπης κατὰ δῆριν ἀμμαιμακέτε περιέοντα
Αἰσονίε βασιλῆ' ἐπεπρήνεν ἀκωκή.

At verò portarum quidem sub pede (ora) Caspiarum
Parthi degunt Martij, curvis arcubus utentes,
Omnigeni belli periti, nec enim aratro
Sulcum dirigunt, findentes arua,
Neque in nauibus mare secant remis,
Nec item pabulo pascunt boum genus: sed à natiuitate
Pueri arcubus & equitationibus dediti sunt.
Semper autem streperam per terram stridor iaculorum
Aut telorum: passim etiam alipedum cursus equorum
Ruentium, non enim ipsis fas est cibum sumere,
Quin prius ex belli laboribus caput sudore perfuderint:
Viuunt autem prædis hæstâ parti alimenti.
Veruntamen præliò indomiti (insuperabiles) quamuis essent,
Aufonij regis mansuefecit cuspiis (hæstâ)

Neronis æuo, dum Imperator luderet in theatris, interim Parthus infeltabat limites Romanos.

Dum tendit citharam noster, dum cornua Parthus

Noster erat Paan, ille ἐχρησελέρης.

Legiones Romanæ ab iisdem Parthis in Armenia sub iugum missæ, agrè Syria retenta, Seuerus etiam coactus est Parthicam expeditionem suscipere, & Ctesiphonte occupata, regeq; fugato Parthici nomen adeptus est. Dicitur etiam Verus imperator. Scripsit de bellis Parthis Quadratus. Non suadet ergo Acidalius, cum pro graues, scripsit gnauis. Non satis, inquit, fido istis verbis, graues adhuc agricolæ. Suspicio leuiter, gnauis adhuc agricolæ. vt commendet eos à peritia agricultura, quæ excellent suo etiam tempore. Certè studium & vita illis in illa maximè, qui propterea campestem fertilemque, vt hic ait, regionem occuparint, & vt lib. 7. inter bona sua, præcipuè iugum bouum numerent & aratrum.

SCYTHÆ SEDÈS HABENT IN EVROPA ET ASIA.) Omnes Geographi Scythas alios faciunt Asiaticos, alios Europæos. Siculus lib. 2. Strabo, Ptolemæus, Plinius, Herodotus in Melpomene, Solinus c. 20. Mela c. 2. & 3. Iornandes de origine Getarum, alij. Ex Herodoto, inquit Glareanus, Curtius hoc habet, qui quas Ptolemæus duas Sarmatias facit ad Tanaim, alteram in Europa, alteram in Asia: Ipse duas Scythias nominat in Melpomene. De reliquis, quas duas ad Imaum montem Ptolemæus scribit, nulla est, quod equidem sciam, apud veteres mentio. Quamuis Imai montis mentionem faciat Strabo. At de nationibus inter Tanaim & Iaxartem, nihil admodum sciebant veteres: vnde multi eundem crediderunt fluium, Tanaim ac Iaxartem, multis millibus stadiorum distantes. In qua opinione & hic author videri potest libro sequente: & Plinius libro sexto, cap. 16. ad finem ait, Alexandrum atque ipsius milites Iaxartem vocasse Tanaim. Magis mirandum, quod hic author non ita multò post in hoc libro, quosdam opinantes inducit, qui in mare Caspium, siue Hyrcanum, Maotida paludem cadere sint opinati. Quod Strabo etiam libro vndecimo, hisce verbis testatur: ἐς ἐν οὖν συνήγον τῶν τε Μαυῶν λιμνῶν καὶ ταύτην χαλάντες, καὶ συνήσαντες ὁρῶσκοντες πρὸς ἄλληλας ἀμφοτέρως, ἐχρήσαν δὲ εἶναι μέρους τῆς ἑτέρας. Multa alia addidit lectu dignissima. Vnde quod hic author prodit, Parthos à Scythis in Europa, hoc est, à Sarmatis ortos, non est mirum. Ipsum Caspium mare, plerique veterum Oceanam partem esse crediderunt. In qua & Strabo ipse opinione fuisse videtur, libro vndecimo ab initio ferè. Hæc Glareanus ex bonis scriptoribus verè monuit, & docuit.

QUI SUPER BOSPHORVM COLVNT.) Emendatiùs scriberes Bosphorus iter nempè bouis. Bosphorus dicitur, quod fretum illud bouem tulerit, à φέρω, alterum à πέρω & transitus, traiectus.

Bosphorus Thracicus est fretum intercedens inter Chalcedonem & Byzantium, seu Constantinopolim, ita vt Chalcedo sit in Asia, Bizantium in Europa. Longus est stadia centum sexaginta, hoc est, miliaria Germanica tria cum bese, latús stadia quatuor, seu octauam partem miliaris Germanici, seu quingentos passus. Appellatur Thracicus, quod ex Thracia per illum transeat in Asiam, cuius

Sueton.

Nero. c. 39.
Spartianus
in Seuer.
Capitoli-
nus in Ve-
ro.

ius Thraciæ metropolis est Byzantiū. Obserua alias esse angustias seu fretum, seu Bosporum Thracium, alium Helleponticum, alium Cimmericum. Per Thracium traiecit copias Darius rex Persarum Xerxis pater in Thraciam; per Hellepontum Xerxes. per Cimmericum, Mæotis palus transit in mare Euxinum. Bosphorus est limes Asiæ & Europæ. Finis ponti Euxini, qua se in Aegeum mare tanquam flumen exonerat, vocatur Hellepontus, medium Propontis, principium Bosporus, unde tam multa traxit nomina, Græcè ἀλλῶνα, Mela canalem, alij Euripum Thracium, Herodotus os ponti appellat, quasi diceret fauces ponti, Turci Bagazim, Liuius fauces, Græci etiam στενά. De Bosphoro Thracio iustum & eruditum volumen composuit Petrus Gylius, ubi plurima & lectu dignissima de Bosphoro hoc cognosces. Hypotyposin huius loci spectabis apud Mercatorem. Clarius tamen hanc ex Parergis Ortelij tabula 27. quæ inscribitur *Pontus Euxinus*, & *Thracia* 28. cognosces.

* Mela l. 2.
c. 1.
Sol. c. 20.

AD BORISTHENEM.) * *Boristhenes Scythia annis nobilissimus & amœnissimus, turbidis alijs, liquidissimus defluit, placidior quàm cateri, potariq; pulcherrimus: alit latissima pabula, magnosq; pisces, quibus & optimus sapor, & nulla ossa sunt. Longè venit, ignotusq; ortus è fontibus, quadraginta dierum iter alueo stringit, tantoq; spacio nauigabilis secundum Boristhenida & Olbiada Græcia opida egreditur.* De eodem Solinus, sed de piscibus tantum illius agit. Eustathius ex Herodoti quarto, & alijs, hæc de Boristhene tradit: Ὁ μὲν βορυσθένης μέγιστος, &c. *Boristhenes maximus & vberissimus vndis è Scythicis fluminibus & gustu dulcissimus, liquidusq; iuxta turbidos fluit, ad cuius os sal sua sponte concrefcit, alit & immania cete, sine spinis quæ salsamenti seruiunt, quæ antacæos vocant. Annis autem Panticapes ab Aquilone fluit, & demum sub finem cum Boristhene miscetur. Inter hæc duo flumina colunt Scythæ, quos agricolas appellant. A Danubio autem ad Boristhenem decem dierum iter est, totidemq; à Boristhene ad Mæotidem paludem.*

AD TANAIM.) Dionysius Periegetes siue Alexandrinus: ————— ἦς δὲ καὶ μέσσης

Συρόμειον Ἐτάνας Μαυρίδον ἐς μύχα πίπτει
Ὅσε καὶ εὐρώπην ἀποτέμνεται Ἀσιδὸν αἴης
Ἐς δὲ σὺν εὐρώπην. ἐς δ' αὐγὰς Ἀσιδὰ γαῖαν
Τῆ δ' ἴτοι πηγὰ μὲν ἐν οὐρασι Καυχασίοισι
Τηλόβι μορμύρῳσιν, ὁ δὲ πλατὺς ἔνθα καὶ ἔνθα
Ἐοσύμειον Ἐκυθικοῖσιν ἔπειτα Ἰσθαί πεδίοισι.

Quæ vetustissimus Grammaticorum Rhemnius ita carmine vertit:

Inter quas Tanais Mæotidos intima pulsat,
Europen fluuiio dirimens Asiamq; reflexo,
Europen zephyris, Asiam sub partibus ortus,
Caucasys exit, cuius fons montibus altis
Murmure cum vasto Scythica per plana refusus.

Atque in hac quidem sententia fuit Periegetes, Tanaim è Caucasys montibus nasci, sed Strabo (quem Eustathius plerunque Geographum κατ' αὐτονομασίαν, seu κατ' ἔξοχον appellat, cum nonnulli cenferent * Ptolemæum Geographum dici, cum is potius Cosmographus sit) fontes Tanaidis ignotos esse his verbis affirmat.

Tanais à partibus defertur septentrionalibus quidem: non tamen ita, vt è regione ad lineam contra Nilum fluat, quæ fuit quorundam opinio. Tanais, quàm Nilus, magis est Orientalis, itidem incognitos habens fontes. Sed Nili magna pars nota est, cum regio per quam labitur, tota sit accessu facilis, & longas ipse habeat subuectiones. Tanaidis verd ostia quidem nouimus (duo autem sunt, quibus is in partes Mæotidis maximè septentrionales sese exonerat, stadijs 60. inter se distantia) quod autem supra ostia est, eim pars exigua est cognita. fit hoc ob frigus & incommoditates regionis: quas indigenæ possunt tolerare, carnibus & lacte viuientes Nomadum more: exteri sustinere non possunt. Alias etiam Nomades isti, à commercijs aliarum nationum alieni, multitudine ac viribus præpotentes, occluserunt itinera regionum: vbi ambulari poterat, & subuectiones si quas fluuius habuit. Hac de causa quidam censuerunt eum è Caucasys montibus ortum magno alueo aduersus septentriones ferri, indeq; retro labentem in Mæotid exire: his Theophanes quoque Mitylenæus adsentitur. Alij à superioribus Istri partibus ferri existimant, neque vllum adferunt signum tam longinqui & ex diuersis climatibus defluxus: quasi potuerit è vicina & à septentrione delabi. Multa etiam auctio est eiusdem fluminis apud Herodotum. Sed mihi hoc velim obserues lector, à Macedonibus procul vero aberratum esse, cum ex eorum sententia infra scripsit Curtius, Tanaim ad fines Bactrorum esse, cum innumeris parasangis inde absit. flumen autem quod Macedones existimant esse Tanaim, Iaxartes est. Solinum audi: Vniuersi eius ductus duntaxat, ab illa terrarum parte Iaxartes fluuius secat fines: quem tamen Iaxarten soli vocant Bactri; nam alij Scythæ Silin nominant. Hunc eundem esse Tanain exercitus Alexandri Magni crediderunt: verum Demodamas dux Seleuci & Antiochi, satis idoneus vero auctor, tr ansuectus animem istum, titulos omnium supergressus, alium esse, quàm Tanain deprehendit.

* quod ficuti ego scripsi, emendetur. Strabo p. 339.

Solin. p. 93. ante m.

Mela p. 2.

Mela de eodem: Hoc mari (Euxino) & duobus inclitis omnibus, Tanai & Nilo, in tres partes vniuersum diuiditur. Tanais à septentrione ad meridiem vergens, in mediam ferè Mæotida defluit: & ex diuerso Nilus in pelagus. Quod terrarum iacet à freto ad ea flumina, ab altero latere Africam vocamus: ab altero Europen: ad Nilum, Africam: ad Tanaim, Europen. Vltra quicquid est, Asia est. Plutarchus Oroxartem, alij Oxartem

Oxartem appellânt amnem, Alexandro Tanaim. Sed ad Geographum reuertamur, qui in secundo contra Eratosthenem, de Tanai in hæc verba disputat: Etenim, inquit, praterquam quod in rebus quæ explicatis habent faciles, se morosum præbet, falsum est Tanain ab ortu æstiuo fluere: quicumque enim locorum periti sunt, eum à Septentrione aiunt desfluere in Maotidem: ita vt ostia fluuij, & ostium Maotidis, ac ipse quantum eius notum est fluuius in eodem sint meridiano. Quidam relatu indigna perhibuerunt, alij eum oriri à locis Istro vicinis & ab occasu fluere, non animaduerso interea loci Tyr am Borysthenem, & Hypanim magna flumina in Pontum desfluere, alter iuxta Istrum, alter iuxta Tanain equalibus spacijs meantes. Et cum neque Tyræ fontes visisint, neque Borysthenis, neque Hypanis, multo magis ignota erunt partes eorum septentrionales: adèd vt quæ per eos Tanain ad Maotidem deducit, ac deinde ad ea reuertitur (nam ostia perspicuè in septentrionalibus paludis partibus monstrantur, usq; maximè orientalibus) falsa est quedam & nihil concludens ratio. Non minus ineptum & hoc est, quod & ipsum dicitur a nonnullis, Tanain per Caucasum labi versus septentrionem, inde ad Maotidem reuerti. Ab ortu quidem nemo eum fluere dixit, hac enim ratione non aduersus Niloiret, & quodammodo è regione ad lineam, quod de eo elegantiores auctores affirmant, vt quasi in eodem meridiano vtriusque fluminis desfluxus intelligeretur.

Ioannes Goropius Becanus, vir omni genere literarum excultus, ostendit vnde natus sit hic error de Tanai Græcorum & Scytharum. Ortus, inquit, est hic error ex eorum adulatione, qui credi voluerunt, Alexandrum ad Tanaim vsque penetrasse, non minore à veritate interuallo, quàm illud est, quod inter vtrumque fluuium continetur. Hinc de Aris Alexandri ad fictitios Riphæos montes sitis, hinc de legatione ab Europa à Scythis missa, hinc de Amazonibus commenta prodierunt.

Hoc demum nomine flumina alia quoque reperio; apud Sallustium in Iugurtha cap. 90. Sic cæpto suo occultato pergit ad flumen * Tanaim. Aliud ad Bactrianos fines in Oriente, Arrianus enim hunc Tanaim diuersum facit ab illo, quod in Maotidem excurrit. Est & quartum, quod minorem Tanaim Geographi dicunt, quem maior Tanais excipit, vt est apud Mercatorem.

NEC DVBITATVR, QVIN SCYTHAE QVI PARTHOS CONDIDERE. Negat Curtius, & verè negat, Parthos à Scythis conditos, non qui per Bosporum Thracium in Asiam transferint, sed vel per Tanaim, vel portas Caspias, vel Euxinum pontum, vel Cimmericum Bosporum. Causam addit, quod ij qui supra Bosporum sedes habuere, sint Asiatici, & valdè remoti à Parthis: alij verò, qui ex Europa in Asiam transferre, propinquiores.

VRBS ERAT HECATOMPYLOS A GRÆCIS CONDITA.) Vox ipsa Græca est, & è Græcia profectos conditores ostendit. urbem significat, quæ centum habeat portas. Sed Polybius aliam etymi causam adfert, dictamque ait Hecatompylon, quod ibi ex omni regione diuerticula tanquam ad cardinem coeant: Ο δὲ βασιλεὺς, inquit, διανύσας τὴν ἔρημον ἦκε πρὸς τὴν ἑκατόμυλον προσαγορευομένην. ἢ κείτου μὲν ἐν μέσῳ τῆ Παρθονί τῷ διόδῳ φερασῶν ἐπὶ πάντας τοὺς πέρας εἰταῦθα συμπίπτει τῶν ἀπὸ τῶ συμβαίνοντες ὁ τόπος εἴληφε τὴν προσηγορίαν. Rex solitudinem emensus ad opidum venit Hecatompylon dictum. In media Parthia hac vrbs sita est: cum autem diuerticula viarum ad omnes circa regiones ibidem coeant, ex euentu ipso centum portarum nomen locus inuenit. Strabo à Caspijs portis ad Hecatompylon regiam Parthorum (ita appellat) mille ducenta sexaginta auctore Apollodoro stadia numerat, hoc est, duodecim stadia supra triginta nouem milliaria Germanica. Diodorus quidem Hyrcaniæ assignat, sed Parthiam quoque Hyrcaniæ nomine complectitur. A quibus autem Græcis condita sit nondum legi. Urbis Stephanus quoque mentionem habet, sed simplicem, vt & Ptolemæus.

IBI STATIVA REX HABVIT.) Cum de Bessi longinqua fuga cognouisset, & in præsens cum exercitu reprehendi posse desperaret, Hecatompyli aliquamdiu ad colligendum & recreandum militem quieuit. qui otiosus statim didito rumore, regem cogitare patriam, cœpit concurrere. Causa sparsæ famæ erat, quod Græcum militem, mercenariū opinor & per ætatem inualidum, legibusque militiæ solutum, domum remiserit. Hoc interpretati alij de totis castris, tumultuari cœperunt, vasaque certatim colligere.

ITAQUE RV MOR OTIOSI MILITIS VITIVM.) Non vitium vt vulgò, Constantiensis codex vitium, quam scripturam supra quam dici potest, commendat Acidalius: Offendi, inquit, iam olim vehementer ad vocem vitium, cuius insolens hic vsus, nec qui ferri posset, vt ego sentiebam. Itaque variè mutabam, nec ineptè quidquam: omnia tamen frustra quando alia tandem scripta lectio reperta in Modij Sigebergensi bono sanè libro. Is pro ea vitium habet: sanè benè. Nec enim ferri modò potest, quod Modius ait, sed ferri vnà, & præferri omnibus debet ipsissima Curtij scriptura. Rumor otiosi militis vitium, verè. Sic libro 8. idem, Otium ferendis rumoribus natum, ait. Et huc trahas illud è Taciti Annal. 14. ambigua ad huc lectionis: Hac more fama, credentium otio agebantur. quod eo modo noster hic ipse Modius in Nouantiquis censuit emendandum, cum vulgò scribatur: Hac in ore fama credentium otio agebantur. Sed de illo expecta nos ad ipsum Tacitum suo propriè loco. Curtij quidem etiam nostri istud ex 8. libro huc accommodaueris: Seditiosæq; voces referebantur ad regem, quis ille haud sanè metus, satisq; prudens, otij vitia negotio discuti, edicit, vt omnes in vestibulo regia præstò sint. Hæc Acidalius.

RVMOR.) Rumor absque auctore proles otiosi est pectoris, inquit Comicus.

DEVM INVIDIAM.) Hæc impia paganorum est religio, qua Deos velut inuidos, iniquos, & perinde atque homines vitiosis affectibus obnoxios incusabant, qualia sunt etiam apud Martialem epigrammata, & supra lib. 3. haud ab similia his legimus, cum de Cydno ageremus. *Deos nempe ipsos, quàm nos corrigere malimus.*

PRO SE QVISQVE.) Duces suam operam polliciti in verandis militum animis.

INFRACTOS.) Eleganter hoc, vt omnia Curtius, non vulgari intellectu, quo pro fortibus & nequaquam fractis accipitur. Contrario hic sensu accipe, vt sequens etiam vox *abiectos* declarat. Ita alii melioris æui scriptores locuti, Cicero, Luvius, Virgilius:

Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos

Defecisse videt.

Nec enim subscribo Seruio, qui *infractos* explicat constantes, non fractos, certe illud *defecisse*, ostendit fractos.

C A P V T IV.

A R G V M E N T V M.

Multa docet bello perfecta non pauca perficienda,
nondum adesse finem laborum.



Magnitudinem rerum quas gessimus milites, intuentibus vobis, minime mirum est, & desiderium quietis, satietatem gloriae occurrere. vt omittam Illyrios, Triballos, Bæotiam, Thraciam, Spartam, Achaos, Peloponnesum, quorum alia ductu meo, alia imperio auspicioq; per domum: ecce orsi bellum ab Hellestionio, Ionas, Aeolidem seruitio Barbaria impotentis exemimus. Cariam, Lydiam, Cappadociam, Phrygiam, Paphlagoniam, Pamphiliam, Pisidas, Ciliciam, Syriam, Phœnicen, Armeniam, Persidem, Medos, Parthienem habemus in potestate. Plures provincias complexus sum, quàm alij vrbes ceperunt: & nescio an enumeranti mihi quadam ipsarum rerum multitudo subduxerit. Itaque si crederem satis certam esse possessionem terrarum, quas tanta velocitate domuimus, ego verò milites ad penates meos adparentem, sororesque & ceteros ciues vel reuertentibus vobis erumperem, vt ibi potissimum parta vobiscum laude & gloria fruerer, vbi nos vberissima victoria premia expectant, liberorum, coniugum, parentumq; letitia, pax, quies, rerum per virtutem partarum secura possessio. Sed in nouo & (si verum fateri volumus) precario imperio adhuc iugum eius rigida ceruice subeuntibus Barbaris, tempore milites opus est, dum mitioribus ingenijs imbuuntur, & efferatos melior consuetudo permulcet. Fruges quoque maturitatem statuto tempore expectant: adeo etiam illa sensus omnis expertia, tamen sua lege mitescunt. Quid creditis tot gentes alterius imperio ac nomini assuetas, non sacris, non moribus, non commercio lingua nobiscum coherentes, eodem praelio domitas esse, quo victæ sunt? Vestris armis continentur, non suis moribus, & qui praesentes metuent, in absentia hostes erunt. Cum feris bestijs res est, quas captas & inclusas, quia ipsarum natura non potest, longior dies mitigat. Et adhuc sic ago, tanquam omnia subacta sint armis, quæ fuerunt in dititione Darij. Hyrcaniam Nabarzones occupauit. Bactra non possidet solum parricida Bessus, sed etiam minatur. Sogdiani, Dabæ, Massagetae, Saggæ, Indi, sui iuris sunt. Omnes hi simul terga nostra viderint, sequentur. Illi enim eiusdem nationis sunt, nos alienigenæ & externi. Suis quisque autem placidius pareat, etiam cum is praest, qui magis timeri potest. Proinde aut quæ capimus, omittenda sunt: aut quæ non habemus, occupanda. Sicut in corporibus agris milites nihil quod nociturum est, medici relinquunt; sic nos quidquid obstat imperio recidamus. Parua sæpe scintilla contenta magnum excitauit incendium. Nil tuto in hoste despicitur, quem spreueris valentio rem negligentia facies. Ne Darius quidem heriditarium Persarum accepit imperium, sed in sedem Cyri beneficio Bagoæ castrati hominis admissus: ne vos magno labore credatis Bessum vacuum regnum occupaturum. Nos verò peccauimus, milites si Darium ob hoc vicimus, vt seruo eius traderemus imperium, qui

ultimum ausus scelus, regem sum etiam externæ obis egentem, ceriè cui nos victores peper-
cissemus, quasi captiuum in vinculis habuit, ad ultimum, ne à nobis conseruari posset, occi-
dit. Hunc vos regnare patiemini? quem equidem cruci adfixum videre festino, omnibus re-
gibus gentibusq; & fidei, quam violauit, meritis penas soluentem. At Hercule si mox eun-
dem Græcorum vrbes aut Hellepontum vastare nunciatur meritis vobis, quo dolore afficiemi-
ni, Bessum premia vestra occupasse victoria? Tunc ad repetendas res festinabitis, tunc arma
capietis. Quanto autem præstat, territum adhuc, & vix mentis suæ compotem opprimere?
Quatridui nobis iter superest, qui tot proculcauimus niues, tot amnes superauimus, tot mon-
tium iuga transcurrimus: non mare illud quod exæstiuans iter fluctibus occupat, euntes nos
moratur: non Cilicia fauces, & angustia includunt: plana omnia & prona sunt: in ipso limine
victoria stamus. Pauci nobis fugiuini, & domini sui interfectores supersunt. Egregium me-
Hercule opus, & inter prima gloria vestra numerandum, posteritati fama q; tradetis; Darij
quoque hostis, finito post mortem eius odio parricidas esse vos vltos: neminem impium effu-
gisse vestras manus. Hoc perpetrato, quanto creditis Persas obsequentiores fore, cum intel-
lexerint vos pia bella suscipere, & Bessi scelere, non nomini suo trasci?

MAGNITUDINEM RERVM.) Oratio planè elegans, artificij plena, rationum firmamentis
 potens, similitudinibus illustris, ad illos Pygopolmices & gloriofos milites planè facta & accom-
 modata. Principio enim ex Rhetorum disciplina, conciliat sibi beneuolentiam à sua & militum
 persona, quibuscum omnia fortia facta sua communia facit, dum numero multitudinis plerunque
 vitur, & dicit *gesimus, non gelsi, exenimus, habemus in potestate, domuimus, proculcauimus niues, ru-*
pes, amnes superauimus, vestris armis domita gentes continentur. & hoc genus plura. Enumerat deinde
 non sine militari iactatione victas gentes, occupatas prouincias tam multas, vt agrè recenleri pos-
 sint, pulsum regnis & vita (quamuis alieno scelere) Darium. Atque hæc exordij & narrationis loco.
 Tum deinde ingreditur statum orationis, & quærit an ea, quæ occupata sunt, tutò retineri possint,
 si omnes in patriam abeant: Nec enim minorem esse virtutem labore parta tueri, quam armis & vir-
 tute regna parare & parere. Affirmatque se inter primos fore, qui patriam repeterent, bonisque par-
 tibus fruere, si armis quæ sita sine armis tutò possideri possent. Sed rem aliter habere: hostes solò
 metu & præsentia victorum in officio contineri, opus esse tempore tanquam frugibus, vt mites-
 cant, & alienis imperijs adfuescant. Feras bestias primùm captas, & caueis inclusas non nisi longo die
 frangi & cicurari. Atque hæc prima argumenti ratio est, quamobrem nondum sit in Græciam rede-
 undum. Subijcit dein alterum multò grauius, certius & potentius argumentum. *Et adhuc sic, inquit,*
ago, tanquam omnia sint subacta armis, quæ fuerunt in ditione Darij. Atqui non est ita, multæ adhuc
 prouinciæ super sunt nobis subigendæ, quas nunc hostes, & Darij parricidæ obtinent. Nabarzanes, in-
 quam, qui Hyrcaniam, Bessus qui Bactra occupauit, qui diadema sumpsit, se Artaxerxem appellauit,
 nobis etiam minatur. restant insuper feroces nobis domandæ gentes, Sogdiani, Dahæ, Massage-
 tæ, Sagæ, Indi, qui sui iuris sunt. Nos vbi terga verterimus, antequam patriam respiciamus, in tergis
 nostris hærebunt, & omnia, quæ occupauimus, recipient. Omnes enim malunt suis, quàm aduenis parere.
 Concludit demum, vel occupanda, quæ nondum habentur, aut omittenda, quæ iam sunt occupata.
 Illustrat hoc ipsum elegantibus medicorum & ignium comparatione. Postremò in Bessum peror-
 rat, quem in summum odium vocat apud militem, futurum enim, vt nisi ille vincatur & vinciat,ur,
 mox omnia recipiat, & Darij etiam potentior euadat, Græcosque magis atque ille fatiget & vexet.
 Sequitur adhortatio ad vltimos labores exhauriendos, qui tanti futuri cum sint, quanti iam sint
 exantlati, quatriduum superesse dum ad Bactra veniatur, ibi incautum & adhuc trepidantem oppres-
 sum, totumque bellum confectum iri. Hac oratione inclinctus miles, omnem animi sensum & af-
 fectum ad Alexandri voluntatem transtulit. tanti est & auctoritas principis, & accommodata ad cæ-
 ptum auditoris oratio. Huius quoque orationis argumentum & œconomia, Causinus proposuit in
 suis Eloquentiæ parallelis p. 574. & seq. Nunc si quid singulis in partibus est tenebrarum, euoluamus.

OMITTAM ILLYRIOS &c.) Seruato ferè temporum ordine, percurrit omnes prouincias
 bello domitas. Ab Illyrijs enim cœpit, vt in Synopsi prima ostendimus. Qui autem sint Illyrij, supra
 demonstratum est, * vbi de Thracibus actum.

* lib. 3. c.
 19. l. 4. c. 32.

TRIBALLOS.) Alij Mæcos inferiores cum Ptolemæo, Strabone, Plinio vocant, alij cum Lao-
 nio, Sophiano, Lazio, Bonauolo, Bartelio, Ortelio Bulgaros, ad Peucem insulam Danubij vsque
 per tingebant.

Arrianum
 vide.

ALIA DVCTV MEO, ALIA IMPERIO AVSPICISQVE PERDOMVI.) Ductu suo Alexan-
 der Illyrios, Triballos, Thracas, Bœotiam subegit, auspicijs absens, Lacedæmonios, Achæos, Pelo-
 ponneses defectionem molientes, per Antipatrum fregit.

ORSI BELLVM AB HELLES PONTO.) Hæc quæ sequuntur omnia ductu suo gessit. Orsi
 bellum Persicum ab Helleponti traiectu, & prælio ad Granicum commisso.

IONAS, AEOLIDEN.) Persicæ seruituti antea subiectos, & per Alexandrum in libertatem Græ-
 corum

corum assertos; Græcæ enim nationis erant Iones & Aeoles. Aeolis autem seu Aeoliæ Asiæ minoris est regio, in litore maris Aegæi. Nihil hic de septem Italiæ Aeolijs in Iulis cogita, aliæ sunt & procul ab his remotæ. Aeoliam hanc Asiæ Siculus Doryctetam appellat, quæ incolas olim, Herodoto teste, Pelasgas habuit. Est mentio huius apud Curtium lib. 4. c. 16.

PISIDAS.) Stephanus Πισιδία οἱ Πισιδῶν πρότερον, Σόλυμοι ἀπὸ Σολύμης τῆς Διὸς καὶ Χαλδῆνης, ἐστὶ δὲ ἐθνὸς βάρβαρον κατοικεῖν παρὰ τὴν Ἀσπένδην καὶ τὴν Κιλικίαν, αἰρητοὶ δὲ ἀπὸ Πισιδῶν, αἱ δὲ ἄλλοι καὶ πρῶτοι συσέλλονται. Pisidia, Pisida prius Solymi à Solymo Iouis & Chaldones filio, gens barbara est, quæ iuxta Aspendem & Ciliciam colit, dicta à Pisida, prima & altera breui sunt in minori Asia. Plura Strabo & Mela cum Plinio. Reliquæ omnes gentes, quæ hic memorantur, supra iam descriptæ & recensitæ sunt.

ET NESCIO AN ENVMERANTI MIHI QVAEDAM IPSARVM RERVM MVLTITVDO SVBVDVXERIT.) Malim *quasdam ipsarum*, nisi intelligas loca, vel regna. Lycaoniam certè prætermisit, nisi sub Cappadocia comprehendas. prætermisit & Lyciam, cuius mentio prima pagina lib. 3.

PARENTEM.) Olympiadem.

SORES.) Cleopatram, de qua Iustinus 13. & 14. uxorem quondam Alexandri Epirotæ, auunculi Alexandri M. quam postea Perdiccas ambiit. Thessalonicen, priuignam Olympiadis è Philippo Alexandri natam, Iustinus 14.

IN ABSENTIA.) Venustius in absentes, vt Acidalius annotauit.

PRECARIO IMPERIO.) Quomodo precario, cum per vim & arma & victoriam sibi regnum Persicum pepererit? violenta nempe imperia nemo diu continuat, nullum enim violentum diuturnum. Ne ergo victæ gentes duriore imperio exulcerentur, quasi eblandiendæ sunt & palpandæ, donec nouis imperijs assuecant. hoc autem est quodammodo precario imperare.

NON SACRIS.) Diuersa nomina diuersis cerimonijs & religionibus colentes, & à sacris Græcorum abhorrentes, vt & à moribus, qui suæ cuique genti sunt peculiare, sicut & Græci à barbarorum moribus & sacris erant alieni, qui omnes reliquas gentes non solum vt barbaras, sed tanquam feras bestias oderant & horrebant.

HYRCANIAM.) Docet iam quæ occupanda sint in hostium potestate sita.

Lib. 5. & 6. NABARZANES.) De quo multa supra dicta, & infra dicentur.

BESSVS PARRICIDA.) Hunc in summum odium adducit, vt militem ad bellum persequendum inflammet.

*lib. 4. c. 27. SOGDIANI.) De quibus multa * supra, plura in fra lib. 7. cap. 24. sicut & de Dahis iam * narra-

* ibidem.

tum: & inf à pluribus locis narrabitur.

MASSAGETÆ.) De his quoque dictum antè, dicenturque suo loco, indicem volue.

SAGAE.) Alijs plerisque scriptoribus Sacæ, sed Mela & Goropius rectius Sagas appellant, de quibus & Curtius plura, & nos ad illum ex Goropio infra.

SIMVL TERGA NOSTRA VIDERINT.) Ita Cicero & optimi scriptores loquuntur, pro, *simulatq; simulac*, aut *postquam*: hæc moneo, ne quis imperitior linguæ Romanæ putet operarum labem.

Oratione ad popul. Antiochenum 19. Gruteri Notæ ad sententiam P. 593.

NIHL QVOD NOCITVRVM EST.) Facile enim neglectum malum augetur, atque è scintilla incendium, ita è modico malo contempto mors sequitur. Diuum Chrysoctomum audi: *Sapius namque domos edificantes homines, & tectum imponentes, vnius tegula excussa curam non gerentes, totam domum perdidit. Et in vestimentis hoc ipsum euenire, quis cernere possit: etenim parua in illis facta scissura, nec resarcita, magnam fecit disruptionem. Hoc & in torrentibus multoties euenit: etenim & illi si vel minimum coeperint ingressum, totum introducunt fluentem.* ἀδρα γὰρ τὰ τῶν πολέμων, inquit Thucydides, καὶ ἕ ὀλίγων τὰ πολλὰ. Incerta enim res sunt hostium, & ex minimi momenti re plurima existunt, vel comoda, vel incommoda.

lib. 16. pag. 490.

NE DARIVS QVIDEM HAEREDITARIVM PERSARVM ACCEPTIT IMPERIVM.) Quomodo hoc à Bagoa scelestissimo & parricidali Spadone factum, vnus quod sciam (nam Plutarchus vix tribus verbis attingit historiam) tradidit Siculus his verbis: *Regnante pridem Philippo, Ochus Persis imperabat, crudelēq; & violentum erga subditos sese gerens, ob asperitatem morum in odio cunctorum erat. Bagoas ergo militum tribunus, conditione Eunuchus, sed natura sceleratus & bellicosus, veneno regem tollit, medici ad hoc opera vsus: filiumq; eius natu minimum Arsen nomine, in regnum collocavit. Simul etiam fratribus noui regis (quorum tenerior adhuc ætas erat) necem intulit: vt desertus hoc modo rex tanto plus obsequij illi præstaret. Cum verò sceleribus istis offensus adolescens, quod pœnas de auctore sumpturus esset, manifestis argumentis declararet; insidijs deprehensus, Bagoas Arsen cum liberis tertio imperij anno è vita tollit. Regia domo sic ad solitudinem redacta, cum nemo ex ea gente superesset, qui successionem in regno sibi vendicaret, Darium ex amicis quendam adoptatum, in regni possessionem collocat. Hic Arsanum (qui Ataxerxis Persarum regis frater erat) parentem habebat. Bagoa autem singulare quiddam & memoratu dignum euenit. Sanguinaria enim crudelitate, cui hæctenus adsueuerat, inductus, medicata potione etiam Darium necare instituit. Sed insidijs per indicium patefactus, rex Bagoa comiter aduocato, poculum tradit, & ad ebibendum illud vi hominem adigit. Dignus autem Darius imperio iudicatus est, quod multum reliquis virtute Persis præstare videretur.*

lam

Iam argumentum Alexandri hoc est, quasi à paribus, Darius quoque priuatus ad regnum Persarum per Bagoam aspirauit. poterit ergo idem Bessus à popularibus imperare. Enimuerò Darius, quamuis opera spadonis Bagoæ ad regnum perueniret, egregijs tamen antea factis se Persis commendauit, quod Iustinus attestatur: *Ita veluti purificato, inquit, regno, bellam Armenijs (Ochus) infert.* In eo cum aduersus prouocatores hostium Condomanus quidam cum omnium fauore processisset, hoste caeso, victoriam suis pariter, & propè amissam gloriam restituit. Ob hæc decora idem Condomanus præficitur Armenijs. Interiecto deinde tempore, post mortem Ochi regis ob memoriam pristina virtutis rex à populo constituitur, Darij nomine, ne quid regia maiestatis deesset, honoratus: bellumq; cum Alexandro Magno, diu variante fortuna, magna virtute gessit. Post remò victus ab Alexandro, & a cognatis occisus, vitam pariter cum Persarum regno finuit.

Iustin. lib. 7
10. extrem.

Scripterat idem ante Iustinum Siculus: Dignus regno propterea habitus est, quod virtute Persis omnibus anteire crederetur. Cum enim Artaxerxes rex bellum aliquando cum Cadusijs gereret, & quidam ex hostium numero, vir corporis & animi firmitate nobilis, aliquem ex Persis, cuiuscumque animus tam præsens & alacer, singulare ad certamen prouocaret, nemine se obuiam dare auso, Darius iste solus adiit periculum, & prouocatores interemit. Ob quod magnificè à rege præmij honestatus, primam virtutis gloriam inter Persas retulit. Ob hac itaque viri strenui facinus dignus, qui regno præisset iudicatus, imperium accepit.

lib. 17. p.
490. f.

De diuersis Bagois plenius suo mox loco.

NE VOS CREDATIS MAGNO LABORE BESSVM VA. REG. OCCVPATVRVM.) Imò verò & occupauit apud suos, & sine labore, quod mox ut quæsierat, perdidit, & crucem inuenit. Curtius infrà: Namque Bessus veste regia sumpta Artaxerxem appellari se iusserat, Scythasq; & ceteros Tanais accolæ cõtrahabat. * Arrianus: Per id tempus Persarum nonnulli ad eum venerunt, nuntiantes Bessum tiaram erectam, Persicamq; vestem gestare, & immutato Bessi nomine Artaxerxem vocari. seq; Asia regem appellare. habere apud se Persas, qui in Bactra profugerant, & ex Bactrianis complures, Scytharum etiam confederatorum aduentum expectare.

Lib hoc
c. 12.
* pag. 71.

EXTERNAE OPIS INDIGENTEM.) Destitutum à suis, imò vincum & trucidatum, qui Græcorum ope, quam tamen recusabat, indigebat.

VICTORES PEPERCISSEM VS.) Vti Poro Indorum regi pepercit, regnum restituit, & auxit. Imò ipsi iam antè salutem Dario promiserat, supplex ad se veniret, & secundo loco in suo regno esse vellet: sed dura conditio vita Dario.

CRUCI AFFIXVM VIDERE FESTINO.) De supplicio Bessi variæ scriptorum opinationes, de quibus suo loco cognosces infrà.

GRAECORVM VRBES AVT HELLES PONTVM.) In Asia conditas cum Hellesponto occupatas. acerrimus stimulus militi hic ad motus ad persequendum Bessum.

VIX MENTIS SVAE COMPOTEM.) Furijs enim ob admissum parricidium agitur, nec tantum se fugæ metu confirmauit, nondum militem collegit. In ipsa scintilla opprimendum est incendium, vt suprà monuit.

QUATRIDVI ITER.) Properanti, & more suo per montes & rupes, per omnia inuia propè volanti, alioqui longius Bactra: certè non quatrinduo illuc peruenitur.

NIVES CALCAVIM VS.) Suprà: Sed præter inuias rupes, ac prærupta saxa vestigium subinde fallentia, nix cumulata vento ingredienti fatigabat. Illustrior adhuc eodem lib. c. 14. extat suprà, ventum erat, & quæ sequuntur.

TOT AMNES SVPERAVIM VS.) Granicum, Euphratem, Tigrim, Choaspen, Araxen, vt minores taceam.

MONTIVM IVGA.) Tauri in Cilicia, in Perside, vt iam legisti, inuias rupes ac prærupta saxa.

NON MARE ILLVD QVOD EXAESTVANS ITER FLVCTIBVS OCCVPAT.) Intelligit Pamphylia quam suprà lib. 3. copiosè descripsimus.

Cap. 8.

CILICIAE FVNCES.) Portas Cilicas, quibus è Cappadocia per Taurum Cilicia aditur.

PLANA OMNIA) Suavis hoc officium est, ostendere facilè, promptum, & in manibus esse quod tuadeas: nam difficilia pro adynati, quæ fieri non possunt, haberi.

EGREGIVM VERO.) Ab honesto locus, quo te ipsis etiam Persis commendaturi sint, si Darij regis ipso indignantem necem ipsi hostes olim ipsius vindicaturi sint.

CAPVT V.

ARGVMENTVM.

Rex mouet castra versus Hyrcaniam, describitur mirum Zoberis fluminis ingenium.



*S*emma militum alacritate iubentium, quocumque vellet duceret, oratio excepta est, nec rex moratus impetum: tertioq; per Parthienem die ad fines Hyrcania penetrat. Cratero relicto cum ijs copys quibus præerat, & ex manu quã Amyntas ducebat, additis 100. equitibus, & totidem sagittarijs, vt ab incurfione barbarorum Parthienem tueretur. Erigyum impedimenta, modico præsidio dato, campeftri itinere ducere iubet. Ipse cum phalange & equitatu 150. stadia emensus, castra in valle, qua Hyrcaniam adeunt communit. Nemus præaltis densisq; arboribus umbrosus est, pingue vallis solum rigantibus aquis, qua ex petris imminentibus manant. Ex ipsis radicibus montium Zioberis amnis effunditur, qui tria fere stadia in longitudinem vniuersus fluit: deinde saxo, quod alueolum interpolat, repercussus duo itinera velut dispensatis aquis aperit, inde torrens, & saxorum per qua incurrit, asperitate violentior, terram præceps subit, per CCC. stadia conditus labitur, rursusq; velut ex alio fonte conceptus editur, & novum alueum intendit, priore sui parte spaciosior: quippe in latitudinem 13. stadiorum diffunditur: rursusq; angustioribus coercitus ripis iter cogit: tandem in alterum amnem cadit, Rhidigo nomen est. Incola affirmabant, quacunq; dimissa essent in cauernam qua propior est fontem rursus vbi aliud os amnis aperitur, existere. Itaque Alexander duos tauros, qua subeunt aqua terram, præcipitari iubet: quorum corpora, vbi rursus erumpit, expulsa videre, qui missi erant vt exciperent.

QUOCVNQVE VELLE, DUCERET.) Multum régis conspectus, ne dicam, vox, & tam amica, fortis & accommodata ad sensum militare oratio potest: Αλέξανδρος δ' ὄρων, inquit Siculus, τοὺς μακεδόνας τὴν ἐπὶ τῆς στρατείας τὴν Δαρείου τελευτὴν τάπτοντας, καὶ μεταίρετες ὄντας πρὸς τὴν εἰς τὴν παρσίδα ἐπείνοδον, τῆς μὲν ἀδρόσιας εἰς ἐκκλησίαν, καὶ λόγοις οἰκείους παρορμήσας, εὐπειθεῖς πρὸς τὴν ὑπολειπομένην στρατείαν παρεκέλευσε. Inter hac Alexander, Macedones Darij obitum militia finem sibi præstituisse, surrectusq; animis iam reditum in patriam moliri, videns, in concionem aduocatos, oratione ad præsens tempus idonea sic extimulauit, vt ad expeditiones, qua restarent, obsequentissimos haberet.

Plutarchus
in Alex.
Pag. 29.
apud Ar-
rian.

Plutarchus in eandem sententiam narrat de milite ab Alexandro ad vltiorem expeditionem incitato: Porro timens ne ad reliqua expeditionis torpesceret Macedones, reliquam multitudinem reliquit in statu. Delectissimos vero quum in Hyrcania secum haberet, ad viginti millia peditum & tria equitum proposuit, his à barbaris inuis ipsos per somnium visos esse: quod si commota tantum decepsissent Asia, mox adorituros illos velut feminas. Veruntamen abire iussit, si quis vellet, contestatusq; est, dum Macedonibus orbem terra subigit, ipso in negotio se cum amicis & voluntarijs militibus destitutum. Hac penè ad verbum in epist. ad Antip. persecutus est: qua cum dixisset, omnes conclamasse duceret, quo terrarum vellet. Horum explorata voluntate, procliue iam fuit inducere vulgus quod facile est assensum. Iustinus quoque: Omnibus deinde velut Darij morte, perpetrato bello, reditum in patriam expectantibus, cõinges & liberos suos animo iam quodammodo complectentibus, ad concionem exercitum vocat: Ibi nihil actum tot egregijs prælijs, ait, si incolumis Orientalis barbaries relinquatur: Nec se corpus, sed regnum Darij perisse, persequendosq; esse eos, qui à regno defecerint. Hac oratione, velut ex integro incitatis militum animis Hyrcaniam, Mardosq; subegit.

Iustinus
lib. 12.

AD FINES HYRCANIAE PENETRAT.) Multa quidem apud Curtium Hyrcaniae mentio est, sed hic proprius de illa dicendi locus.

Ptol. lib. 6.
Cosmogra-
phia.
lib. 11.
Arri. p. 69.

Hyrcania ex Ptolomæi descriptione à septentrione habet mare Hyrcanum, qua illud Medos respicit vsque ad ostia Oxi fluminis, ab occasu Mediam extremam, à meridie Parthiam, ab Oriente Margianam. Hyrcania, inquit Strabo, felix admodum & ampla est, vrbibusq; memorabilibus prædita, & Aristobulo auctore, siluosa, fluminibus diuiditur Oxo & Ocho, nullumq; maius Oxo præter Indica. Arrianus vero in 3. κεῖται δὲ ἡ ὑρχανία χώρα ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ βακτρα φερῆσης: καὶ τῆ μὲν ὁδοῦ ἀπείρουσται δασύσι καὶ ὑψηλοῖς, τὸ πεδίον δὲ αὐτῆς χαλεπὴ ἐστὶ ἐπὶ τὴν μεγάλην τὴν αὐτῆ θάλασσαν. Sita porro est Hyrcania ad lauam via, qua in Baetra ducit: atque hac quidem montibus densis ac præcelsis diuiditur. Campus vero eius in magnum mare, quod ex ea parte est, porrigitur.

ERIGYVM.) Nobilissimus & fortissimus hic belli dux fuit, qui quamuis æuo prouectus, tamen singulari certamine cum Satibarzane congressus, hoste cæso opima spolia retulit, vt infra narrabitur.

IPSE.) Alexander centum quinquaginta stadia, seu quatuor nostratia milliaria cum triente, ferè per asperrima locorum, vt Arrianus testatur, ad Hyrcaniae fines penetrauit.

Solin. p. 51.
cap. 21.

NEMVS PRAEALTIIS DENSISQVE ARBORIBVS VMBROSVM EST. Idem testantur alij scriptores, Aristobulus apud Strabonem, Arrianus, Plinius, Solinus, Gens, inquit hic, siluis aspera. Et siluæ illæ asperas quoque feras alunt, leones, tigres, pantheras, Copiosa, inquit, immambus feris, facta tigribus,

Gribus. quod bestiarum genus insignes maculis nota & pernitas, memorabile reddiderunt. fuluo nitent: hoc fuluum nigrantibus segmentis interundatum, varietate apprimè decet. pedum motum nescio velocitas an pernicacia magis adiuuet. nihil tam longum est, quod non breui penetrrent: nihil adedò antecedit, quod non illico assequantur. ac maximè potentia earum probatur, cum maternis curis incitantur, cum catulorum insistant raptoribus: succedant sibi equites licet, & astu quantolibet amoliri prædam velint, nisi in præsidio maria fuerint. frustra est ausum omne. Notantur frequentissimè, si quando latrones suis asportatis catulis renauigantes vident, in litore irrita rabie cernuari, velut propriam tarditatem voluntaria castigantes riuua: quamquam defectu vniuersæ via, vix vnus queat subtrahi. Panthera quoque numerosa sunt in Hyrcania, minutis orbiculis superpicta: ita vt oculatis ex fuluo circulis, vel carula, vel alba distinguatur tergi supellex. Tradunt odore earum & contemplatione armenta mirè affici, atque vbi eas persentiscant, properatò conuenire, nec terri nisi sola oris toruitate, quam ob causam Panthera, absconditis capitibus, quæ corporis reliqua sunt, spectanda præbent, vt pecuarios greges stupidos in obrutu populentur securâ vastatione. Sed Hyrcani, vt hominibus intentatum nihil est, frequentius eas veneno quàm ferro necant. Aconito carnes illinunt, atque ita percompita spargunt semitarum: quæ vbi esæ sunt, fauces earum angina obsidentur. ideo gramen *καρδαλιά γρῆς* appellauerunt. Sed Panthera aduersus hoc virus excrementa humana deuorant, & suoapte ingenio pesti resistunt. Lenta illa viuacitas, adeo vt eiectis interaneis, mortem diu differant. In his siluestribus & Pardi sunt, secundum à Pantheris genus, notis satis, nec latius exequendi: quorum adulterinis coitibus degenerantur parvus leoniarum, & leones quidem procreantur, sed ignobiles.

Præcinuit huic Mela: Silua alia quoque dira animalia, verum & Tigres ferunt. vtique Hyrcania seuum ferarum genus, & vsque edè pernix, vt illis longè quoque progressum equitem consequi, nec tantùm semel, sed aliquoties etiam cursu, vnde cæperit, subinde repetito, solitum & facile sit. Causa ex eo est, quod vbi ille interceptos earum carulos citus cæperit auebere, rabiem appropinquantium frustraturus, astu vnum de pluribus omittit: hæ proiectum accipiunt, & ad cubilia sua referunt: ruusumq; & sapius remeant, atque idem efficiunt, donec ad frequentiora, quàm adire audeant, profugus raptor euadat.

PINGVE VALLIS SOLVM.) hoc infra alio capite plenius exponit.

ZIOBERIS AMNIS EFFVNDITVR.) Nusquam hoc nomen fluminis, nisi apud Curtium lego. Siculus Stiboëten appellat, eademque ferè apud vtrumque eius est descriptio, fusior tamen apud Curtium: Radicibus, inquit Siculus, subiectum erat antrum, Dijs ipsi non indecorum, ex quo Stiboëtes fluvius ingens erumpit. Qui concitato impetu per tria circiter stadia decurrens, ad saxum quoddam repercutitur, quod *numma* formam referens, vastum terra biatum infra se habet. Quo iam in geminum diuisus alueum, magno cum fragore se præcipitat; vndisq; ad petram allisis, totus in spumas conuersus, per stadia trecenta deinceps sub terra voluitur: donec nouum quasi ortum sibi rursus aperuerit.

Siculus p.
547. p. m.

ALVEOLVM INTERPOLAT.) Alueolum vocat, cum Siculus flumen ingens appellet.

INTERPOLET.) Constantiensis manu exaratus exertè habet interpellet, quomodo etiam Acidalius legendum putat, cuius vtilem hic annotationem subiungam. Vbique ferè turba & confusio in verbis interpolat, interpellat, suppositis inuicem sibi, nec locum suum tuentibus præ iniuria alterna. Hic quidem interpellat esse verius putem, quod præferunt quidam è vulgatis. Atque idem rectè lib. 4. repositum 71. à Modio: Quippe multam harenam vicinum mare euomit, nec saxa cotelsque, quæ interpellent (pecus, obstant. vbi vulgè interpolent. Illud etiam inferius legitur hoc libro: Otium interpellandum erat bello, quo loco non constituo, an melius, interpolandum. Bonum & elegans vtrumque. At alibi non nisi alterum legendum. lib. 4. Silentium gemitu interpolabo. Lib. 6. Satietaem epularum, ludis interpolabat. In Manilio dubitavi quoque iam olim lib. 3.

Acidal. p.

Et modò decet aliud, modò adest, vicibusque recedit,
Aut redit, atque alio mutatur tempore tempus,
Interpellatum variantum forte dierum.

Dubitavi, an non rectius interpolatum: maximè ob præcedens verbum mutatur.

ERVMPIT.) Si ad proximum referas, erumpunt erat dicendum. Curtius amnem respexit, nè fortasse, vti putat Acidalius, si erumpunt dixisset, de duobus tauris, non aquis acciperetur.

CCC. STADIA.) Nouem milliaria supra duodecim stadia. deinceps non adnumerabo tibi milliaria, quæ ipse facillè cognosces, si ipsa stadia quanta & quotacunque fuerint, per triginta duo partitus fueris: vnum quippe milliare Germanicum, triginta duo stadia efficiunt.

RHIDAGO NOMEN EST.) Nec hoc nomen apud alios meminisse legere. Nam quod nonnulli Rhindacum ex Rhidagone faciunt, procul à vero abeunt. Rhindacus enim Stephano est ciuitas inter Hellepontum & Phrygium, vnde Rhindaceni populi seu ciues. Plinio idem nomen est fluiuius inter eundem Hellepontum & Phrygiam, qui mille prope parasangis abest ab Helleponto & Phrygia. Glareanus Syderinà Plinio dictum putat, coniectura dubia & inepta. Boccatus Florentinus pro Zioberi Zebetis videtur legisse, gerræ.

CAPVT VI.

ARGVMENTVM.

Nabarzani Bessi socio supplici promittit veniam
& publicam fidem.

*V*artum iam diem eodem loco quietem militē dederat, cum literas Nabarzanis, qui Dariū cum Besso interceperat, accipit, quarum sententia hac erat: Se Dario non fuisse inimicum, imo etiam quae credidisset utilia esse, suasisse: & quia fidele consilium regi dedisset, prope occisum ab eo. Agitasse Dariū custodiam corporis sui contra ius fasque peregrino militi tradere, damnata popularium fide, quam per CC. & XXX. annos inuiolatam regibus suis praestitissent Persae. Se in praecipiti & lubrico stantem, consilium à praesenti necessitate repetisse. Dariū quoque cum occidisset Bagoam, hac excusatione satisfacisse popularibus, quod insidiatem interemisset. Nihil esse miseris mortalibus spiritu charius. Amore eius ad ultima esse propulsum: sed ea magis esse secutum, quae coegisset necessitas, quam quae optasset. In communi calamitate suam quemque habere fortunam. si venire se iuberet, sine metu esse venturum. Non timere ne fidem datam tantus rex violaret, Deos à deo falli non solere. Ceterum si cui fidem daret, videretur indignus, multa exsilia patere fugienti. Patriam esse, ubicunque vir fortis sedem sibi legerit. Nec dubitauit Alexander, fidem, quo Persae modo accipiebant, dare inuiolatum, si venisset fore.

NABARZANIS.) Chiliarchæ Darij, vt Arrianus appellat; praetoris, vt Curtius: illustri loco fuisse inter Persas idem testatur Arrianus, de quo plura mox cap. 10.

QVIA FIDELE CONSILIVM REGI DEDISSET PROPE OCCISVM AB EO.) Quam fidele consilium fuerit supra lib. 5. c. 19. cognouisti, cum suasisit, vt regnum Besso interim traderet. quo Darius ira incitatus: *Pessimam*, inquit, *mancipium*, reperisti optatum tibi tempus, quo parricidium aperire: *strictoq;* acinace interfecturus eum videbatur, & hoc est, quod hic dicit, se poenè occisum.

CVSTODIAM CORPORIS PEREGRINO MILITI TRADERE.) Suadentibus Artabazo & Patrone duce Graecorum. Sed recusauit Darius, dixitque serò se perire, si sui saluum esse nolerent.

* Noster Salianus nō nisi CC. VIII. numerat, vt alibi plenus ostendimus, caufamque adijcimus.

* CCXXX. ANNOS.) Tam diu enim regnum Persarum steterat. Speciosum argumentum. In easdem difficultates & consilia Alexander incidit, quando exclusis popularibus & Graecis, se Persis permittere voluit, vt habes lib. 10. c. 6.

CONSILIVM A PRAESENTI NECESSITATE REPETISSE.) Accidalius & è necessitate reperisse, & à necessitate repetisse laudat, cum vtrumque in eundem sensum cadat. Nam reperisse refertur ad necessitatem, quae vt praesens tempus ferebat, consilium etiam fuggerebat. repetisse etiam à necessitate, quid illa suggereret tali tempore, nempe vt Dariū insidiatorem vitæ meæ, interficerem, sicut ille Bagoam sibi insidiantem interfecerat.

CVM BAGOAM OCCIDISSET.) Hærebis lector, vbi decimo huius libri capite legeris, Bagoam à Nabarzane, mortuo iam antè Dario, ad Alexandrum adductum, cuius precibus, elegantis nempe spadonis & flore ætatis Alexandro gratissimi, rex Nabarzani parricidæ Darij ignouerit, quem hic Curtius etiam Dario in delicijs fuisse docet, à Dario tamen occisum, & hic demum Alexandro donatum, an Spado ille viuis rursus ab inferis extiterit?

Res ipsa non Gordium nodum, sed facilem solutu habet quæstionem; duos aio fuisse Bagoas cognomines, vtrumque eunuchum, illum occisum à Dario, seniore, hunc poenè puerum Alexandro à Nabarzane donatum. Hoc ex ipsis scriptoribus ostendo. Hunc enim muneris loco adductum ad Alexandrum testatur Curtius in ipso flore pueritiæ fuisse; alterum prouectæ ætatis ex ratione temporum apud Siculum fuisse constat. Egerat enim iam olim apud Ochum Artaxerxem tribunum militum, seu chiliarcham, & multa mala facinora iam tum designabat, etiam præter ea, quibus postea totam stirpem regiam Ochi pessimis artibus & veneficijs extinxit, vt paulò ante è Siculo didicisti. Nam Olymp. 107. anno 3. Mentori Sidonis proditori collega additus rem in Aegypto gessit: de cuius improbitate iam tum elucente Siculus ait: οὐνεργατέροδ' αὐτῶ (μέντορ) βαγίας ἢ μά-

l. 17. p. 490.
Lib. 16. p.
447.

1566

ἡ δὲ βασιλεὺς ἐπιστῆς, τόλμῃ καὶ παρανομίᾳ διαφέρω. *Commilito huius & imperij socius Bagoas vir audax, & ad omne facinus iniquum, ut nemo quisquam, promptus, cui plurimum rex fidebat. Erat ergo ille Bagoas, à Dario postea occisus, Olymp. c. vii. anno III. iam chiliarcha Artaxerxis, & tribunus militū, cui maxime rex fidebat, & totum imperium tractandum commisit, ita ut Mentor imperium maris, Bagoas terrarum administraret, minimumque iam tum annum ageret trigessimū. non enim pueris committuntur administrationes regnorum. His accedunt anni vnus & viginti. Ita Bagoas ille minimum quinquagesimum superasset. Est ergo hic planè diuersus ab illo, quem Darius interfecit. Quod autem idem hic nomen cum illo tulerit in promptu causa est, quod & hic Eunuchus esset, Eunuchos autem Persæ Bagoas seu Bagoñ, Plinio teste, appellabant. Clarissima omnium, inquit, quas regias appellauere ab honore, quoniam regibus tantum Persidis seruabantur Babylone nata in vno horto Bagoon. Ita enim vocant spadones, qui apud eos regnauere.*

Lib. 13. c. 4

HAC EXCVSATIONE SATISFECISSE POPVLARIJBVS QVOD INSIDIANTEM INTERFECISSET) Quæris, quid causæ fuerit, quamobrem potentissimus rex Persarum, & vnicus dominus Darius, hic vltimus quodammodo causam apud subiectos, propter vnum spadonem occitum dicere coactus sit, & rationem cædis popularijbus reddere?

Bagoas hic senior eo potentia venerat, ut regnum Persarum administraret, regeque defuncto alium pro suo arbitratu sufficeret, eundemque, si displiceret, occideret. & alium rursus ad regium fastigium extolleret. Vnde toti regno Persarum, Persisq;e omnibus tam notus erat, quam rex ipse. Ipsius nefaria facinora, cædes & parricidia præter ipsum ferè norat nemo. De potentia ipsius hæc Siculus: *Bagoas, in superioris Asia Sarrapjjs regis loco dispensans omnia, eo potentia per illum cum Mentore rerum omnium communicationem ascendit, ut regnum in potestate sua haberet, nec Artaxerxes quicquam absque eius voluntate ageret. Eoque defuncto imperij successores in reliquum perpetuo ipse diceret & crearet, & omnia regis munia, præter solum nomen vsurparet.*

Sic. p. 448.

Audisti potentiam, scelera quoque non quidem omnia, sed maxime huc pertinentia supra iam ad cap. 4. huius libri cognouisti, quomodo regiam Ochi stirpem virilem impius Bagoas deleuit, & Dario quoque insidiatus sit, sed insidiantem rex occuparit, & coactum medicatam potionem bibere occiderit. Huius ergo rei rationem Persarum proceribus Darius reddidit, & de cæde parricidæ Bagoæ satisfecit. qua defensione vsus etiam est hic Nabarzanes, quod necem sibi paratam anteuertērit, & in auctorem conuerterit.

Nihil spiritv charivs)

Nil spiritu mort alibus dilectius.

inquit Senarius:

Πανταχῶ ζῆν ἢ δὲ μάλλον ἢ θανεῖν τοῖς σώφροσιν
Vbiq;e viuere dulcius est, quam mori prudentibus.
 Πᾶσι γὰρ φίλη ψυχὴ βροτοῖς.
Omnibus enim mortalibus cara vita est.

Multa passim apud scriptores & poetas in hanc sententiam leges, quæ tanquam per se nota prætermitto.

AMORE EIVS) Darij, an vitæ? Darij hic accipio, affirmat Nabarzanés se studio seruandi Darij ad vltimum periculum deductum, sed tandem necessitati magis, quam voto paruisse.

IN COMMVNICALAMITATÈ) Quisq;e habet suam fortunam publicis in cladibus.

DEOS A DEO FALLI NON SOLERE) Ecce verò palpum. Non ignorabat Nabarzanés Alexandrum voluisse videri Iouis Hammónis filium.

PATRIAM ESSE VBICVNQVE VIR FORTIS SEDEM SIBI LEGERIT)

Omne solum forti patria est, ut piscibus aquor.
 Πατρίς γὰρ ἐστὶ πᾶσιν ἂν πρᾶττης ἐστ.

Iterum gnome communis, de qua multa passim gnomologi.

QVOPERSAE MODO ACCIPIEBANT) Persarum reges quando foedus cum Græcis feriebāt, aut fidem publicam ad se adeundi dabant, tum hos ritus seruabant, vti Xenophon docet. Iurabant barbari (scilicet Persæ) se sine malo dolo deducturos. Hoc autem iurabant, & simul super clypeum maestabant caprum, taurum, lupum, & arietem, sanguine Græci quidem gladium, barbari autem hastam tingebant. Verba Xenophontis sunt: Οἱ δὲ βάρβαροι προσώμοισιν καὶ ἡγήσασαν ἀδολώς. ταῦτα δὲ ὤμοσαν σφάραγτες κίπρον καὶ ταύρον, καὶ λύκον καὶ κριὸν εἰς ἀσπίδα, βάπτοντες οἱ μὲν Ἕλληνες ξίφος, οἱ δὲ βάρβαροι λόγχην.

Li. 2. p. 276

Dabant & dextram fidei testem, ut idem docet. Nam ita de Clearcho & Tissapherne testatur. *Li. 2. p. 281.*
 καὶ ὤμοσαν καὶ δεξιὰς ἔδωσαν τισᾶ φέρνης καὶ τῆς βασιλείας γυναικὸς ἀδελφός, τοῖς τῶν Ἑλλήνων στρατηγοῖς, καὶ λοχαγοῖς, καὶ ἐλαβον παρὰ τῶν Ἑλλήνων. Iurarunt & dextrās dederunt Tissaphernes & frater coniugis regis, ducibus Græcorum & decurionibus, ac vicissim ab illis accipiebant. Sed de dextra pro fidei pignore data ad locum hunc illustrandum non pauca collegit Briffonius l. i. de regno Persarum, vbi locum hunc ipsum Curtij laudat, vti dignum iudicauerimus, qui è Briffonio huc transcriberetur. *Reges verò dextrā dant, & dextram fidei testem, ut idem docet. Nam ita de Clearcho & Tissapherne testatur. Li. 2. p. 281.*

Pag. 10.

Ita data fidei suam obstringebant, eratque hoc sanctissimum fidei pignus: & vti Diodorus Sic. lib. 18. loquitur.

τὴν ἢ πίστις αὐτῆς Βεβαίωται παρὰ τοῖς Πέρσους. Proinde, ut ibidem Diodorus narrat, cum Sidonij aduersus
 regem Artaxerxem rebellassent, Mentor, qui in ea ciuitate opibus auctoritateque pollebat, sibi cauens, The-
 ssalio nem famulorum fidissimum ad regem gratiam hanc ab eo inire studens, misit, qui ei nunciaret, sibi in
 animo esse, Sidonios populares suos prodere, & cum eo in bellum aduersus Aegyptios proficisci, fortemque
 ac fidelem operam ei polliceretur, ut qui locorum gnarus esset. Quem nuntium grato animo rex accepit, de-
 fectionisque se Mentori gratiam facere, ac veniam dare dixit, dummodo promissa impletet: dona quoque
 amplissima daturum se recepit. At Thessalio, nudo regis sermone minimè contentus, insuper fidei vinculum,
 dextram regis postulauit, hoc ei à domino nominatim mandatum esse dicens. Quam rem in contumeliam rex
 accipiens, quasi dicto suo fides non haberetur, in dubiumque verba eius vocarentur, continud à licitoribus rapi
 Thessalio nem, & ultore gladio ferri iussit. At ille, cum facturum quidem regem quod ei libuisset, exclama-
 ret, sed Mentorem, cui ea omnia prestare qua pollicebatur, in promptu erat, nihil prorusus effecturum, quod rex
 ei fidem dare detrectasset, percussit eo dicto animum regis: qui penitentiā ductus, sententiā mutauit, reuo-
 catoque Thessalio, dextram porrexit, & eum abire permisit. Xenophon in libro de Agesilai laudibus, Κόρυς
 δ' ὁ τῶν Παρθαγόνων ἀρχὴ βασιλεῖ μὲρ οὐχ ὑπὴρθε δεξιᾷ μὲρ πύρρι. Sic fide data, Artaxerxem sibi Men-
 torem conciliasse, Georg. Gemistus Plethon narrat lib. 2. his verbis: Μένορα δὲ διὰ τὸ δεξιᾷ δόντα, περιποίη-
 σε μείγην γὰρ αὐτῆ παρὰ Πέρσους πίστις. Aemilius Probus in Datame, de Mitbridate, Namque is pollicitus est
 regi, se eum interfecturum, si ei rex promitteret, ut quodcunque vellet, liceret impunè facere, fidemque ea de
 re, more Persarum, dextra dedisset: hanc ut accepit, simulat se suscepisse cum rege inimicitias. Darius certè,
 multis vulneribus à cognatis confossus, cum spirans adhuc, ab vno ex Alexandri militibus, quem captiuus
 Persica lingua peritus comitabatur, ex voce, indigenam adesse cognouit, perferri quadam Alexandro iussit,
 & in his hac: Quod ad necis sua ultionem pertinebat, iam non suam, sed exempli, communemque omnium
 regum esse causam: quam negligere illi & indecorum esset, ac periculosum: quippe cum in altero, iustitia e-
 ius, in altero, etiam vtilitatis causa versaretur. In quam rem vnicum pignus fidei regia, dextram se ferendam
 Alexandro dare dixit: posteaque porrecta manu, expirauit. Et hoc est, quod Plutarchus in Alexandro, Dariū
 data Polycrati manu, in his nouissimis vocibus defecisse refert: Ἀλέξανδρ' ἀποδοῦσε σοι τὴν χάρην, Ἀλέξαν-
 δρ' οὐδὲ οἱ θεοὶ, τῆς εἰς μητέρα, καὶ γυναῖκα, καὶ παῖδας τοὺς ἐμούς, ἐπιεικείας, ὡς ταύτην δίδωμι τὴν δεξιᾷ διὰ σέ. Sed
 & apud Xenophontem lib. 3. παρὰ Κόρυς Cyrus Gobriam alloquens, Ἐγὼ ἀληθεύμεν' δίδωμι τέ σοι τὴν ἐμὴν καὶ
 λαμβάνω τὴν σὴν δεξιᾷ, θεοὶ δὲ ἡμῖν μέγιστοι ἔσωσάν. Eodemque modo, obsides Hyrcanij Cyro fidem dant,
 & accipiunt. Nam cum Cyrus eos interrogasset, num haberent quo fidem obligarent, & vera se dicere testa-
 rentur: ipsi vicissim καὶ σὺ, αἰνῶν, ἡμῖν θεῶν τε πίστις ποιήσομεν, καὶ δεξιᾷ δὲς, ἵνα φέρωμεν καὶ τοῖς ἄλλοις ταῦτα ἀ-
 περ ἂν αὐτοὶ λάβωμεν παρὰ σέ. Ἐκ τούτων τὰ πιστὰ διδῶσι μὲν αὐτοῖς, ἢ μὴ, ἐὰν ἐμπροσθε μὲν ἀλέγῃσι φῶς φίλοις,
 καὶ πιστοῖς χριστάδων αὐτοῖς. Idem & apud Parthos receptum fuisse, Ioseph. lib. 18. Antiq. Iud. cap. 12. ita scri-
 bit: ὁ δὲ Ἀρταβαν' τῆς τε πατρῴας θεοῦς ἐπέμνωτο, καὶ ἐμὲ κακὸν δρᾶσαι αὐτῆς καὶ τὴν δεξιᾷ ἐδίδε' ὅπερ μέ-
 γιστον παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν βαρβάρους παράδειγμα τῶν βαρβάρων γίνεται τοῖς ὁμιλήσοις, οὐ γὰρ ἄν ψεύσατο τις,
 δεξιᾷ ὑπ' αὐτῆ δόσεως γενομένης, οὐδὲ πιστεῖν ἐν δόξασοιμ', εἰ τοιῶδες ἀσφαλείας δόσις γένοιτο, παρὰ τῶν ἐμῶν
 ὑπολίαν ἀδικήσοιμ' καθεσκότω. Dio Chrys. περὶ ἀπιστίας: Τίσα φέρηνς δὲ οὐκ ἔμοιγε μὲρ τοῖς περὶ Κλέαρχον
 τὶ δὲ ὁ βασιλεὺς, οὐχὶ καὶ τοὺς βασιλεῖς θεοῦ καὶ τὴν δεξιᾷ ἀπέσειλε;

Ex quibus lumen accipit, quod Q. Curtius lib. 6. scribit Alexandrum fidem quo Persa more accipiebant
 Nabarzani dedisse. Idemque lib. 8. de eodem Alexandro, Latus, ait, simplicitate Barbari, rex dextram, fidei
 sua pignus, dedit.

Iurauit ergo Nabarzani Alexander, dextraque internuncio data, tellatus est non violatum
 iri.

CAPVT VII.

ARGVMENTVM

Hyrcaniam ingreditur, quam Curtius cum Caspio
 mari describit.



Vadrato tamen agmine & composito ibat, speculatores subinde prater-
 mittens, qui explorarent loca. Leuis armatura ducebat agmen, phalanx
 eam sequebatur, post pedites erant impedimenta: & gens bellicosa, &
 natura situs difficilis aditu, curam regis intenderat. Namque perpetua
 vallis iacet vsq. ad mare Caspium patens. Duo terra eius velut brachia
 excurrunt, media flexu modico sinum faciunt Luna maxime similem,
 cum eminent cornua nondum totum orbem sidere implente. Cerceta &

Mosini,

Mosini. & Chalybes à leua sunt: ab altera parte Leucosyri. & Amazonum campi: & illos quà vergit ad Septentrionem, has ad occasum conuersa prospectat. Mare Caspium dulcius ceteris. ingentis magnitudinis serpentes alit: piscium in eo longè diuersus ab alijs color; quidam Hyrcanium appellant. alij sunt qui Maotim paludem in id cadere putent, & argumentum afferunt, aquam, quo dulcior sit quàm cetera maria. infuso paludis humore mitescere. Ad Septentrionem ingens in litus mare incumbit, longè que agit fluctus, & magna parte exestuans stagnat. Idem alio cali statu recipit in se fretum, eodemque impetu quo effusum est, relabens, terram natura sua reddit: & quidam credidè, non Caspium mare esse, sed ex India in Hyrcaniam cadere, cuius fastigium (vt supra dictum est) perpetua valle submittitur. Hinc rex viginti stadia processit, semita propemodum inuia, cui silua imminabat: torrentesque & eluuiæ iter morabantur, nullo tamen hoste obuio penetrant, tandemque ad cultiora peruentum est. Præter alios commeatus, quorum tum copia regio abundabat, pomorum quoque ingens modus nascitur, & vberimū gignendis vuis solū est. Frequens arbor faciē quercus habet, cuius folia multo melle tinguntur: sed nisi solis ortum incola occupauerint, vel modo tepore succus extinguitur.

QUADRATO TAMEN AGMINE) Iam suprà de hac forma, & alijs etiam disputatum, verbo dico. Quadratum agmen est, cuius latera, tergum, & frons æqualia sunt, vel latitudo maior est longitudine, nec contra. appellaturque recta acies. Causam addit, quod exercitum Imperator semper quasi in hostico paratum ad pugnam habeat.

LEVIS ARMATVRA) velites hasta, clypeo, gladio, & galea instructi.

DUCEBAT AGMEN) præcessit, iustum exercitum & phalanga.

POST PEDITES) post phalangem sequebantur impedimenta, sarcinæ, machinæ, arma, cum lixis, calonibus, fæminis, opificibus.

GENS BELLICOSA) Hyrcani præsertim montani, qui transeuntis etiam Alexandri agmen extremum, quod ex Agrianis constabat, carpebant, sed iaculis repulsi sunt, vt docet Arrianus. Verè gentem siluis asperam appellat Solinus, quod feris etiam, quas alunt, immanissimis paria fortiti videantur ingenia.

CVRAM REGIS INTENDERAT) vt cautè, & composito agmine, instructaque acie procederet.

PERPETVA VALLIS IACET VSQVE AD MARE CASPIVM) An Strabo de hoc situ locutus? Qui ad sinistram, inquit, in Caspium mare intranti offeruntur Nomades, à nostris hodie appellantur Daa & cognomento Parni. Pòst solitudo est, sequitur Hyrcania. exinde mare altum iam fit, donec Medicos & Armenios attingant montes. Horum montium radices in Luna formam curuantur, quæ ad mare desinentes, intimum maris sinum efficiunt. En quod de Luna dicit Curtius, idem Strabo testatur.

Sed quæ sequuntur de Cercetis, Chalybibus, & Mosinis, alijsque, ægrè cum his locis, & alijs scriptoribus concilies. Quod & Glareanus animaduertit, quando annotauit: *Vel ex hoc loco patet, quomodo nimis eam Septentrionis partem coarctarint Herodotum secuti auctores. Hyrcania enim sola hunc sinum non facit in modum Luna. Nec quos hic enumerat populi à Septentrione huic mari sunt: sed ab occasu longè inter se disiti, maximè verò Cercetæ ac Leucosyri: quorum alteri in Bosphoranis, alteri ad Themiscyram, ad quam etiam Amazonas ipse hic auctor paulò pòst descripturus est: Chalybes ad Pharmaciæ: vt inquit Strabo lib. 12. Ptolemæus, Amazonas suprà Alexandri columnas ad Rhasiuum, qui nunc Rutenis siue Moschouitis Volga, Tartaris Edel vocatur, ponit. Quibus ad meridiem posuit Turcos: quædam & in Græcis & in Latinis codicibus id nomen malè in Tuscos mutatum legimus. Moschicos montes Ptolemæus ponit Iberis ac Albanis ad meridiem: Attingunt autem Caspium mare. Moschica, inquit Strabo libro 11. tripartita est: nam partem habent Colchi, partem Iberes, partem Armenij. De Moschouitis, latis latis Tima hodie regione &c. Videtur Mosinos, Moschos interpretari, quos & * Strabo cum Cercetis coniungit. Sed fallitur Glareanus, Leucosyros valde hinc remouet Strabo * eisdemque Cappadoces esse affirmat.*

CERCETAE) ad Ponticum mare coluisse Melas tradit. Reliqua eius, fera & incultaque gentes vasto mari asidentes tenent Melanchlani, terrestria Sexfolya, Coraxi, * Phtirophagi, Heniochi, Achai, Cercetici. Dionysius iuxta Euxinum eisdem Cercetas seu Cercetios collocat: ---- οἱ πέλας τοῦ εἰνοῖο

Κερκέτιοι? Ορέται τε καὶ Ἀλκηνεῖς Ἀχαιοί.

Post hos Cercetij iuxta quos Axenus altis

Fluctuat aquoribus, nec non Oretæq; feroces &c.

Liberè vt vides. Melius qui ad verbum.

--- Et qui propè Euxinum

Corcetijque, Oretæq; & Arenui Achai.

Ad quem locum Eutathius: Εκεί δὲ, φησὶ, καὶ οἱ Κερκέτιοι ὧν ἡ χώρα Κερκετός λέγεται. Παρακειμένη τῶν προειρημένων Καυκάσω. Ibi, inquit, & Cercetii, quorum regio Cercetus dicitur, Caucaso prædicto ad sita. Eisdem

l. ii. p. 350.

Glar. num. 92. Ad lib. 7. Curtij, p. 177. ipsius editionis.

* P. 343.

* P. 373.

* Ledis fresser

Pli. l. 6. c. 5.
Strabo. l. 11. p. 559.
*Sunt di-
uerfi à
Græcis,
inde tamē
oriundi.
Strabo
p. 342.
*Longo-
bardi
*pag. 567.

ofdem Cercetās Plinius in Colchica regione ponit. Strabo: περι τῆν λίμνην, inquit, Μαῶται πρὸς δὲ τῆν θάλαττην τῆ βόσπορος κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐστὶ καὶ ἡ Σινδική, μετὰ δὲ ταύτην * Αἰχμοί, καὶ ζύγοι καὶ ἠνίοχοι, Κερκέται δὲ καὶ Μακροπόγωνες. Circa Maotidem paludem sunt Maotæ, & ad mare Bosporanum Asia est, & Sindica sequuntur Achai, Zygi, Cercetæ, Heniochi & * Longobarbi. Idem * infra, A Batis Artemidorus Cercetorum oram recenset, stationes habentem & pagos ad stadia ferè 100000 L. (ita numerum interpretis emenda vitiosè impressum: in Græco enim est, 5 αἰθες ὀκταχόσις, hoc est octingenta stadia) Tum Achaorū & quæ sequuntur, Stadia porro octingenta efficiunt milliaria nostratia quinque & viginti. Atque hæc de Cercetis.

MOSSINI) Mosyni legas, non Mossini, vt vulgò & in Modianis etiam editionibus. nec Moschi, vt Glareanus. Et Mosynorum, seu Mosynum, mentio apud Periegetem; & eius interpretem Eusta-

--- καὶ οἱ μούσυνας ἔχουσιν
Δύρατες ---

Et qui turres (domos) habent ligneas.

lib. 5.

Eustathius: τοὺς μούσυνας περὶ φράζουσι ἢ ἐτυμολογῶν ὁ Διονύσιος λέγει μούσυνας ἔχειν δύρατες ἢ γὰρ ζυλάδας. Dionysius describens populos qui in adibus seu turribus ligneis degunt, & vocis originem ostendens, dicit illos habere turres seu domos ligneas. Hi ferina & glandibus vescuntur. Strabo autem illos dictōs ait à Mosynis seu turribus Xenophon tradit hos vti in cibis condicendis adipe delphinum, non secus ac Græcos oleo abundare, multa nuce solido nec fisso cortice, filios ait ali saginarique coctis & elixis nucibus, eosque esse teneros & admodum candidos, nec multo cibo indigere, perinde longos ac crassos. Vinum quoque apud illos nasci, quod merum purumque sit quidem amarum, sed mixtum & temperatum, dulce & gratissimi odoris. Albos omnes tam viros, quam fæminas. Sunt, inquit, ibi barbarissimi & inconditissimi, omniaque publicè inter multos & turbas faciunt, quæ solent etiam in siluis & solitudine. In itinere soli perinde se gerunt, ac si essent & ambularent cum multis. Ridebant enim, inquit, & secum ipsi colloquebantur & saltitabant, consistentes vbi (nox) aut casus illos deprehenderit. Audiamus & Geographum de Mosynis narrantem:

Lib. 12. p. 643.

Vniuersi qui montana ista incolunt, planè sunt feri. Sed Septempaganorū feritas omnium, reliquorum superat feritatem: nam eorum quidam etiam in arboribus aut turriculis habitant, quacum Mosyn dicantur, ipsis Mosynacorum appellatio inde obrigit Carnibus ferinis, & glandibus arborum victitant. Insidiantur autem iter facientibus, in eos de suis desilientes turriculis. Septempagani etiam tres Pompeij cohortes conciderunt, cum ea per montes istos iter facerent. nam insani mellis crateras eis propinauerunt in itinere, quod arborum summa ferunt germina: eo potò iam mente abalienatos adortifacilè interfecerunt. Horum barbarorum quidam etiam Byzeres fuerunt nominati.

Lib. 1. v. 0. ce Chalybes.

Accipe & Melè verba: Mossynaci (ita Mosynes vocat) turres ligneas subeunt, notis corpus omne perfingunt, propatulo vescuntur, promiscuè concumbunt, & palàm reges suffragio deligunt, vinculisque & arctissima custodia tenent: atque vbi culpam præuè imperando meruerit, inedia diei totius afficiunt. Ceterum asperi, inculti, pernoxij appulsis: deinde minus feri.

Li. II. p. 378

CHALYBES) Hos ita Geographus describit: Ceterum qui nunc vocantur Chaldæi, Chalybes antiquitus fuerunt nominati: penes quos potissimum Pharnacia est. Huic à mari commodat pelamydum captura, qui pisces ibi primum capiuntur. in terra autem ei prosunt metalla, nunc quidem ferri, prioribus vero temporibus etiam argenti. Omnino autem istis in locis ora maritima prorsus arcta est: statim enim imminet montes metallorum pleni, ac siluarum: agri parum colitur. itaque victus relinquitur metallorum fossoribus è venis eorum: mare autem versantibus, è piscatura, pelamydum maxime & delphinorum. quidam greges piscium sectantur, cordylæ potissimum, thunni, ac pelamydis: pingues redduntur, ac facilè capiuntur, dum escam querentes audidius, ad terram accedunt. hi ergo soli concidunt delphinos, & adipem eorum copiosum ad omnis generis vsus adhibent. Hos itaque censeo à poeta vocari Halizonos in recensione post Paphlagonas.

Duxit Halizones Odiusque & Epistrophus vnà
Ex Alyba procul, argenti quà vena fecatur.

siue scriptura mutata ex Chalyba est in Alybam: siue homines isti olim Alybes pro Chalybibus dicti sunt. Neque enim nunc quidem pro Chalybibus Chaldæi potuerunt dici: quondam autem non potuerunt ex Alybibus Chalybes fieri, præsertim cum vocabula multis sint obnoxia mutationibus, maxime barbarica.

Lib. 12. pa. 378. & seq. Pag. 100.

Disputat dein Strabo multa de nominum apud varias gentes permutatione, reditque ad Alazonas: nobis hæc ad locum præsentem sufficiant. Audiamus etiam Dionysium:

Τοῖς δ' ἐπι καὶ χάλυβες εὐφελῆ καὶ ἀκηρέα γαῖαν
Ναῖσιν, μογερεῖ δὲ ἀκρότες ἔργα σιδῆρεα,
Οἷσα βαρυδέθροισιν ἐπ' ἀκμοσίν ἐσκηῶτες,
Ὅποτε παύοντα καμδίε καὶ οἰζύου ἀνῆς.
Post hos autem etiam Chalybes duram & sæuam terram
Habitant, laboriosi edocti fabricam ferri:
Qui quidem graui sonas (grauifremas) ad incudes stantes
Nunquam cessant à labore & ærumna graui.

Ad quem locum Eustathius: τὰς τοὺς χαλύβας ἄλλοι χαλύβας ἐκάλεσαν (ἐβίβου δὲ εἰς Ποντικόν, παρὰ τῶν θερμῶν δοντι) ἀρῶν σίδηρον φασίν, ἐξάγεται ὁ πρὸς τὰ σόματα ἐπαγόμενον, ἴτοι πρὸς τὰ σωματά. ὁ δὲ χαλυβικός κινῶν, καὶ πλεονασμῶ τῶ δ-, χαλυβδικός παρὰ τῶν Λυκόφρονι, ὁ δὲ ἀρίστῃ σίδηρος. Ἀρριανὸς δὲ οὕτω φησὶν, χαλύβες πρῶτοι ἀνθρώπων ἀτίαν ἐχούσι χαλκεία σάμα σίδηρον. Ξενοφῶν δὲ ὀλίγως τε αὐτοὺς εἶναι λέγει, καὶ τῶν Μοσυνοίκων ὑπάρχουσιν καὶ τὸν βίον αὐτῶν τοῖς πλείοσι ἀπὸ σιδηρείας εἶναι. Interpretor: Hos Chalybas alij Chalbios appellant (gens est Pontica ad Thermodontem) à quibus ferrum exportatur, quod maxime ad cuspides siue malleorum rostra duranda laudatur, vnde & acies Chalybica & per pleonasmum Chalybica apud Lycophronem, quæ est ex optimo ferro. Arrianus, Chalybes, inquit, principes hominum vsum habent tractandi ferrum. Celebrat & Aeschylus hoc genus ferri. Xenophon populum ait esse rarum & parum numerosum. Mosynacis subiectum, victumque sibi vt plurimum arte ferraria comparare. Mela de eisdem: Chalybes proximi clarissimas habent Amison & Sinopen Cynici Diogenis patriam: amnes Halyn & Thermodontæ. Secundum Halyn vrbs est Lycasto: à Thermodonte, campus in eo fuit Themiscyrum opidum, fuere & Amazonum castra. Ideo Amazonum vocant.

stabel

AB ALTERA PARTE LEUCOSYRI) à dextra Caspij maris Leucosyri: postea Cappadoces Lib. 6. c. 3. dicti. Plinius à Cappadoce flumine nomen traxisse docet. Dicuntur Leucosyri ad discrimen nigrorum. Eustathius ad Dionysium: λευκόσυροι λέγονται πορῶ ἀντιδιασολήκων ἑτέρων μελαγχρόων Σύρων. Leucosyri dicuntur albi Syri, ad discrimen nigrorum. Strabo: Et qui proprie nunc Syri appellantur, vsque ad Cilices & Phœnices & Libyas, & Aegyptium perlagus, ac Isicum sinum. Syrorum nomen tendere videtur à Babylonia vsque ad Isicum sinum, & ab hoc olim vsque ad Euxinum. Etenim vtrique Cappadoces tum qui ad Taurum, tum qui ad Pontum iacent, ad hoc vsque tempus Leucosyri, id est, albi Syri nominantur, scilicet quod sint aliqui etiam Syri nigri: hi autem extra Taurum sunt. Taurum dico eum, qui ad Amanum vsque nomen extendit. Aemilius Probus in Datame. Habuit prouinciam Cilicia iuxta Cappadociam, quam incolunt Leucosyri.

Lib. 16 p. 507.

AMAZONVM CAMPI) Amazonum castra, vbi Themiscyrum opidum Amazonum Plinius & Solinus: vltra hos (Arimphaos) Cymmerij & gens Amazonum porrecta ad Caspium mare & Hyrcanum. Aduertendum ex Eustathio Amazones multos passim in Asia incoluisse locos & regiones, quod fontes & vrbes ab illis dictæ hodieque ostendunt: cuiusmodi sunt, Ephesus, Anæa, Myrrhina, Aeolica, Elæa, & ad Pontum Thiba. Strabo: Περὶ δὲ θερμῶν δοντα καὶ τὸν Ἴριον ὅλην θεμισκυρα τὸ τῶν Ἀμαζόνων πεδίου. ad Thermodontem & Irim tota Themiscyra campus Amazonum. Hæc de campo Amazonum, cuius etiam alibi mentio apud Strabonem. De ipsis Amazonibus peculiaris infra locus occurrer.

Cap. 102 lib. 6.

ET ILLOS) Cercetas, Mosynos, Chalybes, vallis ad Septentrionem vergens, hos Leucosyros & Amazonas ad occasum versa respicit.

MARE CASPIVM DVLCIVS CAETERIS) De hoc mari veterum & recentium scriptorum sententiæ prorsus in diuersa & contraria abeunt. Veteres enim (non omnes tamen) vel ex Indi Oceano inundari, vel Mæotica palude misceri, indeque reliquis esse dulcius, vel ex Ponto Scythico fontes haurire tradiderunt. Recentiores omnes, qui omnia ferè terrarum spacia & maria sunt emensi, mediterraneum affirmant, suis scaturiginibus, & fontibus amnibusque exceptis diues, terris velut lacum vndique clausum, nisi quod haud pauca flumina in illud exonerentur; vnde & dulcedine temperatur, quamquam Curtius falsè Mæotidis palude mitescere existimavit.

Arrianus ferè loletior & curiosior cæteris auctoribus, fatetur Alexandri Magni æuo nondum fuisse inuenta maris Caspij initia, quæ rex studuerit indagare: Post hæc, inquit Arrianus, Alexander Heraclidem Argæi filium cum nauium architectis in Hyrcaniam mittit, qui excisa è montibus Hyrcania materia, naues oblongas conficiat: partim rectas, partim apertas, Græcarum nauium instar. Cupiebat enim etiam illud mare & Caspium atque Hyrcanum, & cui mari committatur cognoscere, vtrum ponto Euxino, vtrum ab Orientali mari Indos versus circumductus Oceanus in sinum Hyrcanum refundatur. (quem admodum etiam Persicum, rubrum mare alij vocant, sinum Oceani esse compererat) Neque enim adhuc inuenta erant Caspij maris initia, quamuis multæ gentes circum ipsum incolerent, multique amnes nauigabiles in illud mare ferrentur. Nam ex Bactris Oxus maximus Asia fluminum, Indicis exceptis, in Caspium mare fluit: per Scythas, Oxyartes. Araxem quoque, qui ab Armenijs fluit, in hoc mare ferri plerique tradunt: atque hi quidem maximi amnes sunt. multi verò præterea alij in hos fluuios illabentes, & ipsi seorsim in istud mare exeunt: partim ab ijs qui cum Alexandro gentes illas obierunt cogniti, partim vltra sinum in Scythas Nomadas dictos, labentes, in vniuersum nobis incogniti.

Lib. 7 p. 158.

Strabo multa mendaciâ à veteribus de hoc mari etiam à Macedonibus sparsa credit, quando dicit Προσεδόξα δὲ, & quæ sequuntur in Græcis: tu latina accipe: Multa, inquit, etiam de hoc mari mendaciâ opinio multorum pro veris accepit. Quando enim in confesso est, Asiam ab Europa diuidi omnino Tanai flumine, ac magna Asia portio, quæ inter Tanaim est & mare, non paruit Macedonibus. De reuerant autem id aliqua arte conficere, vt saltem fama iactaret istas quoque partes ab Alexandro fuisse subactas. His inductis rationibus, in vnum conduxerunt Mæotidem paludem, quæ Tanaim haurit, & Caspium mare; hunc quoque paludem nuncupantes, dicentesque meatu quodam effosso eas inter se coniungi, & vnam esse alterius partem. Polycretus etiam argumenta profert, quibus fidem faciat Hyrcanum mare paludem esse, quid

Li. 11. p. 351

quia & serpentes educet, & aquam habeat dulcem. Porro eandem esse cum Maotide colligit, quia Caspius lacus Tanaim recipiat. Etenim ex iisdem Indicis montibus, vndus Ochus & Oxus alijs, complures profluunt, labitur Iaxartes, utque reliqui in mare Caspium exit, de omnibus Septentrioni proximus. Hunc ego Iaxartem Tanaidis nomine insigniuerunt. atque hoc ipsum confirmare aggressi sunt, eum esse Tanaim, quem Polyctetus dixit. Nam cis sitam regionem ferre abietem, ibique degentes Scythas abiegnis vii sagittis, quod certissimum sit indicium, eam Europa esse, non Asia partem. Nam Asiam superiorem & Orientalem non producere abietem. At Eratosthenes ait in India quoque nasci abietem, indeque classem exstructam ab Alexandro, multa que id genus alia conatur congerere Eratosthenes. Nobis hac satis sit de ista re dixisse. Hæc Strabo.

Li. i. c. 203.
pag. 84.

Herodotus tamen cum recentioribus facit, nec cum vlllo alio mari mixtum docet. Hoc mare per sese est, nec cum vlllo alio commiscetur. Nam & illud quod Græci omne pernaugant, & id quod extra columnas est, Atlanticum dictum & rubrum, idem est mare. Caspium vero est alterum, ac per se ipsum, longitudinis quindecim dierum, cursui nauis quæ remis utatur: latitudinis, vbi spaciosissimum est, octo dierum. Est autem, qua ex parte ad vesperum vergit, Caucasus prætentum monte, cuius cum maxima vastitas, tum summa est altitudo, multasque atque omnisarias gentes habet, ac plerasque omnes agresti materia victrantes: vbi arborum frondes ij, quæ sunt apud nos similes feruntur esse, quibus confusis, & aqua dilutis illi animalia in suis vestibibus pingere dicuntur: eaque animalia nunquam elui, sed perinde ac si ab initio essent intexta, sic cum reliqua lana veterascere. Horum quoque hominum concubitus sicuti pecorum, in propatulo esse. Et huius quidem maris quod Caspium vocatur, partem qua ad vesperam vergit, Caucasus determinat: qua vero parte vergit ad auroram orientemque solem, planities excipit prospectu immensa magnitudinis. Quam spaciosam planitiem non ex minima parte Massagete possident. Habes hic simul & longitudinem & latitudinem maris Caspij. Cum Herodoto etiam Ptolemæus consentit, qui perdidistotum tanquam lacum circumiri posse affirmat. Dionysius Alexandrinus Periegetes totam terram circumfundi Oceano existimat, illumque in varios sinus excurrere cum paruos, tum magnos, sed in quatuor maximos, à quibus etiam nomina sua traxerit. Primumque occidentale seu Atlanticum mare gignere, alterum Caspium seu Hyrcanium, tertium Persicum & Arabicum, postremum Euxinum.

Cæterum Eustathius conciliari dicit Herodoti & Ptolemæi sententiam à veteribus cum Dionysij opinione, quod dicant Cronij maris, seu Saturnij æstus non per apertos, sed occultos meatus ferri in Caspium.

Mela li. 3.
in vocab.
Scythia.
vel ca. 5. p.
39. v. 11. a. f.

Mela quoque procul vero aberrauit, cum de Caspio scripsit: Caspium ut augusto, ita longo etiam freta primum terras, quasi fluiuis, irrupit: atque vbi recto alueo influxit, in tres sinus diffunditur, contra os ipsum in Hyrcanum, ad sinistram in Scythicum, ad dextram in eum quem proprie & totius nomine Caspium appellant: omne atrox, seuum, sine portibus, procellis vndique expositum: ac belluis magis quam cetera refertum, & ideo minus nauigabile.

Cap. 27.

Nec veriora Solinus cum scribit: Amazonum gens porrecta ad Caspium mare, quod dilapsum per Asiaticam terga plagæ, Scythicum irrupit Oceanum.

Pli. l. 6. c. 13.
pag. 114. v.
10.

Plinius accuratè mare hoc dimetitur, quamuis illud contra fidem ex Scythico Oceano erumpere tradat.

Sed mira sunt quæ subiicit Dionysius, in mari Caspio nasci Crystalum & Iaspim aërizulam, siue colore aeram æmulatam, subobscuram, & Empusis spectrisque alijs infestam. Videtur enim lapis iste salutarem quandam in se vim continere, atque laruas & phantasmatum monstra auertere & amoliri, quorum vnum est Empusa genius aliquis Hecates, qui vno pede incedit, vnde & nomen accepit, quasi tu diceres, vnipes, altero nempe pede animalis, altero aëreo, prout est in fabulis. Hæc Eustathius. Sed quæ isthæc fabula, quæ Empusa, quæ Lamia, & Mormolycia, quod phasma seu Catullianum seu Tyanaum? Varij de hoc prodigioso monstro tradidere præter hunc Dionysium & Eustathium, Philostratus, inquam, Suidas in voce Empusa, Lucianus in commentario de saltatione, Aristophanes in Ranis & eius Scholiastes, Eusebius Cæsariensis contra Hieroclem p. 447. apud Philostratum. Nos Gyraldum audiamus: Empusa, inquit, Dæmonis nomen. Hesychus: Spectrum, inquit, seu phasma specie dæmonis ab Hecate immissum, & vt nonnulli putant, vno pede vtens. Sed tamen Aristophanes Empusam subinde mutari in alias formas dixit, & eius interpres repetit, id quod & apud Lucianum in comment. de saltationibus traditur, cuius hæc sunt verba: Videbis igitur ipsos eodem in tempore subito in aliam transmutari speciem, atque ipsum referre Proteum. Quin & Empusam exemplum conferre oportet, quæ sese in innumerabiles vertit formas. Nostro hoc tempore, quibus hoc phantasma muliebri apparuerit, audiuimus. Legi qui putarent illud regis Dauidis meridianum dæmonium huiusce terriculamentum significare. Sanè Empusa etiam aliquando numero plurium proferrî videmus, vt in hoc Dionysij, vbi de byaspide loquitur, ἐχθρὴν ἐμψόσσοι καὶ ἀδούσι ἐδούσι, hoc est, Empusis inimicam alijsque etiam simulacris. Quidam cum Hecate Empusam statuunt, id quod & Aristophanes alicubi significare videtur. Putat dictam Eustathius, quod vno incedat pede: alij duos quidem illi attribuunt: sed ferreum alterum, vt in ranis Aristophanes: Sunt qui asinum tribuunt. Alia perplura legimus de huiusmodi phantasmatibus, quæ nunc tantum insinuasse sufficiat. Id vnum non reticuerim, quod in quarto scribit Philostratus in vita Apollonij Tyanaei, qui ait ex ipsius Apollonij sententia, Empusas

Philostat.
lib. 2. de A.
pollonio
Tyanao. p.
58.
Dio Chryf.
in Lybica
fabula.
Plut. in La.
mia.
* Sntag. 1.
D. or. p.
349.

Empusas

pusas etiam Lamias vocari, & Marmolycias, quo loco & lepidissimam narrat historiam Menippi Lycij, qui Corinthi à Lamia amaretur: vbi de Lamijs & huiusmodi terriculamentis lectu digna & cognitu leges. De Lamijs Plut. & Dio Chrysof. in Libyca fabula, qui eas describunt: vnde suam deflexit Lamiam vir doctiss. Politianus. Porro & Thebani Veneris Lamia templum erexerunt, de nomine Lamia amicæ regis Demetrii. Lamia etiam proprium nymphæ nomen, Sibylla matris: item nobilis familia, à Lamo scilicet. Sed de Lamia alio loco copiosius dicam. Sanè & Demost. Empusa meminit, & Arpocratio rhetor, item Eusebius contra Hieroclem, & in Apollonii Rhodii commentariis de Empusa & Hecate multa. Fuit & Empanda dicta paganorum dea quadam, teste Festo.

Vin' & nostrum Delrium, quid de hoc monstro sentiat nosse? *Demonium*, inquit, *meridianum* cū Delr. lib. 2.
Empusa confundit Scholiastes Aristophanis, Empusam exponens δαμόνιον μισήμβρον. Ego Empusam puro q. 27. sect.
etiam nocturnum fuisse spectrum: sed, cum noctu apparebat, Hecaten; cum meridie, *demonium meridianū* 1. pag. 245.
vocatam, illa se in omnes formas mutabat: fiebat, vt ait Epicharmus, in Hebes nuptiis, planta, bos, viperæ, la- edit. Mog.
pis, musca, fanina, addit Aristophanes mulam, & ingentem belluam; alii vnicum crus æneum, alii asinum,
vel crus vel membrū tribuunt, hinc vocata δνόχολο, inde δνοκτραδο. Theodoretus in Isaia, Onocentaurus
veteres quidem ἐμπύσας, qui autem nunc viuunt appellant δνοσκηλίδες, cui consentit Scholiastes Aristopha-
nis. Denique fiebat Empusa quicquid capiebat, quicquid illi expediebat, vt ait Epicharmus. Hac de meridia-
no: De nocturnis demonibus constat, noctem quasi proprium esse scamma spectrorum, & demonum; vnde &
principes tenebrarum dicuntur, & legimus, potestatem tenebrarum.

Idem: Primò occurrit Hecate, triuorum & quadriuorum præses, triplici facie, dextrâ equi, sinistra
tænis, mediâ femina: hanc censebant spectrorum immittere terriculamenta, & illa aduentante solum tre-
mebat, & rheadarum fulgur cernebatur, quod sacros ignes vocat Seneca, & cambus multis cincta aduenta-
bat, quorum terribiles vlulatus & latratus audiebantur. hanc quando speciem mutabat, Scholiastes Apol-
lonii in lib. 3. censuit Empusam vocatam: sed alii distinguunt &c. Pag. 242.
edit. Mog.

Maiolus Coll. 3. de Sagis, plurima de hoc monstro, quæ iple videbis p. 626. & sequentibus.

IN FUSO PÁLVDIS HVMORÈ MITESCERE) Longè remotum est Caspium mare à Mæotide
palude, mendosaque est opinio cadere paludem in illud mare. Causa autem dulcedinis est, quod
suis fontibus, vti lacus, abundet, & dulcia passim flumina exhauriat, vti iam ostendi. Solinus: Mare Cap. 22. vel
haustu, Alexandro magno probatum est: mox Pompeio Magno, qui bello Mithridatico, sicut commilito eius cap. 30.
Varro tradit, ipsis hauribus periclitari fidem voluit. Id euenire produnt è numero fluminum, quorum tanta
copia ibi conluit, vt naturam maris vertant.

SERPENTES ALIT) Meli: Beluis magis quàm cetera infestum, & idè minus nauigabile. Siculus Pag. 3. & 39.
exertè de serpentibus: ἐν ταύτῃ δὲ φασὶ πολλοὺς καὶ μεγάλους μὲν ὄφεις γενεῶν, ἰχθὺς δὲ παντοδαποὺς πο- Lib. 17. pa.
λυτῆς χορῆς τῶν παρ' ἡμῶν διαλλάττονται. In pelago isto multos ingentis magnitudinis serpentes, & pisces om- 848.
nis generis, qui colore à nostratibus plurimum differunt, gigni perhibent. Quod hic Siculus etiam de pisci-
bus docet, idem subiicit Curtius.

AD SEPTENTRIONEM) Agit hic de euripis seu accessu & recessu maris Caspij, quem æstum
vocant, de qua re quamuis multa passim scriptores, de Caspio mari non item. Et si libet exæstuantis
cuiuscunque maris naturam & causas nosse, consules Philosophum in problem. sect. 23. Meteor. lib.
2. summa i. Ptolemæum lib. 2. c. 12. Plutarchum de placitis Philosophorum, Senecam Natural. quæst.
2. c. 28. Plinium l. 2. c. 97. qui multa paucis & eleganter: *Aestus maris*, inquit, *accedere & recipiari*,
maximè mirum: pluribus quidem modis, verum causa in Solè, Lunaque. Bis inter duos exortus Luna afflu-
unt, bisque remeant, vicenis quaternisque semper horis. Et primum attollente se cum ea mundo intumescē-
tes, mox à meridiano cali fastigio vergente in Occasum residentes: rursusque ob occasu subter cali ima, &
meridiano contraria accedente inundantes: hinc donec iterum exoritur se sorbentes. Nec vnquam eodem
tempore, quo pridie, reflii, vt ancillante sidere, irabenteque secum auido haustu, maria, & assidue aliunde,
quàm pridie, exoriente: paribus tamen interuallis reciproci, senisque semper horis, non cuiusque diei aut no-
ctis, aut loci, sed Aequinoctialibus: ideoque inæquales vulgariū horarum spacio, vt cunque plures in eas aut
diei aut noctis illarum mensura cadunt, & Aequinoctio tantum pares vbique. Ingens argumentum, plenūq;
lucis ac vocis etiam diurna, hebetes esse, qui negent subtermeare sidera, ac rursus eadem resurgere, similem-
que terris, imò verò vniuersa natura exinde faciem in iisdem ortus occasusque operibus, non aliter sub terrâ
manifesto sideris cursu, aliouè effectu, quam cum præter oculos nostros feratur.

Tu si vacat totum percurrere caput, quo ostendit naturam Lunæ, & quæ æquora maximè per æ-
stum se effundant. Plura infra ex Conimbricensibus lib. 9. c. 16. vbi Curtius ex instituto de æstu ma-
ris disputat.

RECIPIT SE IN FRETUM) Rectè Acidalius: mare latè stagnans recipit se in fretum, non vt
vulgò, recipit in se fretum. Nec enim æstus recipit in se fretum, sed fretum recipit in se recipocantè
æstum.

ALIO COELI STATV) Hoc iam ex Plinio audisti & audire potes in sequentibus. Multiplex è
tiam lunaris differentia septenis diebus. Quippe modici noua ad diuiduam æstus, pleniorè
ab ea exundant, plenæque maximè feruent. Inde mitescunt. Pares ad septimam primis: Iterumque alio latè-

re diuidua augentur. In coitu solis pares. Plane eadem Aquilonia, & à terra longius recedente mitiores, quàm cum in Austros digressi, propiore nisu vim suam exercet. Per octonos quoq; a nos ad principia motus & paria incrementa centesimo Luna reuocantur ambitu, augente ea cuncta solis annuis causis, duobus Aequinoctijs maxime tumentes, & autumnali amplius, quàm verno: inanes verò bruma, & magis solstitio. Nec tamè in ipsis, quos dixi, temporum articulis: sed paucis post diebus: sicuti neque in plena aut nouissima, sed postea: nec statim vt Lunam mundus ostendat occultetue, aut media plaga declinet, verùm duabus ferè horis Aequinoctialibus sexius, tardiore semper ad terras omnium, quæ geruntur in celo, effectu cadente, quam visu, sicuti Fulguris, & tonitrus, & fulminum. Omnes autem aestus in Oceano maiora integunt spacia inundantque, quàm in reliquo mari: siue quia totum in vniuersitate animosius est, quam in parte, siue quia magnitudo aperta sideris vim laxè grassantis efficacius sentit, eandem angustijs arcenibus. Qua de causa nec lacus, nec amnes similiter mouentur. Octogenis cubitis supra Britanniam intumescere aestus Pythias Masiliensis auctor est. Interiora autem maria terras clauduntur, vt portu. Quibusdam tamen in locis spaciosior laxitas ditioni pareret vt pote cum plura exempla sint, in tranquillo mari, nulloque velorum impulsu, tertio die ex Italia prouectorum Vticam aestu feruente. Circa litora autem magis quàm in alto deprehendantur hi motus: quoniam & in corpore extrema pulsus venarum, idest spiritus magis sentiunt. In plerisque tamen aestuarijs, propter disparès siderum in quoque tractu exortus, diuersi existunt aestus, tempore, non ratione, discordes, sicut in Syrtibus. Et quorundam tamen priuata natura est, velut Tauronuntiani euripi sapius, & in Eubœa septies die ac nocte reciprocantis. Aestus idem triduo in mense consistit septima, octaua, nonag, luna. Gadibus qui est delubro Herculis proximus, fons inclusus ad putei modum, alias simul cum Oceano augetur minuiturq; alias verò vtrumque contrarijs temporibus. Eodem in loco alter, Oceani motibus consentit. In ripa Batis oppidum est, cuius putei crescente aestu minuuntur, auferunt de cedente, medijs temporum immobiles. Eadem natura in Hispali oppido vni puteo, ceteris vulgaris. Et Pontus semper extrà meat in Propontidem, introrsus in Pontum, nunquam resluo mari. En de Caspij maris aestu nulla litera.

Obliterua, quod Dalecampius ad Plinium notauit, quomodo veteres Romani aestum accedentem & reciprocantem appellarint: Romani, inquit, veteres aestum maris accedentem Veniliam, appellarunt: reciprocantem verò & in salum redeuntem, Salaciam. Cum autem in Germanicum Oceanum penetrassent, Germanicis vocabulis pro Venilia, Maladinam dixere, vulgò maree, & pro Salacia Lidunam, quibus vocabulis vsus est Marcellus Empiricus. Conficitur, inquit, 12. Cal. Iulias. Non inter est quo die vel Luna: Liduna vel Malina. His verbis apparet obseruatione superstitiosa Marcellum credidisse, alias vires herbis esse collectis, cum mare inundat, alias cum recedit, Oceanum refusum vocat Virg. 7. Aeneid. resluentem & ἰσσοῦν Homerus idem aestum extumescentem ἀνοῦδον vocat. Vido Scalig. in Festum, voce Salacia.

NON CASPIVM) Oceano misceri, supra Dionysius docuit, cum Scythico confundi Mela, Solinus & alij veteres nequicquam docuerunt. Subijciam hic etiam *Plutarchi verba: Sinum illic maris Ponto (vt apparebat) inuenit non minorem, sed cetero mari dulciorem. Verùm certi nihil habuit de eo discernere. Omnino coniecit Motum lacum illuc restagnare. At qui non preterijt Physicos veritas, sed multis ante Alexandri expeditionem annis scripserunt in quatuor finibus, qui ex Oceano subeunt, continentem, hunc maxime ad Boream vergere.

CVIUS FASTIGIVM) Hyrcania terra pars altior se paulatim submittit, & in vallem longissimam procumbit, vnde putant Oceanum infundi.

Hyrcania enim pars inculta & siluis horrida, pars cultissima & fertilissima est.

POMORVM INGENS MODVS) De ficu arbore hoc accipio, docente Siculo, * qui hunc totum Curtij locum, inde sua mutuantis, mirificè illustrat, mira que de illius fertilitate hæc narrat: Regio enim hæc fructuum vbertate ceteras longe supereminet: vnaquaque enim vitis, a'unt, metretam vini producit. Inter ficus arboreas quasdam tanta fructuum copia exuberare, vt x. medimnos exsiccati sicibus impleant. Relictum in messe frumentum in terram cadit, & absque semine progerminans, frugum vim maximam ad maturitatem perducit. Arbor in gente illa existit, quercui forma non absimilis, qua mel folijs destillat. Hoc incolæ collectum in vsus suos prolixè conuertunt. Est etiam volucris hic quadam bestiola, Anthredonem vocant, api quidem minor, sed maxime nobilis & conspicua. Per montes enim pabula quaritans, varios hinc inde flores delibat, inque petris concutit, & arboribus celo tactis alucolos habens fauorum cellas confugit, & liquorem eximia dulcedinis ac melle non inferiorem constipat. Strabo * breuiter:

Et propter felicitatis speciem, ostenta existimant. Nam vitis metretam vini fert, ficus medimnos Lx. frumentum è semine quod ex arista excidit, nascitur. in arboribus apiaria extant, & mel de folijs destillat. Idem fit in Matiana

Media, & in Armenia Sacasena *
& Araxena.

*Scholæ
rassens
ignot.

CAPVT VIII.

ARGVMENTVM.

Satrapas Persarum supplices in fidem accipit. Artabazo etiam dextram porrigit. Græcis ignoscit præter Lacedæmonios in custodiam datos. Democrates Atheniensis ius sibi gladio dicit.



Riginta hinc stadia processerat, cum Phradaphernes ei occurrit, seque & eos qui post Darij mortem profugerant, dedens: quibus benignè exceptis ad oppidum Aruas peruenit. Hic ei Craterus & Erigyus occurrunt, præfectum Tapyrorum gentis Phradatem adduxerant. Hic quoque in fidem receptus, multis exemplo fuit experiendi clementiam regis. Satrapem deinde Hyrcania dedit Menapim, exul hic regnante Ocho ad Philippum peruenerat. Taurorum quoque gentem Phradati reddit. Iamque ultima Hyrcania intrauerat, cum Artabazus, quem Darij fidsimum fuisse supra diximus, cum propinquis Darij ac suis liberis, modicaque Græcorum militum manu occurrit, dextram uenienti obtulit rex: quippe & hostes Philippi fuerat, cum Ocho regnante exularet, & hostitij pignora in regem suum ad ultimum fides conseruata vincebat. Comiter igitur exceptus, Tu quidem, inquit, rex, deos quaeso, perpetua felicitate floreas; ego ceteris latus, hoc uno torqueor, quod præcipiti senectute diu frui tua bonitate non possum. XC. & quintum annum agebat. Nouem iuuenes omnes eadem matre geniti patrem comitabantur. Hos Artabazus dextræ regis admonuit, precatuſ ut tam diu uiuerent, donec utiles Alexandro essent. Rex pedibus uer plerunque faciebat. Tunc adiuuere sibi & Artabazo equos iussit, ne ipso ingreſſente pedibus, senex equo erubesceret. Vt deinde castra sunt posita, Græcos quos Artabazus adduxerat, conuocari iubet. At illi, nisi Lacedæmonijs quoque fides daretur, respondent, se quid agendum ipsis foret, deliberaturos. Legati erant Lacedæmoniorum missi ad Darium, quo uictorio applicauerant se Græcis mercede apud Persas militantibus. Rex omisso sponſionum fidei & pignoribus, venire eos iussit, fortunam, quam ipse dedisset, habituros. Diu cunctantes plerisque consilia variantibus, tandem uenturos se pollicentur. At Democrates Atheniensis, qui maxime Macedonum opibus semper obstiterat, desperata uenia, gladio se transfigit. Ceteri (sicut constituerant) ditioni Alexandri se ipsos permittunt. MD. milites erant. Præter hos legati ad Darium missi XC. In supplementum distributus miles, ceteri remissi domum, præter Lacedæmonios, quos tradi in custodiam iussit.

TRIGINTA HINC STADIA) Non totum milliare germanicum.

PHRADAPHERNES) Hunc Arrianus Hyrcanorum & Parthorum satrapam appellat. Siculus rem narrat, nomina prætermittit. Hic Phradaphernes infra sæpius recurrit. Ceterum hoc genus nomina, quæ in phernes finiunt, frequentia Persis & Babylonijs fuere. In literis lacris habes Holofernem, quod fortem ducem sonat; apud Arrianum Dataphernem, Phradafernem; & hoc genus alia; quæ ferè possunt eandem significandi vim habere.

BENIGNE EXCEPTIS) Nec enim erant ex proditoribus & parricidis Darij, sed ad ultimam fortunam cum suo rege optima fide perſisterant. Virtus autem & fides etiam in holte laudanda & amanda.

OPIDVM ARVAS) Parum celebre apud scriptores. Videtur Ptolemæi Amarua seu Amarusia haud procul Caspio mari.

PRAEFECTVM TAPYRORVM) Tapyrorum seu Tapyrorum, non Taurorum, ut in priorè editione ex Modio vulgaueramus. Apud Arrianum dicuntur Τάπυροι, apud Siculum τάπυροι. unde Latiniſ alijs Tapyri, alijs Tapyri appellati. Ninus Semiramidis maritus, primus gentem hanc cum innumeris alijs subegit, ut Siculus testatur. Stephano sunt Τάπυροι duplici ῥ, αὐτῶν ὑπεκλίνας ἔβη. Curtio, Plinio. Tapyri gens, inquit, non procul ab Hyrcania. Quadratus τὰ πύρρα locum vocat; gentem, τὰ πύρρα. Strabo τὰ πύρρα Tapyrios, quorum mores his uerbis describit: Tapyriorum est, quod uiri atrati incedunt coma promissa, mulieres candidatæ coma breui, habitant inter Derbicos & Hyrcanos. ἔδ' ἀνδρείοι αὐτῶν κριθεὶς γαμῆ ἢν βέλεται fortissimus illorum indicatus, ducit quam uult uxorem. Et alio loco Tapyros seu τὰ πύρρα appellat:

* Solino.
Curtio,
Plinio.

Li. II. p. 354.

Dionysius Periegetes Tapyros cum Hyrcanis quoque coniungit:

Ἑρκάνιοι τὰ πύροι τ' ---

Sed Eustathius apud Dionysium legit, Ἀπυροὶ τὸν τὰ πύροι, τ' ἄλλοι δὲ, inquit, ἀγγελεῖται ὡς Μάρδοι καὶ Ἑρκάνιοι καὶ Ἀπυροὶ, οὗς τὰ πύροις φησὶν ὁ γεωγράφος ἀρχομένους ἀπὸ τῆς. His finitimi sunt Mardi Hyrcani & Apri, quos Strabo Tapyros vocat adiecta à principio littera T.

Cæterum Tauri quoque gens nobilis erat, sed procul ab Tapyris remota.

CRATERVS ET ERYCIVS) duces Alexandri factis & fama incliti. De horum occurſu Arrianus,

Motis inde castris, in Hyrcaniam progressus, Zadracarra urbem petit: Eodem ferè tempore Craterus ad eum venit, non inuentis quidem exteris, qui Darium secuti fuerant: omnem verò regionem, per quam iter fecerat, partim vi, partim deditioe incolarum receperat. Erigyus quoque cum impedimentis & curribus eodem peruenit.

PHRADATEM) Hunc, ut audisti, Arrianus Autophradatem appellat, quem ad Tapyros in suam satrapiam remisit, sed demum victum ad se mitti imperauit, & occidit, ut infra cognolces. Est huius mentio apud Aemilium Probum in Datame.

MENAPIM) Huius nulla apud alios, quod meminerim, est mentio, fortasse cum Artabazo ad Philippum se contulit.

ARTABAZVS) Multa viri huius & incliti Persarum Principis ac purpurati. Darioque carissimi & fidissimi suprà mentio fuit, quod ad præsentem historiam de Artabazo attinet, omnem ferè exponit * Siculus, quare, (inquam) exularit, & quos liberos, ex qua coniuge suscepit, quomodo rursus in gratiam cum Ocho seu Artaxerxe redierit. Primum enim ab Ocho Artabazus defecit, & in Macedoniam profugit, quod victus à Datame iram credo regis pertimuerat. Cum enim aduersus Datamen copias duxisset, & Cappadociam inuasisset, quam Datames occuparat, victus ab illo profugit.

Subijcti deinde Siculus de Artabazo post multas paginas, de exilio Artabazi & reconciliatione cum Artaxerxe, quam Mentor affinis Artabazi effecit: Cum verò, inquit, necessitudo Mentoris cum Artabazo & Memnone, qui bellum Persis non ita pridem intulerant, iamque ex Asia profugi apud Philippum in Macedonia commorabantur, intercederet, supplicando regem inflexit, ut culpam viris condonaret. Et statim virumque cum omni familia ad se accersuit. Artabazo enim è Mentoris & Memnonis sorore, XI. filij, & X. filio prognati fuerant. Qua matrimonij facilitate plurimum delectatus Mentor, adolescentes ad nobilissimas militia præfecturas euexit. Cæterum proprio loco paucissima & generatim, nullo lingulatum nomine Satrapæ expresso, hoc tantum de Autophradate, seu Phradate, Phratapherne, & Artabazo refert: Interea dum Alexander Hyrcaniam & finitimas illi gentes peruadit: ex præfectis, qui cum Dario fugerant, in potestatem eius se dedunt, quibus humanissime in gratiam receptis, magnam clementiam gloriam reportauit. Eoque obtinuit, ut Græci, qui auxiliarem in expeditionibus Dario operam nauauerant, CIO. & IO. circiter, præstantissimi equidem viri, continuo se fidei eius permitterent. Qui & veniam consecuti, iisdem stipendijs in ordines distribuuntur.

Arrianus Artabazum cum tribus duntaxat filijs occurrisse Alexandro tradit, nomenque liberorum exprimit: Nec multò post Artabazus cum Cophene, Ariobarzane, ac Arsame filijs, & cum his legatis ab exteris mercenarijs, qui Dario militauerant, & item Autophradates Tapuriorum Satrapes, Autophradatem in satrapiam suam restituit, Artabazum ac libero secum in honorem habuit: tum quòd ex primoribus Persarum essent, tum propter eorum erga Darii regem suum constantiam & fidem. Ex filiabus Apamam Strabo nuptam tradit Seleuco Nicatori.

NOVEM IUVENES) Vndenos enim stirpis virilis, denos muliebris liberos ex Mentoris & Memnonis sorore, coniuge sulceperat, ut paulò antè ex Siculo didicisti.

GRÆCOS CONVOCARI IUBET) Quinquaginta millia mercede conducta Darii secuta erant, ut suprà Patron dux Græcorum recenſerat. Hi omnes varijs prælijs attriti & cladibus ablumti, ad mille quingentos redacti erant, ut cum Curtio Siculus narrat. Eoque obtinuit, inquit, ut Græci qui auxiliarem in expeditione Dario operam nauauerant, CIO. & IO. circiter præstantissimi equidem viri, continuo se fidei eius permitterent. Qui & veniam consecuti, iisdem stipendijs in ordines rediguntur. Hæc multo enucleatius exponit Curtius, omnibus quidem Darii secutis gratiam ab Alexandro factam, cum illis antea grauissimis verbis, quod barbaris Græci contra Græcos auxilia portaſſent, increpitis, nihilominus demum ignouit, exceptis Lacedæmonijs iuratis hostibus Alexandri, quos rex in custodiam dedit. Cum Curtio dilertius facit Arrianus, Ipse, inquit, in castra, vnde mouerat, reuersus, Græcos mercenarios, qui ad se venerant, reperit: item Lacedæmoniorum legatos, qui ad Darii profecti fuerant. Hi erant Callistrotides, Pausippus, Momnius, Anomanihus, ac Dropides Atheniensis: quos comprehensos in custodiam tradidit. Sinopæorum legatis abeundi potestatem fecit, quod Sinopæi cum sub Græcis non essent, sed sub Darii imperio, non iniuste facere viderentur, si ad regem suum legationem misissent. Græcos quicumque ante pacem & societatem cum Macedonibus iunctam apud Persas mercede militauerant, & item Heraclidem Carthaginensium legatum dimisit. Cæteros secum eadem mercede, qua sub Dario meruerant, militare iussit: iisque Andronicum præfecit.

Pausanias àb Leosthene domum nauibus deportatos affirmat his verbis: Cum verò ciuitates, quæ tunc belligerendi causa conspirarant, singulos duces dedissent, ab vniuersis imperator declaratus est Leosthenes Atheniensis, cum propter patriæ dignitatem & militaris rei scientiam, tum quod præclara eius viri in omnes Græcos merita extabant. nam cum Alexander Græcos qui Dario stipendia fecerant, in Persidis vrbes diuidere statuisset, hic eos antequam id fieret, classe in Europam reportauit: & planè cum hominum de se spem virtute vinceret, fuit eius mors non magis luctuosa cunctis, quàm calamitosa.

Pausan. in
Atticis
pag. 21.

DEMOCRATES ATHENIENSIS) An Demochares frater Demosthenis? de quo Plutarchus in Demosthenis vita. Nam de Democrate nihil memini legere.

DI TIONI) Eleganter hoc, barbarè verò pro terris & regionibus. nisi cum dicis, regiones suæ ditionis fecit, hoc est, subegit, suæ potestati subiecit.

CAPVT IX.

ARGVMENTVM.

Mardos feram gentem domat.



*M*ardorum erat gens confinis Hyrcania, cultu vitæ aspera, & latrocinij affueta. Hæc sola nec legatos miserat, nec videbatur imperata factura. Itaque rex indignatus, si vna gens posset efficere ne inuictus esset, impedimentis cum praesidio relictis, inuicta manu comitante procedit. Nocturno iter fecerat, & prima luce hostis in conspectu erat. Tumultus magis quàm prælium fuit. Deturbati ex collibus, quos occupauerant, barbari profugiunt, proximique vici ab incolis deserti capiuntur.

Interiora regionis eius haud sanè adiri, sine magna vexatione exercitus, poterant. Iuga montium præ alta siluæ rupe, que inuia sepiunt: ea quæ plana sunt, nouo munimenti genere impedierant barbari. Arbores densa sunt de industria confixa, quarum teneros adhuc ramos manu flectunt, quos intortos rursum inserunt terræ. Inde velut ex alia radice latiores vident trunci, hos quæ natura fert, adulescere non sinunt: quippe alium alij quasi nexu conferunt: qui ubi multa fronde vestiti sunt, operiunt terram. Itaque occulti ramorum velut laquei perpetua sepe iter cludunt. Vna ratio erat cadendo aperire saltum. Sed hoc quoque magni operis: crebri namque nodi nudauerant stipites, & in se implicati arborum rami suspensis circuitibus similes lento vimine frustrabantur ictus. Incolæ autem ritu ferarum virgulta subire soliti, tum quoque intrauerant saltum, occultisque telis hostem lacecebant. Ille venantium modo latibula scrutatus, plerosque confodit: ad vltimum circuire saltum milites iubet, ut si qua pateret, irrumperent. Sed ignotis locis plerique oberrabant, exceptique sunt quidam, inter quos equus regis Bucephalan vocabant, quæ Alexander non eodè quo ceteras pecudes animo aestimabat: namque ille nec in dorso insidere suo patiebatur alium: & regem, cum vellet ascendere, sponte genua submittere, excipiebat, credebaturque sentire quem veheret. Maiore ergo quam decebat ira simul ac dolore stimulatus, equum vestigari iubet, & per interpretem pronunciari, ne reddidissent, neminem esse victurum. Hæc denunciatione territi cum ceteris domus equum adducunt. Sed ne sic quidem mitigatus cædi siluas iubet, aggestaque humo è montibus planiciem ramis impeditam exaggerari. Iam aliquantum altitudinis opus creuerat, cum barbari desperato, regionem quam occupauerant, posse retineri, gentem suam dedidè. Rex obsidibus acceptis Phradati tradere eos iussit. Inde quinto die in statuam reuertitur. Artabazum deinde geminato honore, quem Darius habuerat ei, remittit domum.

MARDORVM) De alia Mardorum gente supra dictum, quamquam Glareanus illic Margos malit, quàm Mardos: Vide, inquit, quam magnificè de Mardis orditur, quasi antea nihil de his locutus, cum libro præcedente in eos profectum Alexandrum dicat, expeditione valdè suspecta, ut supra diximus: quippe, cuius neque Diodorus, neque Arrianus meminit. Sed distinguunt quidam, Mardos alteros in Hyrcania confinio esse, de quibus hoc loco: alteros in Perside: quemadmodum hodie Tartari diuersis in

Pag. 186.
V. 4.

Astia locis habitant. Ego, altero in loco Margos, pro Mardis, legere malim: ut superius testatus sum. Sed nihil tamen desinio. Caterum hoc in loco & Diodorus & Arrianus meminerunt Mardorum: sed eorum, puto, quos Ptolomæus in Medis ponit. In superiore loco solus Curtius. Non Siculus & Arrianus tantum Mardorum gentem, terras, mores, descriperunt, sed complures alij: Suidas, Stephanus, Dionysius Alexandrinus, Eustathius, Strabo, Ptolemæus & Iustinus etiam illius, sed paucis faciunt mentionem.

LATROCINIIS ADSVETA) Stephanus. *Μάρδοι ἐβν Ἑρκανῶν, Ἀπολλοδώρῳ περὶ γῆς δευτέρας, ληστὰ δὲ οὗτοι καὶ τοῖς ὄροι: Mardigens Hyrcana, ut Apollodorus libro altero de terra docet, Latrones sunt & sagittarij. An vox alludit nostras quoque, Morder.*

P. 548.

HÆC SOLA NEC LEGATOS MISERAT) Siculus hunc locum nobis exponat: *Percursis deinde Hircaniæ maritimis, Mardorum (ut vocitantur) regionem inuadit. Hi cum robore præstarent, potentiam regis quamlibet incrementem, aspernati, nec legatione, nec villo honore, ipsum dignati fuerunt: sed occupatis montium faucibus cum ΙΟΟ. CΙΟ. CΙΟ. CΙΟ. armatorum manu confidenter Macedonum aduentum præstolabantur. Hostes igitur rex adortus, prælioque congressus, plerosque cecidit, & reliquos in montium angustias coegit.*

DE TVRBATI EX COLLIBVS) Arrianus: *Magnaque ex parte Mardorum regionis parte percursa, multos eorum fugientes, nonnullos ad arma conuersos interfecit, multos etiam viuos capit. Ante Alexandrum eam regionem hostiliter inuaserat, cum ob asperitatem locorum, tum inopiam incolarum, quæ quidem inopia bellicosos eos faciebat. Quocirca neque Alexandrum vnquam ipsos adorturum suspicatus (quum & ipse alioqui iam vterius progressus esset) ex improviso capti sunt. Complures autem eorum in montes confugerunt, qui & vehementer excelsi atque abrupti ea in regione erant, existimantes Alexandrū eò nequaquam peruasurum. Postquam verò ea etiam loca adisset, missis legatis sese pariter & regionem dederunt, quibus dimissis Autophradatem ijs satrapam, ut & Tapuris, statuit. Ipse in castra reuersus vnde in Mardos mouerat.*

IVGA MONTIVM) Difficilem Mardorum oppugnationem è situ loci ostendit, aut enim inuiæ & præruptæ erant cautes, quibus interior regio cingebatur, aut plana camporum, nusquam aditus erat. Nam & campos, arborum nexibus ita occuparant & impediabant, ut adiri non possent. Sub occultis verò arborum umbris & ramis, tanquam feræ latitantes incolæ, hostem ex occulto & insidijs, telis petebant, & incautius ingredientem excipiebant, & macabant. Ita fortè accidit, ut & equum Bucephalum, cuius hic ingenium, & propè sensum humanum ac docilitatem describit, interciperent, quæ res Alexandrum affecit, uti tantum-non in rabiem actus, totam se gentem, nisi Bucephalum redderent, funditus deleturum minaretur.

LAETIORES VIRENT TRVNCI) Infrà: *silua erant propè in immensum spacium diffusa, procerisq; & in eximiam altitudinem editis arboribus umbrōsa. Plerique rami instar ingentium stipitum flexi in humum, rursus quæ se curauerant, erigebantur, adeò ut species esset non rami resurgentis, sed arboris ex radice generatae. Ad quem locum haud pauca ex Geropio leges.*

BUCEPHALAN VOCANT) Aliæ editiones Bucephalum habent, Græcis vel *βυκέφαλον* vel *βυκέφαλος*, ita latinis vtrumque expressum. De hoc Bucephalo plura in prolusionibus. Hic de alijs hoc genus equis eruditus, variasque artes doctis traderem, nisi iam pridem Lipsius epistolarum volumine ad Belgas tertio epistola LVI. ad contubernales benè longa, laborem meum occupasset, memorandaque è varijs scriptoribus prodidisset, quo lectorem etiam curiosissimum remittimus, vbi de hoc ipso Bucephalo narrat. Sed miror ab ipso hunc Curtij locum non animaduertum.

CREDEBATVR QVE SENTIRE QVEM VEHEBAT) Ita de Elephanto Martialis:

Li. I. epig.
16.

*Quod pius & supplex elephas te, Casar, adorat,
Hic modo qui tauro tam metuendus erat:
Non facit hoc iussus, nullog, docente magistro,
Crede mihi numen sentit & ipse tuum.*

Nec illud eiusdem est abs re de spectaculo etiam aliarum ferarum:

Li. I. ep. 10. 5a
vel ep. 14 9.

*Picco quod iuga delicat a collo
Pardus sustinet, improbaq; tigres
Indulgent patientiam flagello:
Mordent aurea quod lupata cerui,
Quod franco Libyci domantur vrsi,
Et quantum Calydon tulisse fertur,
Paret purpureis aper capistris:
Turpes esseda quod trahunt bisontes,
Et molles dare iussa quod choreas
Nigro bellua nil negat magistro:
Quis spectacula non putet Deorum?
Hæc transit tamen, ut minora, quisquis
Venatus humiles videt Leonum,
Quos velox leporum timor fatigat.*

Dimittunt, repetunt, amantq; captos:
 Et securior est in ore præda,
 Laxos cui dare, peruiosq; victus
 Gaudent, & timidos tenere dentes,
 Mollem frangere dum pudet rapinam,
 Stratis cum modo venerint iuuentis.
 Hæc clementia non paratur arte:
 Sed norunt cui seruiant leones.

De Elephanto Pori regis mira narrat Curtius ipse lib. 8. c. 25.

MAIORE QUAM DECEBAT IRA.) Totam quippe gentem volebat propter bestiam vnam extinguere, quod regem æquum & prudentem minimè decebat, quemadmodum & ille furiosus fuit, qui propter crystallinum calicem, casu fractum, viuum puerum iussit murenæ depascendum obijci. Nota etiam Theodosij bilis, qua concitatus atrocissimè contumeliam coniugis vindicauit, quod facinus multis postea lacrymis expiauit.

PLANICIEM EXAGGERARI.) Quid obsecro Alexandro imperium? Maria pedes transmissit, insulas medio mari inclusas continenti apposuit, siluas & saltus in planos equitabiles campos redegit. Nempe naturam ipsam cedere, & parere sibi vel docuit, vel coegit.

CVM BARBARI, DEESPERATO REGIONEM POSSE DEFENDI.) Hunc loquendi modum per sextum calum participij absolutum præteriti temporis sine nomine, apud alios quoque classici scriptores animaduertes: Horatius ita locutus est epist. 1. 3. *Excepto quod non simul esses, cetera latus.* Lilius de bello Macædonico: *Inde ad Pluuium est progressus, nondum comperto, quam regionem hostes petissent.* Tacitus 1. 2. *Audito castellum Luppia flumini appositum obsideri, sex legiones eò duxit.*

GEMINATO HONORE.) Geminis prouincijs præfecit, imò Bactrianorum postea regno,

CAPVT X.

ARGVMENTVM.

Nabarzani præfidi Hyrcaniæ in Bagoæ gratiam ignoscit. Thalestris Amazonum regina (vt olim regina Saba Salomonem) Alexandrum adit, liberisque conceptis post 13. dies redit ad suos.



Am ad urbem Hyrcania, in qua regia Darij fuit, ventum erat. ibi Nabarzanes accepta fide occurrit, dona ingentia ferens. Inter qua Bagoas erat specie singulari spado, atque in ipso flore pueritia, cui & Darius fuerat assuetus, & mox Alexander assuevit: eiusque maximè precibus motus Nabarzani ignouit. Erat (vt supra dictum est) Hyrcania finitima gens Amazonum, circa Thermoodonta amnem Themiscyra incolentium campos. Reginam habebant Thalestris, omnibus inter Caucasum montem & Caspianam imperitantem. Hæc cupidine visendi regis accensa, sinibus regni sui excessit, & cum haud procul abesset, præmisit indicantes venisse reginam adeundi eius cognoscendiq; quidam. Protinus facta potestate veniendi ceteris iussis subsistere, CCC. fœminarum comitata processit. Atque vt primum rex in conspectum fuit, equo ipsa desiluit, duas lanceas dextra præferens. Vestis non toto Amazonum corpori obducitur; nam laua pars adpectus est nuda, cetera inde velantur, nec tamen sinus vestis, quem nodo colligunt, infra genua descendit. Altera papilla intacta seruetur, quam muliebris sexus liberos alant. aduritur dextra, vt arcus facilius intendant, & tela vibrent. Interrito vultu regem Thalestris intuebatur, habitum eius haudquaquam rerum fama parem oculis perlustrans: quippe omnibus Barbaris in corporum maiestate veneratio est, magnorumq; operum non alios capaces putant, quàm quos eximia specie donare natura dignata est. Ceterum interrogata num aliquid petere vellet, haud dubitauit fateri, ad communicandos cum rege liberos se venisse, dignam ex qua ipse regni generaret hæredes. Fœminæ sexus retenturam, marem reddituram patri.

* Ita Curtius lib. 8. octoginta Macedonũ interfecerunt, & eodem libro. Mille militum arquelixarum calorumque illa petitis consumpsit. sunt numera.

Alexan-

*Alexander, an cum ipso militare vellet, interrogat: & illa causata sine custode regnum reli-
quisset, petere per seuerabat, ne se irritam spei abire pateretur. Acrior ad Venerem fœmina cu-
pido quàm regis, ut paucos dies subsisteret, perpulit. tredecim dies in obsequium de siderij eius
absumpti sunt. Tum illa regnum suum, rex Parthienens, petuerunt.*

AD VRBEM HYRCANIAE, IN QVA REGIA DARIÏ FVIT.) Modus loquendi qualis
apud Virgilium:

— But roti ascendimus urbem.

vulgò: Butrotum urbem ascendimus. Hyrcaniæ enim est gentis & prouinciæ, vt supra, sed ciuitatis
nomen. Multæ enim regiones communia habent nomina cum suis vrbibus primarijs, vt Troia ipsa
& Minoris Asiæ atque prouinciæ simul & vrbis toto orbe notissimæ nomen est. Proinde Hyrcania
hanc Ptolemæus metropolim appellat in Hyrcania, Arrianus verò eandem suo proprio no-
mine dictam ait Zadracarta, & Zeudracarta: ἀραξ δ' ἐν τῷ ὄρει προήκει ὡς ἐφ' ὑρκανίας εἰς ζαδράκαρτα πό-
λιν ὑρκανίωρ. *Motis inde castris in Hyrcaniam progressus Zadracarta urbem petit. Et infra dilectus: Ταῦτα
δὲ διαπραξάμεν, ἦγεν ὡς ἐπὶ Ζευδράκαρτα τὴν μεγίστην πόλιν ὑρκανίας ἵνα καὶ τὰ βασιλεία τοῖς ὑρκανίοις
ἦν. His rebus peractis, ad Zeudracarta maximam Hyrcania urbem, vbi regia erat, exercitum duxit. Eadem
ergo vrbs & Zadracarta & Zeudracarta (nisi codices fallunt) & Hyrcania dicta.*

Cap. 6.

NABARZANES ACCEPTA FIDE OCCVRRIT.) Et de Nabarzane supra copiosè, & de fide
data: *Nec dubitavit Alexander fidem, quo Persæ modo accipiebant, dare, inuiolatum si venisset, fore.*

BAGOAS SPADO.) Scortum priùs Darij, deinde Nabarzanes, postremò Alexandri. Hic est ille
scelestissimus eunuchus & spinthria, qui Orsini nobilissimo Persarum insidias stuxit, & eum per
calumnias perdidit. Caput tertium libri 10. cap. 3. cognosce. De pluribus facinorosis castratis leges
apud Claudianum, qui totis libris exagitat Eutropium, sicut Narsetem historici, qui Occidentem ab
Oriente, ab Imperatrice tamen grauisimè læsus, abstraxit.

ERAT HYRCANIAE FINITIMA GENS AMAZONVM.) Negant hoc Geographi recen-
tiores, imò Themiscyram duodecim millibus stadiorum distare ab Hyrcania docent, hoc est, mi-
liaribus Germanicis trecentis septuaginta quinque. Glareanus ad hunc locum: Sed vereor ne falla-
tur Glareanus, nam Strabò à Caspijs portis vsque ad Thermodontem, non nisi sex millia Itadio-
rum numerat, milliaria nempe Germanica centum octoginta septem.

Strabon. 12.
p. 378. ante
med.

THEMISCYRAE CAMPOS.) Suprà Amazonum campos appellauit. θεμισκυρα, inquit Stepha-
nus, πόλις ἢ βετιν ἀντίον θερμῶδοντ & οἱ οἰκόντες θεμισκύριοι, λέγεται καὶ θεμισκύρα. *Themiscyra ciuitas è
regione Thermodontis, incola Themiscyrij dicitur & Themiscyria. Ptolemæo, φαναγορία, πεδίου, campus
Phanagoria dictus, in quo Themiscyram describit Apollonius 2. Argonaut. δόξαντ & πεδίου, Δοξάντις
campus. Themiscyra fuit metropolis Amazonum. Strabon in Ponti descriptione & Amisii ciuitatis:
ἔχει δὲ τὴν τε ἄλλην χώραν καλὴν καὶ τὴν θεμισκυραν τὸ τῶν Ἀμαζόνων οἰκητήριον καὶ τὴν Σιδωνίην. ἐστὶ δὲ ἡ θεμι-
σκυρα πεδίου, τῇ μὲν ὑπὸ πελάγους κλυζόμενον ὅσον ἐξήκοντα σταδίους τῆς πόλεως διέχον τῇ δ' ὑπὸ τῆς ὄρεινης, εὐ-
δένδρον καὶ διαφύττον ποταμοῖς, αὐτόθεν τὰς πηγὰς ἔχουσι. ἐκ μὲν οὖν τῶν πληρῶμεν & ἀπάντων εἰς ποταμὸς
διέξεισι τὸ πεδίου θερμῶδων καλεῖται. Habet tamen autem aliam regionem bonam, tum Themiscyram A-
mazonum olim domicilium & Sidenam. Themiscyra planities est, qua ab altero parte mari alluenit, ad 60.
stadia ab Amiso disidens: ab altera montanis subiecta nemorosis probè & persuis annuum aluenit, qui indi-
demiscaturium: è quibus omnibus impletus vnus fluuius planiciem percurrit, Thermodon nomine.*

Siculus p.
127. v. pe-
nult.

Sed enim hic locus est de Amazonum origine, progressu, interitu disputandi. nam adeo prisco-
rum inter se variant sententiæ, vt sint qui nullas vnquam Amazonas fuisse contendant, plures, &
gentis aborigines, & regiones, & bella, & imperia ambitiosissimè describant. Primùm ex veteribus
Diodorum Siculum pro Amazonibus sentientem, parum tamen constanter narrantem in secundo
Bibliothecæ volumine audiamus: vbi primum Amazones domo Scythidas fuisse docet, dein viro-
rum principatu deficiente, fœminas regnare cœpisse, indeq; Amazones natas, magnasque res ab illu-
stribus fœminis peractas: itaque creuisse gentis potentiam, vt magnam Europæ, Asiæque partem
subiugarit.

Locum prolixum compendio referam. Ad Thermodontem fluuium gens habitauit, inter quam
vna regiâ potestate fungens, Martis se filiam dictitans, lanificium & domestica mulierum opera vi-
ris tractanda dedit: maribus igitur nascentibus crura & brachia debilitarunt, vt inhabiles bello red-
derentur; puellis dexteram inurebant mammam, ne in pugna protuberans molestiæ & impedimen-
to foret: Hinc nomen illud Amazonum genti prouenit. Tandem eas ab Hercule, ait, eneruatas, à fi-
nitimis denique continuis bellis proffigatas, vt ne nomen quidem Amazonum sit reliquum; vlti-
mamque Amazonum Penthesileam Troiano bello ab Achille casam occubuisse. * Iustinus ferè ad
Diodori mentem accedit, à qua tamen non rarò etiam discedit. Dionysius Periegetes * cum Eusta-
thio, ita de Amazonibus sentit, vt nihil de ijs dubitet, certasque illis sedes & regna assignet. Sed

* lib. 2. pag.
32. in min.
* pag. 89.

* Strabo

* Strabo totam gentem ex omni antiquitatis memoria delere conatur, meraeque & purasputas fabulas esse, quæ de illis à priscistradita sunt, ostendit.

De Amazonibus verò eadem & nunc, & antiquitatis traduntur, prodigiosa quidem, & à fide procul remota. Quis enim crediderit mulierum exercitum, aut ciuitatem, aut gentem constare absque viris posse? ac non constare modo, sed expeditiones etiam fecisse in aliorum ditionem, ac non viciniam modo subegisse, & vsque ad eam qua nunc est Ionia progressum: sed & trans mare ad Atticam vsque copias emisisse? perinde enim hoc est, ac si quis diceret, viros ea tempestate mulieres, mulieres viros fuisse: Eumuerò isthac etiamnum de ijs predicantur: angetq; rei singularis admirationem, quòd antiquis quam recentibus fides facilius adhibetur: Vrbes quidem ab ijs conditæ denominatæq; feruntur Ephesus, Smyrna, Cuma, Myrina, Paphus; aliæq; extant monumenta. Themiscyram verò & campos iuxta Thermodontem, montesq; supra positos, omnes Amazonibus adscribunt: aiuntq; inde eas expulsas fuisse: vbi nunc sunt, pauca de ijs & sine demonstratione feruntur. Quale est etiam de Thalestria, quam Amazonibus imperantem cum Alexandro ferunt proles concipiendæ cuncta in Hyrcania conuisse. non enim in confesso hoc est: sed è tanto scriptorum numero, qui maxime veritatis habuerunt rationem, nihil ea de re dicunt, nullaq; sit mentio eius ab his quibus plurimum fidei habetur, qui tradiderunt, non consentiunt. Clitarchus ait Thalestriam à Caspijs portis & Thermodonte profectam ad Alexandrum venisse: sunt autem à Caspijs portis ad Thermodontem stadia amplius 100. C10. Quæ autem probabiliter vulgata sunt, etsi in ijs consentiant omnes, tamen qui consinxere, adulandi quam veritatis fuerunt studiosiores.

Plutarchus quoque in Alexandro fabulam de Amazone fuisse tradit.

Eumuerò an fuerint vllæ vnquam Amazones, & quales fuerint, & quibus parentibus oriundæ, euidè Goropius Becanus lib. 8. qui Amazonica inscribitur, disputat, veterumque sententias primum ex Teophane, Strabone, & alijs refert; deinde suam subiungit his verbis: Nos contra, quod ab omnibus decantatur, tale esse credimus: vt quamuis fabulis sit inuolutum, habeat tamen semper originem è fonte aliquo veritatis. Diodorus Siculus ex Dionysio, qui Argonautarum, Dionysij, & aliorum prisca gesta descripsit, Amazonum historiam longè fecit, quam ceteri, admirabiliorem. Primas enim & antiquissimas Amazonas in Libya collocauit, è quarum numero Myrina ad Orum Isidis filium in Aegyptum venit, & contra eam cum eo amicitia, Arabiam, Syriam, Ciliciam, Phrygiam, & alias regiones subiecit; atque tandem militia finem flumen Caicum statuens, plurimas vrbes condidit, Ninam, Cumam, Pitnam, Prienen: & insulas etiam nonnullis in potestatem redactis, in Lesbo Mytilenen exiit, de sororis nomine, qua vna militauerat, sita nuncupatam. Huic item Samothracen adscribit, quam Magna matri dedicari, voce sacram insulam significante. Tanto verò hac Amazonum natio, altera illa ad Thermodontem est antiquior, vt multis ante Troianam bellum seculis sit deleta, si Siculo credamus. Sed nobis de Lybicis necdum est questio: quocirca alios consulamus, qui de illis agunt, quæ ad Thermodontem celebritatè nominis consecuta sunt. Iustini narratio de Amazonibus in promptu est, quam infra collocaui. Multa dein ex Arriano, Dionysio, Afro, & Eustathio Goropius adfert, inter quæ fabulosa de aconito, otioso relinquenda, vt & illa de Cimberijs. Postremò tamen vbi verba Curtij de Thalestri tripoluit, iudicium de eadè regina & tota Amazonum gente his verbis exponit: Cetera quæ addit de Thalestri regina, ad Alexandrum sobolis causa, ad tredecim vel quatuordecim dies commorata, cum Trogo consentiunt, sed ridicula sunt, tum vniuersim, tum de locorum interuallo. Mulier scilicet per prærupta Caucas, per Armeniam minorem & maiorem, per Mediam, per quæ alias interiectas tot gentes, ad Alexandrum in Hyrcaniam venit, quò semen reportaret. Non rideo fabulam, sed pesimam & læceram fabulam futuram, quæ tam ingentibus terrarum interuallis fatiscit. O miseram sceminam, qua nec apud Gargas, nec apud Iberos, nec apud vllos omnino vel Scythas, vel Armenos semen inuenit, locus suus dignum! Explodamus igitur non hoc solum, sed omnino totum figmentum antiquorum, quòd nobis de mendicato foris concubitu obtulerunt; hereamusq; Straboni, qui incredibile iudicauit, vllam omnino mulierum ciuitatem citra viros constare posse, nedum tot gentibus imperare. Si quæ verò Amazones fuerunt, eas dicemus coniugatas fuisse. Hæc Goropius, & his multo plura, quæ si voles, ipse videbis.

REGINAM HABEBANT THALESTRIN.) Attigit hanc historiam Iustinus suprâ è secundo volumine laudatus, eandem exactius denarrat his verbis in 12. Ibi ei occurrit Thalestria, siue Minothea Amazonum regina, cum CCC. millibus mulierum, xxxv. dierum inter infestissimas gentes itinere confecto, ex rege liberos quasitura: cuius conspectus aduenusq; admirationi fuit, & propter insolitum feminis habitum, & propter expectitum concubitum. Ob hoc * xxx. diebus otio datus, a rege vi visa est vterum implese, discessit.

Et Oresius: Vbi etiam illum adhuc bello intentam Thalestris siue Minothea regina excita suscipienda ab eo sobolis gratia cum trecentis mulieribus proax Amazon inuenit. In Iustino leges pro trecentis millibus, trecentis mulieribus, vt & vetus codex habet, & reliqui Scriptores ad stipulantur.

REX IN CONSPECTVM EVIT) Ita lib. 3. Quippe Darium quinto die in Ciliciam fore, ad quem locum ibi plura ex Agellio, auctoritatem Ciceronis laudante: Aduerti ego his diebus alium Ciceronis locum huc facientem, cum in Epistolas ad Atticum incidissem, vbi lib. 15. epist. 4. Ita loquitur: Quod te à Bruto scribis, vt certior fieret, quo die in Tuscanum essem futurus, vt ad te ante scripsi. Nihil hoc loco clarius & luculentius, qui Curtianam etiam scripturam firmat:

VESTIS NON TOTO AMAZONVM CORPORE OBVCITVR.) Vulgo pleraque omnia exemplaria non toto Amazonum corpori obducitur, mendose nec Iynacice, Goropius verè legit non toto corpore. Fuit qui rescribendum putaret, non ex toto, Amazonum corpori obducitur. Sed non ex elegantia Curtiana.

* ἀρεὶ ἀτ-
των, ὁ δὲ
των, ὁ δὲ
των.

Philostr. p.
7. s. post
med.

ADVCITVR ALTERA.) Hoc plerique scriptorum attestantur. * Hippocrates, etiam modum adarendi per peluim declaravit. De maribus verò ex procreatione susceptis, & interfectis, foemini servatis, præter Philostratum, qui in Heroicis ubi de Amazonibus dislerit, vocisque originem ostendit, negat interfectos mares, negat Amazonas dictas, quod alteram mammarum adurent, sed mares ab eis ad viros remissos, puellas nò lacte matris, sed equino, & rore mellis & fauis nutritas, indeq; Amazonas dictas. Accipe verba Philostrati. Nam circa inhospitale Pontilatus, qua Taurici tenduntur montes, quadam eam dicuntur habitare cōinentem Amazonas, quam Thermodon, ac Pbasis de montibus exeuntes amplectuntur: quos pater, & ipsarum sator Mars ita instituit, ut in bellicis versentur, vitamq; armatam atque equestrem degant. Equi autem in paludibus pascuntur, qui exercitui satv sint, & suam quidē regionem viris minimè incolendam prebeant. Ipsa verò, cum liberis egent, ad Helymfluvium descendentes cum viris ubi contigerit, cōeant: profectaq; ad sedes ac domos suas, quos quidem mares pepererint, ad regionis fines genitoribus tollendos ferant: quas verò foeminas pepererint, diligant, ac suam esse prolem arbitrentur. Et præterquam quòd lac non prebent (ut mos est matribus) inseruiant. Id autem propter pugnas faciunt, ut neque ipsas effeminatas reddant, neque mamma suspendantur. Nomen autem Amazonibus, quòd mamma nimirum non alantur, inditum esse existimaerim. Alunt autem infantes cum equino lacte, rum reru fauis, qui in modum mellis fluuiorum calanis infidet. Quæ verò à poëtis ac fabularum sectatoribus de ipsi Amazonibus literarum monumentis mandata sunt, ea à sermone abdicemus, neque enim præsentem conferrent studio.

Stephanus quoque negat interfectos, sed debilitata crura & brachia: Ἀμαζόνες ἔδωκεν ὀφθαλμοῖς, &c. Amazonas natio muliebris, qua auctore Euphoro ad Thermodontem colit, quas nunc Sauromatidas vocant. Sunt qui dicant, quod hoc genus foeminarum natura viri sit præstantius, causamq; genio loci assignant, qui fortiora foeminarum & maiora quam virorum corpora ferat. Atqui ego natura foemina & affectiones ubique eodem se modo habere existimo, aded ut hæc ratio illorum, ratione carere videatur. Probabilior est accolarum sententia: nam Sauromata cum primum Europam arvis inuaderent, omnesq; absumpti essent, relictas esse foeminas solas, cumq; viri qui domi remanserant, maiorem in modum aucti essent, seditionem motuisse in mulieres, & ab his superatos in siluam densissimam profugisse, illicq; omnes interisse. Foemina porò metuentes, ne succrescens inuentus iniurias maiorum: vltum irret, deinceps publico decreto sanxerunt, ut maribus recens natis membra debilitarentur, omnesq; claudi efficerentur. Vocantur autem Sauromatides, vel quod lacertos essent & deuorarent, vel quod in Scythia Sauromatarum habitarent.

pag. 110.

Eadem habet Eustathius ad Dionysium, & his plura: Aut quasi Sauropatides, ed quod lacertos ederent, hoc est gustarent, huiusmodi enim carnibus vescantur. Unde & Amazonas dicebantur, non tantum quod vnam haberent mammam (nam infantibus dextram papillam adurebant, ne ab usu arcus impedirentur) sed quasi non mammas, sed carnibus ferarum alerentur. Eodem loco Eustathius clarissimas quasque Amazonas nominatim celebrat, Trallam, Uocratea, Thibam, Tallam, Smyrnam.

HABITVM EIVS HAVDQVAQVAM RERVVM FAMAÆ PAREM.) Noli habitum pro veste cum vulgo accipere, sed pro modo, staturaque corporis. De forma Alexandri nos plenius in Prolutionibus disputauimus. Non enim procero erat corpore, nec maiestas inerat, quæ famæ rerum gestarum respondebat, ut etiam Sisyambis pro illo Hephætionem adorarit.

IN CORPORVM MAIESTATE VENERATIO EST.) Tanta vis formæ est, ut non paucis etiam regna & imperia conciliarit. De Bakiano singillatim tradunt rerum scriptores ob oris venustatem è milite ad imperium fuisse euectum. Et de Maximo Iuniore extat apud Iulium Capitolinum epistola patris Maximini. Ego, inquit, cum propter affectum, quem pater filio debet, Maximum meum imperatorem appellari permisi, tum etiam ut populus Romanus & senatus ille antiqus iuraret, se nunquam pulchriorem imperatorem habuisse. Sanè apud Cathæos Indicam gentem ex lege & consuetudine, Strabone & Siculo auctoribus, pulcherrimus regnabat. De foeminis plura cum in sacris, tum politicis literis extant exempla. Cæterum de Xerxe Herodotus meminit, illum ex omni copiarum numero, quas propè innumeras duxit, nullum forma parem habuisse. Adhuc hodie de pulchris iectamus, formam regno dignam. Et reges Persarum liberos in ipem regni natos, ab Eunuchis, quorum singularis erat & auctoritas & industria, curarunt diligentissimè educari, membra eorum componi & formari, ut quàm pulcherrimi efficerentur. Et sanè diuinum aliquid habet forma, ut regius vates etiam Christum fore pulcherrimum præcinerit: Speciosus forma præ filiis hominum. & de D. Virgine alius, Tota pulchra es, & macula non est in te. quæ verba D. Virgini Ecclesia transcripsit. Hamus est forma, quo capti sunt reges, philosophi, sacri, & profani. Multi sunt hac ipsa abusi, & ex formosis deformes & turpes effecti. cuius rei exempla in totis theatris videbis.

CAVSSATA.) Aliter hic quàm vulgo vsurpatur, cum pro efficere ponitur: Hic pro exultatione, se non posse cum Alexádno militiam obire, quod regnum sine tutela reliquisset, qua diu carere non possit.

ACRIOR

ACRIOR AD VENEREM.) Inde procacem Orosius Amazonem appellauit. Ad hoc imaginem Thalestris ex Romanis & antiquis monumentis descriptam.

THALESTRIS AMAZON.



PARTHIENEM.) Hanc supra descripsimus hoc lib. c. 3.

CAPVT XI.

ARGVMENTVM.

Alexander mutat leges, totusque à se abit in vitia.



*I*c verò palam cupiditates suas soluit, continentiamque & moderationem in altissima quaque fortuna eminentia bona in superbiam ac lasciuiam vertit. Patrios mores, disciplinamque Macedonum regum salubriter temperatam, & ciuilem habitum velut leuora magnitudine sua ducens, Persicæ regis par deorum potentia fastigium amulabatur. Iacere humi venerabundos ipsum paulatimque seruilibus ministerijs tot victores gentium imbueret, & capiuus pares facere expetebat. Itaque purpureum diadema distinctum albo, quale Darius habuerat, capiti circumdedit,

vestemque Persicam sumpsit; ne omen quidem verius quod à victoris insignibus in denicti transiret habitum. & ille se quidem spolia Persarum gestare dicebat, sed cum illis quoque mores induerat: superbiamque habitus animi insolentia sequebatur. Literas quoque quas in Europam mitteret, veteris anuli gemma obsignabat: ijs quas in Asiam scriberet, Darij anulus imprimebatur, ut appareret, vnum animum duorum non capere fortunam. Amicos verò & equites his vnaque principes militum aspernantes quidem, sed recusare non ausos, Persicis onerauerat vestibibus. Peltices CCC. & LX. totidem quot Darij fuerant, regiam implebant, quas spadonum greges & ipsi muliebria pati assueti, sequebantur. Hac luxu & peregrinis infecta voribus veteres Philippi milites, rudis natio ad voluptates palam auersabantur; totisque castris vnus omnium sensus ac sermo erat, plus amissum victoria, quam bello esse quasitum. Tunc cum maxime vinci ipsos, dedit.

dediſſet alienis moribus & externis, quos tanta mora precium domos quasi in captiuo habito reuerſuros; pudere iam ſui regem, victis quam victoribus ſimiliorem, ex Macedonia Imperatore Darij Satrapen factum. Ille non ignarus & principes amicorum & exercitum grauius offendi, gratiam liberalitate donisq; recipere tentabat. Sed opinor liberis precium ſeruitutis ingratum eſt. Igitur ne in ſeditionem res verteretur, ocium interpellandum erat bello, cuius materia opportunè alebatur.

CVPIDITATES SVAS SOLVIT.) Omnes propè rerum ſcriptores, qui de Alexandro meminerunt, hoc loco ſtylum in illum acunt, ſuperbiam excrunt, mores inſectantur, nomenque lancinant & lacerant. Quorum Curtius ipſe ferè inter Latinos princeps, (nam Senecas & hoc genus ſcriptores, qui in ſcriptis per occaſionem in Alexandrum incurrunt hic prætermitto, ſupra in proluſionibus laudatos.) Sed illi plerique ipſi alio atque alio loco eundem Alexandrum certatim excuſant, Curtius inquam ipſe, Plutarchus & Arrianus, vti mox demonſtrabo.

Lib. Offi-
cior. I.
Eccl. c. 3.
v. 27.

IN ALTISSIMA QVAQVE FORTVNA EMINENTIA BONA.) Verè dolet principes M. Tullius, vt quanto ſuperiores ſunt, tanto ſubmiſſius ſe gerant. Docuerat hoc ante Eccleſiaſticus: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus.* Atque etiam, inquit M. Tullius, in rebus proſperis, & ad voluntatem noſtram fluentibus ſuperbiam magnopere, fallidium arrogantiamque fugiamus. nam vt aduerſas res, ſic ſecundas immoderatè ferre, leuitatis eſt: præclaraque eſt æquabilitas in omni vita, & idem ſemper vultus, eademque frons: vt de Socrate, item de Caio quoque Lætio accepimus. Philippum quidem Macedonum Regem, rebus geſtis & gloria ſuperatum à filio ſimplicitate verò & humanitate video ſuperiorem fuiſſe. itaque alter ſemper magnus, alter ſæpè turpiſſimus fuit. vt rectè præcipere videantur, qui monent, vt quanto ſuperiores ſumus, tanto nos ſubmiſſius geramus.

Arrian. p.
82. f.

Arrianus etiam præclare libro 4. *Ceterum ſi quid aliud Alexandri certè præclara facinora documento eſſe poſſunt, ſiue quis corporis viribus polleat, ſiue generis ſplendore emicet, ſiue bellica virtute felicitateq; Alexandrum ipſum ſuperet, ſiue Africam ſimul atque Aſiam (quemadmodum ille animo deſtinat) pernauigans ſubiugarit, ſiue Europam Aſia atque Africa tertiam adiunxerit, nihil hæc omnia homini ad felicitatem adipiſcendam profutura, niſi pariter moderatio animi accedat, quantum vires in ſpeciem maximas gerat.*

PATRIOS MORES.) Ad modeltiam & temperantiam compoſitos. neque enim multum à vulgari abhorrebant, ſiue cultum corporis ſpectares, ſiue victum & menſas, regredere ad librum 3. c. 10. vbi leges Alexandrum leui & parabili cultu corporis fuiſſe contentum. Vt è enim Græcus vates,

Ἐδνρι χόσμη χόσμη & ἡ ἀνομία.

In eo poſitus cultus vt cultum omnem reſpuas.

Et de gente ac milite Macedonico: Ac ne auri argenti que ſtudio teneri putes, adhuc illa diſciplina paupertate magiſtra ſtetit. fatigatis humus cubile eſt, cibus quem occupat fatiat, tempora ſomnariãtiora quam noctis ſunt.

Cap. 24.

PAR DEORVM POTENTIAE FASTIGIVM.) Iam ſupra narratum eſt reges Perſarum diuinis honoribus cultos, quos & Alexander affectabat; Curtius lib. ſuperiore: *Rex curru paulò ante veſtus & deorum, à ſuis, honoribus cultus.*

IACERE HUMI VENERABVNDOS.) Volue librum 8. c. 12. vbi Cleo Siculus, *Quod ſi ceteri dubitent ſemetipſum cum rex inſeſſet conuiuium, proſtraturum humi corpus. Debere idem facere ceteros, & imprimis ſapientia præditos. Ab illis enim cultus in regem exemplum eſſe prodendum.*

pag. 549.

PVRPVREVM DIADEMA.) De mendo hoc, ſeu potius varia ſcriptura diſputatum fuſè cap. 7. lib. 3. Ceterum hoc vitio datum Alexandro, quod cultum patrium, Perſico mutarit, & ſingillatim diadema induerit. Siculus: *Hinc voti ſe compotem eſſe factum, & imperium ſine æmulo tenere arbitratuſ, delicatos Perſarum mores, luxumq; regum Aſiaticorum æmulari cœpit. Quod primum igitur fuit, apparitorum regia ex Aſiaticis legi iuſſit. tum viros nobiliſſimos in haſtigerorum ſatellitum ordinem adſciuit: quorum in numero etiam Oxathres Darij frater erat. Quin & Perſicum diadema capiti impoſuit, candidamq; tunicam tum baltheoregibus Perſarum vſitato & ceteris, præter femoralia & Candym, quem vocant, induit. Amicis etiam togas purpuratas diſtribuit, & equitibus Perſicum ornatum accommodauit. Arrianus: Neque hoc vllò modo probauerim, quod veſtem medicam pro Macedonica ac patria (cum ex Heraclidarum genere eſſet) aſſuſperit. vt neque hoc, quod cidarim Perſicam, yſ quos prælio vicerat ademptam, cum eo ornatu quem ipſe olim victor geſtare ſolebat, commutare non erubuerit.*

p. 82.

p. 28.

Arrianus, quod hic improbat, tantà eſt inſtantia mentis. Plutarchus de eodem cultu primum ambigüe loquitur in Alexandri vita cum dicit: *Hinc Parthiam petens, quum in otio ægeret, primum veſtem barbaricam ſumpſit, incertum, vt accommodaret ſe incolarum moribus, multum exiſtimans valitutum ad manſueſciendos homines ſi conſuetudinem & patrios mores eorum uſurparet, an tentare hæc re Macedonas, atque ad adorandum ſe traducere, morumq; patriorum ferre conuerſionem, & tranſitum in alienos voluit aſſueſcere habitum.* * Medicum tamen, quod proſus barbaricus eſſet & alienus repudiauit, nec * anaxyridas, vel candym tiaræ muſ ſumpſit, ſed medium inter Perſicum & Medicum ſcitè temperauit, minus hoc humidum, & inſolentiorẽ illo, uſurpauit eum primum agens cum barbaris, ac ſub tecto cum amicis, de-

* En, con-
traria Ar-
riano.
* famora-
lia.

inde

inde eo cultu prodijt in publicum, ac cum vacaret postulationibus conspiciendum ita se dedit omnibus. Erat acerbum id Macedonibus spectaculum, sed miraculo ducti reliquæ eius virtutis, quadam putabant libidini & gloria eius concedenda. Sed idem hoc factum Alexandri non tantum non reprehendit, sed laudat etiam, de fort. Alexand. locus est in promptu, si iuuat inspicere. Iustinus de eodem cultu & diademate non sine reprehensione Alexandri: *Post hæc, inquit, Alexander habitum regium Persarum, & diadema insolitum antea regibus Macedonicis, velut in leges eorum quos vicerat, transiret, assumit. Quæ ne inuidiosius in se vno conspicerentur, amicos quoque suos longam vestem auratam, purpureamq; sumere iubet, ut luxum quoque, sicuti cultum Persarum, imitaretur. Inter pellicum regiarum greges electa pulchritudinis nobilitatq; noctium vices diuidit. His rebus ingentes epularum apparatus adijcit, ne ieiuna & destructa luxuria videretur, conuiuiumq; iuxta regiam magnificentiam ludis exornat: immemor prorsus tantas opes amitti his moribus, non quari solere. Inter hæc indignatio omnium totis castris erat, à Philippo illum patre tantum degenerauisse, ut etiam patria nomen eiuraret, moresq; Persarum assumeret, quos propter tales mores vicerat.* Exculat & Arrianus hanc noui cultus ab Alexandro assumpti rationem: *Verum & Persicus habitus arte quadam mihi à rege assumptus videtur, ne in vniuersum alienus ab eis rex esse videretur: vsque refugium quoddam aduersus Macedonum insolentiam superbiamq; haberet. Quæ etiam de causa eum Macedonum ordinibus Persas melophoros immiscuisse arbitror, & agemati, qui paricum eis honore essent, accensuisse.* Curtius etiam hoc genus vitia, fortunæ Alexandri adscribit: *illa, inquit, fortunæ; dijs aquare se & celestes honores accerere, & talia suadentibus oraculis credere, & dedignantibus venerari ipsum, vehementius quam par esset irasci: in externum habitum mutare corporis cultum, imitari deuictarum gentium mores, quas ante victoriam spreuerat.*

P. 117. v. 16.

P. 168. l. 7.

exti.

l. 10. c. 9. p.

499.

CVM ILLIS QVOQVE MORES INDVERAT.) Barbaros, superbos, inhumanos, crudeles, acerbè dictum hoc & satyricè.

LITERAS QVOQVE QVAS IN EVROPAM MITTEBAT.) Hoc non memini ab vllò scriptorum tradi, qui extant. Sequitur hanc narratiunculam nobile epiphonema: Vnum animum duorum non capere fortunam. Atqui Alexander multorum regum fortunam cœpit, seseq; ab Europa in Asiam & Indiam extendit, nec his contentus totius mundi imperium quærebat. Vtebatur autem anulo Græco cum ad Græcos scriberet, barbaro, cum ad barbaros, ut se Græcorum & barbarorum imperatorem ostenderet.

PERSICIS ORNAVERAT VESTIBVS.) Ut ipseliberius regio cultu Persico vteretur.

PELLICES CCCLX.) Ad numerum dierum anni: in tot enim dies annum Persæ diuidebant. Siculus, *Concubinas insuper prout Darius consueuerat, circumducere secum cœpit: quorum turba dierum numero haud inferior erat. Pulchritudine autem, utpote ex feminis per totam Asiam præstantissimæ delectæ, eminebant.* Hic tamen oblerat Curtium de Annis Persarum inconstanter loqui, aut certè mendum chartas eius occupasse, nam lib. 3. c. 7. numerat distinctè 365. dies cum dicit: Magos trecenti & sexaginta quinque iuuenes sequebatur, puniceis amictibus velati, diebus totius anni pares numero. lege quæ ad cap. 4. lib. 5. annotauimus, vbi itidem numerus mendosus, & pro 368. rescribendum 365. non 8. Hoc capite rursus pellices 360. rotundo numero posuit. Ita quinarium vel neglexit, vel certè sibi ipse non constat. Hodie numeramus dies 365. horas quinque, seu propè sex, paucis absibus desideratis.

P. 500.

SPADONVM GREGES.) Exoletorum, eunuchorum, castratorum, Bagoarum, scortorum, pæthi corum, cynædorum, & hoc genus pestium generis humani, & monstrorum naturæ.

PHILIPPI MILITES.) Patris Alexandri veterani, de quibus lib. 3. c. 7.

PLVS AMISSVM QVAM QVAESITVM.) Amissa virtus, castimonia, sobrietas, continentia; quæritus luxus, superbia, luxuria, quod exponit sequenti periodo, & ostendit.

DARII SATRAPEN) Militare conuitium in Alexandrum factum, ex rege Macædoniæ mancipium victi regis Persarum, quod in eius mores & vitia abiisset. Satrapes Curtio & Latinis est princeps, præfes, præfectus prouinciæ, Dux exercitus, quem subinde etiam purpuratum appellat. De vocis origine è Syriaco Asdarpan per μετάθεσιν, vide Sancten Pagninum.

GRATIAM DONIS RECIPERARE TENTABAT.) Siculus: *ὁμοως δὲ πολλῶν αὐτῷ μεμειλιμῶν ἐόντων, τὸ τὸ μὲν πᾶσι δωρεῶν ἐθεράπευεν.* Cum mulci tamen conquererentur, muneribus eos placauit.

LIBERIS PRECIVM SERVITVTIS INGRATVM EST.) *δῶρα γὰρ δὲ ἐλευθέρων δέλης ποιῶντα, δωρεῶν, munera, quæ ex liberis seruos reddunt munera non sunt. Libertas nullo precio redimenda. Ex hac opinor Curtij gnome, verius natusest.* libero

Quodcunque ingratum seruitutis premium.

vbi Gruterus recuperare non recipere legit. MS. Constantiensis reparare. vetustiores codices retinent, recuperare. recipere tamen vox non improba est, qua subinde Tacitus vsusest, vnde nomen est recuperatio apud Festum, cum inter ciuitates peregrinas lex conuenit, ut res priuatæ reddantur singulis, recipianturq;.

OCIUM BELLO INTERPELLANDVM.) Semper enim felicior foris, quam domi; in armis quàm pace fuit Alexander.

CAPVT XII.

ARGVMENTVM.

In Bessum mouet castra, Satibarzanem in fidem accipit, eundem mox deficientem persequitur. Rupē expugnat. Artacacnā occupat, ciuibus ignoscit.



Namque Bessus veste regia sumpta Artaxerxen appellari se iusserat, Scythasq; & ceteros Tanais accolas contraherat. Hæc Satibarzanes nunciabat, quem receptum in fidem, regioni quam antea obtinuerat, præfecit. Et cum graue spolys apparatusq; luxuriæ agmen vix moueretur, suas primum deinde totius exercitus sarcinas, exceptis admodum necessarijs, conferri iussit in medium. Panicies spaciōsa erat, in quam vehicula onusta perduxerant. Expectantibus cunctis quid deinde esset imperaturus, iumenta iussit abduci, suisq; primum sarcinis face subdita, ceteras incendi præcepit. Flagrabant exurentibus dominis, qua, vt intacta ex urbibus hostium raperent, sapè flammæ restrinxerant, nullo sanguinis precium audente deslere, cum regias opes idem ignis exureret. Breuis deinde oratio mitigauit dolorem, habilesq; militia & ad omnia parati latabantur sarcinarum potius quàm disciplina fecisse iacturam. Igitur Bactrianam regionem petebant. Sed Nicanor Parmenionis filius subita morte correptus, magno desiderio sui affecerat cunctos. Rex ante omnes mæstus cupiebat quidem subsistere funeri affuturus, sed penuria cōmeatum festinare cogebat. Itaque Philotas cum duobus millibus & 100 relictus, vt iussa fratri persolueret, ipse contendit ad Bessum. Iter facienti literæ afferuntur à finitimis Satraparum, è quibus cognoscit, Bessum quidem hostili animo occurrere cum exercitu: ceterum Satibarzanem, quem Satrapæ Arriorum ipse præfecisset, defecisse ab eo. Itaq; quamquam Besso imminerebat, tamen ad Satibarzanem opprimendum præuerti optimum ratus, leuem armaturam, & equestres copias educit; totaq; nocte strenuè itinere facto, improuisus hosti superuenit. Cuius cognito aduentu Satibarzanes cum 11. millibus equitum (nec plures subito contrahi poterant) Bactra per fugit; ceteri proximos montes occupauerunt. Prærupta rupes erat, quæ spectat occidentem. Eadem quæ vergit ad Orientem, lentiore submissa fastigio, multis arboribus obsita perennem habet fontem, ex quo largæ aqua manant. Circuitus eius duo & triginta stadia comprehendit. In vertice herbidus campus. In hoc multitudinem imbellium considerare iubent: ipsi quæ rupes erat arborum truncos & saxa obmoliuntur, tredecim millia armata erant, in quorum obsidionem Cratero relicto ipse Satibarzanem sequi festinat. Et quia longius abesse eum cognouerat, ad expugnandos eos, qui edita montium occupauerant, redit. Ac primo repurgari iubet quidquid ingredi possent: deinde vt occurrerant inuia cotes, prærupta q; rupes, irritus labor videbatur obstante natura. Ille vt erat animi semper oblectantis difficultatibus, cum & progredi arduum, & reuerti periculosum esset, versabat se ad omnes cogitationes, aliud atque aliud, ita vt solet, ubi prima quæque damnamus, subiciente animo. hæsitanti, quod ratio non potuit, fortuna consilium subministravit. Vehemens Fauonius erat, & multam materiam ceciderat miles, aditum per saxa molitus. Hæc vapore torrida iam inaruerat. Ergo aggerari alias arbores iubet, & igni dare alimenta: celeriterq; stipitibus cumulatis fastigium montis aquatum est. Tunc undique ignis iniectus cuncta comprehendit: flammam in ora hostium ventus ferebat: fumus ingens velut quadam nube absconderat cælum. Sonabant incendio siluæ, atq; ea quoque quæ non incenderat miles, concepto igne proxima quoque adurebant. Barbari supplicitorum ultimum, si quæ intermoreretur ignis, effugere tentabant: sed quæ flamma dederat locum hostis obstabat. Varia igitur clade consumpti sunt. Alij medios ignes, alij in petras præcipitauerunt: quidam manibus hostium se obtulerunt, pauci semistulati venere in potestatem. Hinc ad Craterum, qui Artacacnam obsidebat, reat. Ille omnibus præparatis regis expectabat aduentum capta urbistitulo (sicut par erat) cedens. Igitur Alexander turres admoueri iubet: ipsoq; ad spectu territi Barbari, è muris supinas manus tendentes, orare cœperunt, vt iram in Satibarzanem defectronis auctore reseruaret, supplicibus semetdedentibus parceret. Rex data venia, nō obsidionē modò soluit, sed omnia sua incolis reddidit.

BESSVS VESTE REGIA SVMPTA ARTAXERXEM APPELLARI SEIVSSREAT.) De hac ipsa re satis fuscè iam ad cap. 4. huius libri dictum. Idem narrant a Siculus & b Arrianus : Sed hic planè ad calamum Curtij : *ὁ τῆσδε δὲ ἀφικνῆνται παρ' αὐτὸν περσῶν ἄνες οἱ ἡγελοῦν Βήσων τὴν τε Λάραυ ὄρθην ἔχον, καὶ τὴν περσικὴν σολὴν φορέοντα. Ἀργαὶ ἔρχονται τε χαλεπῶσαι ἀπὸ τῆς Βήσων, καὶ βασιλεὺς φάσκειν εἶναι τῆς Ἀσίας ἔχον τε ἀπὸ αὐτῶν περσῶν τε τοὺς ἐς Βακτρίαν διαφυγόντας, καὶ αὐτῶν Βακτρίαν πολλὰς προσδοκῶσαι δὲ ἤξειν αὐτῶν καὶ Σκόθας ξυμάχους. Per id tempus, Persarum nonnulli ad eum venerunt, nunciantes Bessum tiar am erectam, Persicamq; vestem gestare, & immutato Bessi nomine Artaxerxem vocari, seq; Asia regem appellare. habere apud se Persas, qui in Bactra profugerant, & ex Bactrianis complures Scytharum etiam confederatorum aduentum expectare.*

TANAIS ACCOLAS.) Regredere ad caput 3. huius libri, vbi plenius de hoc Tanai disputatum. negant enim geographi Tanaim vllum ad Bactra esse, quamuis enim Europam ab Asia diuidat, vt supra Curtius docuit, non tamen in illis apud Indos regionibus id fieri omnes testantur. Scythæ tamen illic degebant, qui postea legationem ad Alexandrum misere, ab eodem demum victi.

SATIBARZANES.) Primum hic huius purpurati & satrapæ Areorumq; præfecti fit mentio, sæpius deinceps facienda. Hunc primum in fidem recepit, suæque prouinciæ præfecturam restituit Alexander, mox eundem ad Bessum deficientem bello persecutus est, quem demum Erigyus inclitus Alexandri dux singulari cum illo certamine congressus vicit & confecit : Arrianus, *ἐκείθεν δὲ ἐπὶ τὰ τῆς Ἀρείας ὄρια, καὶ Συσίαν πόλιν τοῖς Ἀρείοις, ἵνα καὶ Σαλευαρχάνης ἦεν παρ' αὐτὸν, ὁ τῶν Ἀρείων σατραπῆς. τῆσδε μὲν δὴ τὴν σατραπείαν ἀποδοὺς ξυμπέμπει αὐτῷ Ἀνάξιππον τῶν ἐταίρων, δοὺς αὐτῷ τῶν ἱπποκονιστῶν ἑς τεσσαράκοντα, ὡς ἔχει φύλακας καὶ θυσίαναι τῶν τόπων, τὸ μὲν ἀδικεῖν τοὺς Ἀρείους πρὸς τῆς στρατῶν κατὰ τὴν παράδορον. Inde in Areos fines ad Susiam Areorum urbem. quo loci Satibarzanes Arcorum satrapes ad eum venit. Huic satrapatum reddit, vnaque cum eo Anaxippum vnum ex amicis mittit, quadraginta equestribus iaculatoribus ei adiunctis, quos custodes locorum disponeret, ne Arei ab exercitu illac transeunte damni aliquid acciperent.*

CAETERAS SARCINAS INCENDI PRAECEPIT.) Non iniuria sarcinæ impedimenta potius, quam adiumenta appellantur exercitû, cum miles his oneratus ineptior ad omnia militaria officia fiat. In itinere confi. tendo his retardatur, in fluminibus traiciendis mergitur, in prælio curis angitur, ne reculas suas perdat. Proinde C. Marius, inquit Frontinus, *recidendorum impedimentorum gra- lib. 4. c. 11*
tia, quibus maximè exercitus agmen oneratur, vasa & cibaria militum in fasciculos aptata furcis imposuit, p. 178.
sub quibus & habile onus, & facilius requies esset: vnde & in prouerbiu tractum est, Mulier Mariani. Philippus etiam pater Alexandri cum primum exercitum constitueret, vehiculorum vsu omnibus interdixit, Ibid.
equitibus non amplius quam singulos calones habere permisit: peditibus autem denis singulos, qui molas & funes ferrent in aestiua exeuntibus, triginta dierum farinam collo portare imperauit. Scipio Numantinus Eod loco cap. 1.
delicioris vltus vasa, parumque necessaria suorum militum confregit. Quod Darius ferius exper- Lib. 5. c. 1.
tus vtu didicit, sarcinas belli impedimenta esse: regredere in memoria superioris libri. Vtu se (Darius loquitur) didicisse, pretiosam sup. lectilem, pellicesq; & spadonum agmina nihil aliud fuisse, quam onera & impedimenta. Eadem trahentem Alexandrum, quibus rebus antea viciisset, inferiorem fore. Itaque Alexander, vti militem his leuaret, præter homines & stipendia, pleraque cum sua, tum exercitus impedimenta exulsit, certissimus meliora recuperandi, quod & Latini focci princeps verissimè asfirmavit:

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum 'st lucrum.

Et Plautus:

— necesse est facere sumtum, qui querit lucrum.

Lucrum sine damno fieri non potest.

Terentius
Adelph.
Act. 2. sc. 2.
Afinaria,

Sed omninò huc facit stratagema Mithridatis, qui bello victus ab Lucullo & iam iam capiendus iactura sarcinarum euasit. Cicero maximus auctorum, hoc in oratione pro lege Manilia elegantè denarrat: *Primum Mithridates ex suo regno sic profugit, vt ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur; quam prædicant in fuga fratris sui membra in his locis qua se parens persequeretur, dissipauisse, vt eorum collectio dispersa, mororq; patrius celeritatem persequendi retardaret. sic Mithridates fugiens, maximam vim auri atque argenti, pulcherrimarumq; rerum omnium quas & à maioribus acceperat, & ipse bello superiore ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat, in Ponto omnem reliquit. Hac dum nostri colligunt omnia diligentius, Rex ipse è manibus effugit. ita illum in persequendi studio moror, hos latitantes retardauit. Idem breuissimè Florus: Mox clade conuersa, quum ex morâ obsidentem regem, & ex fame pe- Lib. 3. c. 51*
ssilentia vrgeret, recedentem Lucullus assequitur, adeoq; cecidit, vt Granicus & Aesopus amnes cruenti redderentur. Rex callidus Romanæque auaritia peritus, spargi à fugientibus sarcinas & pecuniam iussit, qua sequentes moraretur. Hoc stratagemate vitus Alaiicus apud Claudianum in extremo Getico eualit, quamuis miles illius pœnè totus concisus fuerit, Romanæque legiones per aurum & neglectas opes hostem infecutæ sint, maximamque laudem in victoria propter contemptas opes consecutæ.

H h 2

Altius

AD Q. CVRTII LIB. VI. CAP. XII.

*Altius haud vnquam toto descendimus ense,
 In ingulum Scythia; tanta nec clade superbum
 Contudimus Tanaim, vel cornua fregimus Istri.
 Inuisum miles sitiens haurire cruorem,
 Per varias vestes onerataq; plaustra metallo
 Transit, & argenti cumulos, & cadis auarus
 Contemptas proculcat opes. pretiosior auro
 Sanguis erat passim neglecti prodiga lucri
 Ira furens strictis odium mucronibus explet.
 Purpureos cultus, assumptas ignis valentes
 Exuias, miserisq; graues crateras ab Argis,
 Raptasq; flagranti spirantia signa Corintho
 Callidus ante pedes venientibus obijcit hostis
 Incassum; neque enim feralis prada moratur,
 Sed iustos praebent stimulos monumenta doloris.
 Afferitur ferro captiuum vulgus, & omnes
 Diuersa vocis populi, quos traxerat hostis
 Seruitio, tandem dominorum strage redempti
 Blanda cruentatis affigunt oscula dextris,
 Desertosq; lares & pignora lota reuisunt.
 Mirantur sua quemq; domus, cladesq; renarrant
 Ordine cognati, referunt miracula belli.
 Quis tibi nunc, Alacrice, dolor? cum Marte perirent
 Diuitiae, spolijsq; diu quesita supellex.*

Euasit tamen Alaricus rex, & postea reuersus etiam Romam capta diripuit. Eadem arte Tryphon Syriae rex, Antiochi vim, sparsis per viam sarcinis, elusit, vti Frontinus l. 2. c. 13. prodidit.

BREVIS ORATIO.) Alexander militem blanda oratione affatus ostendit, quanta damna subinde ex impedimentorum sarcinis capiantur, quam ordo militaris, itinera, praelia per huiusmodi onera praepedirentur: se deuictis hostibus omnia maioribus commodis compensaturum.

BACTRIANAM REGIONEM.) Quam tamen in praesens propter Satibarzanem omisit, propiorem hostem insecutus, ne quid a tergo hostile relinqueretur.

NICANOR PARMENIONIS FILIVS.) Duo Nicanores a Curtio celebrantur, de altero lib. 8. agemus, hic de Parmenionis; patrem enim hic adiecit, vt hunc ab altero distingueret. Magnus hic belli dux fuit, & ad Issum alterum phalangis cornu in acie tuitus est, & alias Argyraspidum praefectum egit. Sed optimè fecit Nicanor, quod antè sit extinctus, quam Philotas frater coniurationis suspectus in quaestiones raperetur, & crudelissimè tortus cum aeterna infamia necaretur. Non vidit nec audiuit indignam patris, qui septuagesimum iam annum excefferat, necem; non venit ipse in criminis suspicionem, quam viuus aegre deuitasset: in medio vitae cursu, & maximorum facinorum laude famaue decessit, de cuius morte etiam Arrianus meminit. Νικάνωρ δὲ ὁ Παρμενίωνος, ὁ τῷ ἑπιστολῶν ἀρχῶν τῆ τελευταίῃ κεῖ ἡδη νόσῳ. Nicanor Parmenione natus Hypaspistarum dux iam morbo decesserat.

SATIBARZANEM DEFECISSE AB EO.) Ab Alexandro. Non solum defecit ab nouo rege, a quo nuper primum in fidem & gratiam receptus, sed perfidus barbarus etiam Anaxippum Alexandri ducem ipsi cum praesidio adiunctum interfecit, quod Arrianus testatur: Ἴόντι δ' Ἀλεξάνδρου τὴν ἐπιβαλῆσα δὴ ἐκ τῆς Σαλευαρχείας ὁ Ἀρεῖων σατάραπης, Ἀναξίππον μὲν καὶ τοὺς ἰπποκλονιστὰς τοὺς ἐν αὐτῷ ἀπεκτόνωσ. Eunti in Bactra Alexandro, nunciatur Satibarzanem Areorum satrapam, interfecto Anaxippo & equitibus iaculatoribus, qui ei aderant Areos armare. Idem tradit Sículus in 17.

pag. 71

TOTAQUE NOCTE STRENVE ITINERE FACTO IMPROVISVS HOSTI ADVENIT.) Idem ferè tradit Arrianus, qui simul exponit, qui fuerint leuis armaturæ milites, quos secum assumpsit. Hic, inquit, rebus nunciatis, intermisso itinere in Bactra, sumptis secum socijs equitibus & iaculatoribus equestribus, atque sagittarijs, & Agrianis, & Amyntæ ac Cæni agminibus: reliquo exercitu ibi relicto, Crateroq; ei praefecto, ipse celeriter aduersus Satibarzanem & Areos ducit, stadysq; sexcentis biduo emensis, ad Artacoana peruenit. Satibarzanes, vt appropinquare Alexandrum sensit, celeritate aduentus consternatus, cum paucis equitibus Areorum fugit. Plerique enim milites, cum iam imminere ipsis Alexandrum audirent, eum in fuga destituerunt. Alexander quotquot conscios defectionis fuisse cognouit, desertisq; pagis abiisse, acriter eos insecutus partim interfecit, partim in seruitutem redegit. Nec diuersa Sículus. Quod Arrianus biduo sexcenta stadia ementum ait regem, efficiunt milliaria nostratia paullò amplius octodecim. Et quod Curtius tota nocte fecisse iter dicit Alexandrum, Arrianus rex eo biduum facit, noctem reor cum die biduum inte. pretatus.

BACTRA PERFUGIT.) Ad Bessum Tyrannum, qui iam diadema sumpserat, & exercitum in lib. 7. c. 7. Alexandrum parabat. De * Bactris infra Curtius ipse plura.

PRAE-

PRAERUPTA RUPES ERAT.) In ambitu milliare Germanicum, stadia enim duo & triginta (ita legendus & exprimendus est numerus; non, triginta & duo) efficiunt milliare Germanicum, passuum millia quatuor, nam stadium continet passus centum viginti quinque; triginta duo, quatuor millia passuum.

CONSIDERERE IVBENT.) Coniuges, liberos paruos, senes Aeorum.

QUA RUPES ERAT.) Quà aditus erat ad rupem faxis & arboribus viam obsepiunt. Vel quâ rupes erat, ne vllus esset ascensus, omnia magnis arborum truncis & saxorum mobilibus obstruxerunt.

QUICQUID INGREDI POSSENT.) Quâ via patebat, priusquam ad cautes & rupes accederetur. Repurgari iubet, excindi silvas, fruteta, lentiveta, vt non singuli, sed plures vna simul incedere possent.

OCCURREBANT COTES.) Quæ viam profus inuiam reddebant, accedentibus etiam molibus saxorum & ingentium stipitum, per quæ frustra enitebantur. Cotes) cautes, vt plotra plaustra, copo caupo.

PROGREDI ARDVVM, REVERTI PERICVLOSVM.) Meminerat enim quid sibi ad Sufi- Lib. 5. c. 16. das pylas vltu venisset, vbi illius hæsit felicitas, hic tamen fata viam aperuerunt.

VEHEMENS FAVONIUS ERAT.) Fauonius igitur fauit & succurrit hæsitanti & propè desperanti Alexandro. Fauonius ventus Græcis ζέφυρος spirat ab occidente, medius inter Caurum & Africam, aduersus Euro. De octo ventis disputat Agellius accuratè, & eleganter, vel potius Fauorinus apud Agellium l. 2. c. 22. quem videbis. Ouidius quatuor duntaxat canit, & Zephyrum Euro opponit:

*Eurus ad auroram Nabathaaq, regnarecessit
Vesper & occiduo qualittora sole tepescit
Proxima sunt Zephyro —*

Metam.

FASTIGIVM MONTIS AEQVATVM EST.) Quomodo æquatim? Alexander ex arborum truncis & stipitibus aggerem circum rupem excitarat, qui cum montis verticem æquaret subiecto igne incendi iulsi. Fammâ, Zephyro sub Occidente vehementius flante, tota rupes, & ipsa multa silua circumdata & vestita ardere cepit, ita, vt qui verticem infederant, ex turba, & qui rupem tuebantur milites, incendio, nisi inde profugerent, correpti, viui cremarentur. Itaque quâ data via obfessi in rupe, erumpere per tela, per ignes conabantur, sed quâ flammâ intermiserat, hostes obstant. Vndique ergo circumuenti tanquam pecudes & victimæ mactantur, aut flammis hauriebantur, aut per saxa præcipientes in exitium ruebant, aut vltro se hosti iugandos offerebant: miserandæ igitur strages & plurima mortis imago.

HINC AD CRATERVM QVI ARTACACNAM OBSIDEBAT, REDIT.) Artacacna, seu potius vt codex Constantiensis præfert Artacrana, vel vt est apud Arrianum Artacoana, vel è Siculi scriptura Chartacana, apud Strabonem Artacana (tanta codicum in proprijs præsertim nominibus est varietas) fuit regia & metropolis Aeorum. Artacandnam putant apud Ptolemæum. Aeri siue Ariei, siue Ariani & Arieni populus inter Bactra & Hyrcaniam, cuius & apud Herodotum & alios mentio, acer & bellicosus. Abest Ariëa seu Aria ab Hyrcania * sex millibus stadiorum, vt * geo- * Strabo. graphus est in vndecimo auctor, longa stadia * bis mille, lata * trecentra campestria. Caput pro- * milliaris nostratia uinciae Artacoanam seu Artacacnam obsidebat Craterus, cumque res in eo esset, vt expugnaretur, ne ipse vrbis captæ decus, cum inuidia Alexandri, cuius ingenium nouerat, obtineret, expectauit, 187. & semis. dum rex ipse adueniret, vrbemque occuparet. Habemus geminum huic in literis sacris exemplum * sexaginta duo & semis. in Ioabo Davidis supremo belli duce, qui itidem capiendæ iam vrbis Rabbath titulum celsit Davidi, vt est in 2. Reg. c. 12. & 2. Paral. 20.

SUPINAS MANVS.) Contrarius gestus, pronas manus ferre; medius, iunctas ad sidera tendere palmas. Supinæ sunt, quales hodie mystes sacer iater sacrificium, vel cum ante consecrationem præfatur, vel Orationem Dominicam, vel preces pronunciat, præ se fert.

PARCERET SUPPLICIBVS.) Parcendum enim subiectis, & debellandi superbi. plus sæpe clementia proficit in bellis, quam sauitia. Et vatis præceptum est:

Clementior victoria sit quam sauior.

Et hoc ingenium Alexandri fuit, vt supplicibus omnibus parceret, regna vel donaret, vel restitueret: Batin ad Gazam lacerauit; quia victus & vinctus genu ponere noluit, nec vllam

supplicis vocem mittere. Aeis Arfacen Persam Satrapen dedit.

CAPVT XIII.

ARGVMENTVM.

Supplementum accipit. Drancas adit, quorum prætor Barzaentes ad Indos profugit.



B hac urbe digresso supplementum nouorum militum occurrit. Zoilus IO. equites ex Gracia adduxerat, tria millia ex Illyrico Antipater miserat. Theſſali equites centum & triginta cum Philippo erant. Ex Lydia duo millia & IOO. peregrinus miles aduenerant. CCC. equites gentis eiusdem ſequebantur. Hac manu adiecta Drancas peruenit. Bellicofa natio eſt. Satrapes erat Barzaentes, ſcleris in regem ſuum particeps Beſſo. Is ſuppliciorum, qua meruerat, metu profugit in Indiam.

ZOILVS) huius militum conquiſitoris non memini alibi fieri mentionem. Inter Zoilos omnes clariffimus & improbiffimus is fuit, quem in commentarijs ad Martialem deſcripſimus, quem hic cum alijs miſſum facimus.

ANTIPATER.) Macedonum prætor, abſente Alexandro Prorex.

CVM PHILIPPO ERANT.) Prætor, poſtea apud Indos occiſo, vti lib. IO. cognoſces, cap. 2. Siculus hunc ipſum, reor, non occiſum ait, ſed poſt mortem Alexandri Bactrianorum & Sogdianorum præfectum.

PEREGRINVS MILES.) Mercede conductus, quamquam & Græci erant *μισθοφόροι*, ſed tamen non peregrini.

DRANCAS PERVENIT.) Siculus breuiter: *μετὰ δὲ ταῦτα πᾶσας τὰς κατὰ τὴν σατραπείαν ταύτην πόλεις ἐν τριῶν ἡμέραις κατακτησάμενος, προῆγεν ἐκ τῆς ὑρκανίας, καὶ διανύσας εἰς τὰ βασιλεία τῆς Δραγγίνης καὶ ἐν ταῦθα διέβη καὶ τὴν δύναμιν ἀνελήμασε.* Poſthæc omnibus huius prouinciæ urbibus intra triginta dies ſubactis, mouit ex Hyrcania, peruenit in regiam Dranges.

BELlicosA NATIO EST.) Perſica nempe, quales Perſæ milites, tales Drangæ ſeu Drancæ. **Lib. II.** Drangianam Strabo partem Ariæ fecit, uſque ad Carmaniam, maiori parte auſtrinis partibus ſub montes decumbit, habetque partes etiam Boreales Ariæ vicinas. Idem vol. 15. *Ἀρῆ*, inquit, & ad Aquilonem & Occidentem Drangis adiacent, *Ἀραχότις* & *Γεδροσίς* Drangæ. Drangæ Perſicæ viuunt, vini penuria laborant, ſtanno abundant.

BARZAENTES.) Siculus Barxienten, Arrianus Barzaenten, noſter Barzaentem appellat Drancarum ſeu Drangarum, ſeu Dracarum, ſeu Zarangeorum prætorem, qui Beſſi ſocius ad Indos profugit, quod ſciit Alexandrum omnes Darij inſidiatores odio extremo ferroque perſequi, non ſecus ac ſi in ſeipſum parricidæ coniuraſſent. De hoc Arrianus: *ἤδη ὡς ἐπὶ τὴν ζαραγγάων χώραν ἦγε καὶ ἀφικνεῖται ἵνα τὰ βασιλεία τῆς Ζαραγγάων τῆν. Εὐρασαέντης δὲ δεῖ τότε κατέχευε τὴν χώραν, εἰς ἃν τῶν ἐνεπιθεμένων Δαρείων ἐν τῇ φυγῇ προσιόντα Ἀλέξανδρον κατέχευε, ἐς Ἰνδοὺς τοὺς ἐπὶ τὰδε τῶ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ἔφυγε. ἔξυλαεόντες δὲ αὐτὸν οἱ Ἰνδοὶ παρ' Ἀλεξάνδρου. τῆς ἐς Δαρείων ἀδικίας ἐνεχε, &c.* Ipſe in Zarangaos profectus, eo peruenit, vbi gentis illius regia erat. Barzaentes verò, qui tum eam regionem obtinebat, vnus ex ijs, qui Darium in fuga oppreſſerant, cognito Alexandri aduentu, ad Indos, qui cis Indum flumen incolunt, fugit, quem

Lib. 8. c. 27. Indi comprehenſum ad Alexandrum mittunt. Alexander illum ob perſidiam, qua erga Darium uſus fuerat, interfici iuſſit. Curtius infrà hunc, quod Arachosius auctor defectionis fuiſſet, vincum Alexandro adductum tradidit, Arrianus ab eodem etiam occiſum.

CAPVT XIV.

ARGVMENTVM.

Coniuratio in Alexandrum per Nicomachum & Ceballinum detegitur. Dymnus se ipsum ferro induit.



Am nonum diem stativa erant, cum externa vi non inuictus modo rex, sed tutus, intestino facinore periebatur. Dymnus modica a apud regem auctoritatis & gratia, exoleti, cui Nicomacho erat nomen, amore flagrabat, obsequio vni sibi dediti corporis v. etus. Is quod ex vultu quoq; prospici poterat, similis attonito, remotis arbitris, cum iuvene secessit in templum, arcana se & silenda offerre prafatus: suspensumq; expectatione, per mutuam charitatem, & pignora vtriusq; animi rogat, vt affirmet iureiurando, quae commisisset, silentio esse iecturum. Et ille ra-

tus nihil quod etiam cum periurio detegendum foret, indicaturum, per praesentes deos iurat. Tum Dymnus aperit in tertium diem insidias regi comparatas, seq; eius consilij fortibus viris & illustribus esse participem, quis iuuenis auditis, se vero fidem in parricidium dedisse constanter abnuir, nec vlla religione, vt scelus tegat, posse constringi. Dymnus & amore & metu amens, de xtram exoleti complexus, & lachrymans orare primum, vt particeps consilij operisq; fieret, si id sustinere non posset, attamen ne proderet se, cuius erga ipsum beneuolentia praeter alia hoc quoque haberet fortissimum pignus, quod caput suum permisisset fidei adhuc in experta: ad vltimum auersari scelus perseuerantem, mortis metu terret, ab illo capite conuratos pulcherrimum facinus inchoaturos: alia deinde effaminatum, & muliebriter timidum, alia proditorum amatoris appellans, nunc ingentia promittens, interdumq; regnum quoque; versabat animum tanto facinore procul abhorrentem, strictum deinde gladium modo illius, modo suo admouens iugulo, supplex idem & infestus expressit, vt tandem non solum silentium, sed etiam operam polliceretur: namq; abunde constantis animi, & dignus qui pudicus esset, nihil ex pristina voluntate mutauerat: sed captum Dymni amore, simulabat nihil recusare. Sciscitari inde perguit cum quibus tanta rei societatem inisset; plurimum referre quales vni tam memorabili operi admoturi manus essent. Ille & amore & scelere maleficus, simul gratias agit, simul gratulatur, quod fortissimis iuuenem non dubitasset se adiungere. Demetrio corporis custodi, Peucolao, Nicanori, adicit his Aphabetum, Loceum, Diogonum, Archepolim, Amyntam. Ab hoc sermone dimissus Nicomachus ad fratrem (Ceballino erat nomen) quae acceperat, defert. Placet ipsum subsistere in tabernaculo, ne si regiam intrasset, non affuetus adire regem, coniurati prodios se esse resciscerent. Ipse Ceballinus ante vestibulum regia (neq; enim propius aditus ei patebat) consistit, operiens aliquem ex prima cohorte amicorum, vt introduceretur ad regem. Forte ceteris dimissis, vnus Philotas Parmenionis filius, incertum quam ob causam, substiterat in regia. Huic Ceballinus ore confuso magna perturbationis notas pra se ferens, aperit quae ex fratre compererat, & sine dilatione nunciare regi iubet. Philotas conlaudato eo protinus intrat ad Alexandrum; multoq; inuicem de alijs rebus sermone consumto, nihil eorum quae ex Ceballino cognouerat, nunciat. Sub vesperam eum prodeuntem in vestibulo regia excipit iuuenis, an mandatum executus foret, requirens. Ille non vacasse sermone suo regem causatus discebat. Postero die Ceballinus venientem in regiam praesto est, intrantemq; admonet pridie communicatae cum ipso rei. Illa cura sibi esse respondet: ac ne tum quidem regi quae audierat aperit. Caeparat Ceballino esse suspectus. Itaq; no ultra interpellandum ratus, nobili iuueni (Metron erat nome) super armamentarium posito, quod scelus pararetur indicat. Ille Ceballino in armamentario abscondito protinus regi corpus forte curanti, quid index detulisset, ostendit. Rex ad comprehendendum Dymnum missis satellitibus armamentarium intrat. Ibi Ceballinus gaudio elatus, habeo te, inquit, incolumem ex impiorum manibus ereptum. Percontatus deinde Alexander

quæ noscenda erant ordine cuncta cognoscit. Rursumque institit querere quotus dies esset, ex quo Nicomachus ad eum detulisset indicium. atq. illo fatente iam tertium esse; existimans haud incorrupta fide tanto post deferre quæ audierat, vinciri eum iussit. Ille clamitare eodem temporis momento quo audisset, ad Philotã decucurrisse: ab eo percontaretur. Rex iterũ querens an Philotã adisset, an institisset ei ut peruenirẽt ad se? perseverante eo affirmare quæ dixerat, manus ad cælum tendens, manantibus lacrymis hanc sibi à charissimo quondã amicorum relatam gratiam querebatur. Inter hæc Dymnus haud ignarus quam ob causam accerseretur à rege, gladio quo fortè erat cinctus, graviter se vulnerat, occursumque satellitum inhibitus perfertur in regiam. Quem intuens rex, Quod, inquit, in te Dymne tantum cogitavi nefas, ut tibi Macedonum regno dignior Philotas me quoque ipso videretur? Illum iam defecerat vox, itaque edito gemitu, vultuque à conspectu regis averso subinde collapsus extinguitur.

IAM NONVM DIEM) Quæ sequentibus capitibus à Curtio de coniuratione nobilium in Alexandrum facta exponit, pleraque omnia ita liquent, ut nullo prope commentario vel scholio indigeant, nisi cum subinde Curtius cum Siculo, Plutarcho, Arriano, Iustino, nunc inter se dissidentibus, nunc consentientibus componendus est, aut voces nonnullæ interpretandæ, aut scriptura codicum castiganda, ut hic in ipso capitis ingressu Acidalius ordinem verborum immutat, & ita non incompositè disponit: Cum externa vi non modò inuictus rex, sed tutus, intestino facinore petebatur. Vtustiores libri ita habent: Cum externa vi non territus modò rex, sed inuictus. & alij, interritus. Constantiensis MS. non tutus modò rex, sed inuictus. quæ scriptura haud dubiè vulgari præferenda, uti Acidaliana Modianæ & scriptæ præstat, quamquam parum inter se differant, & intellectus loci utramque admittat. Acidalius ex interritus & tutus cudic tertiam intentatus. Sed non placet tam procul abire à ductu literarum.

STATIVA ERANT) Stativa sunt fedes militum, quod ibi diutius stare & sedere consueverint. Stevvechium adi ad cap. 4. Vegetij lib. 3.

capit.

INTESTINO FACINORE) domesticis insidijs. Quæras fortasse causam insidiarum? Curtius suprã generatim attigit, arrogantiam regis & luxum, affectatosque peregrinos mores atque insolentiam; quibus, inquit, ita popularium animos oculosque pariter offendit, ut à plerisque a micorum pro hoste haberetur. Hinc, inquit, sepius comparat eum in caput eius insidia, secessio militum, & quæ sequuntur. Cur autem ipse Dymnus fuerit primus qui coniuravit, Curtius docet. Siculo subobscure indicat cum dicit: Δύμνος ἠμφομιμοίρησας τῷ βασιλεῖ περὶ τινῶν καὶ τῶ θυμῷ προπεσῶν ἐπιβλήν συνηήσατο κατ' αὐτῷ. Dymnus de re quapiã incusans regem cum iranimium indulgeret, insidias regi comparat. Apud Plutarchum ubiq. appellatur Limnus, non Dymnus, nisi mendum in Græco est ex vrbe Chalestra oriundum. Chalestram vocat Stephanus Thraciæ urbem, Strabo Macedoniæ, inde Chalestræus seu Chalestræus.

DYMNVS EXOLETI AMORE FLAGRABAT) Exoletus propriè ex Felti interpretatione est, qui adolecere & crescere desijt, ab exoleico, vnde & exoletæ stirpes. hic pro scorto masculino accipitur, de quo suprã, Græcis ἔζωρ, ut qui florem ætatis iam excesserit.

NICOMACHO) quasi tu diceris victor prælio seu pugna, sed nihil ad rem hic nominis originatione & etymologia.

VNI SIBI DEDITI CORPORIS VICTVS) seu vincus legas, seu vincus legas, seu victus (quod magis probem) idem intellectus; sed victus magis ad rem, amore enim amasij sui Nicomachi victus Dymnus prodidit illi cogitatum parricidium.

NIHIL QVOD ETIAM CVM PERIVRIO DETEGENDVM FORET) Nicomachus ratus nihil dicturum, quod cum periurio seu violato etiam iurandi sacramento esset aperiendum, iurat per præsentem Deos, qui in illo templo, ad quod deductus erat, colebantur. Non est assecutus vim verborum Glareanus, quod ingenuè fatetur.

PER PRÆSENTES DEOS) Ita ferebat veterum consuetudo Macedonum, uti ducti ad templũ tactis altaribus & simulacris iurarent, quod erat per præsentem Deos iurare. Iustinus: Quo perducto in sanctissimum Iouis templum veterrima Macedonum religionis, Ptolemaus sumtis in manus altaribus contingens ipsa simulacra & pulvinaria deorum, inauditis ultimisque execrationibus adiurat, se sincera fide matrimonium sororis petere.

Videtur & Ovidius lib. 2. de Tristibus ad formulam per præsentem deos iurandi alludere, quamvis Augustum alloquatur:

Per mare, per terras, per tertia numina iuro,
Per te præsentem conspicuumq. deum.

SEQVE EIUS CONSILII FORTIBVS VIRIS ET ILLVSTRIBVS ESSE PARTICIPEM) Rarus loquendi modus: sum tibi consilij particeps. Auctor declamationum, quæ vulgo Quintiliano (siue is pater, siue auus Fabij fuit) adscribuntur, ita locutus traditur raro exemplo, quod proinde obser-

obseruandum; nescio an etiam imitandum: Mater prædura & in plerisque ruris operibus marito particeps.

FIDEM IN PARRICIDIUM DEDISSE CONSTANTER ABNUIT) vulgò *fidem in parricidio dedisse*. venustius, in *parricidium* dedisse, vt rectè annotauit Acidalius.

DYMNVS ET AMORE ET METV AMENS) Dymnus cum contra quàm sperarat animum Nicomachi à tam atroci facinore penitus abhorrentem experiretur, & datum iusiurandum retractantem audiret, perculsus, omnibus modis Nicomachum expugnare conatur, ac primum sanctissimum fidei pignus dextram illius arripit, complectitur, exosculatur, dein inexpugnabilem lacrymis quæ magnam vim habent mollire nec quicquam pertentat : postremo omnes machinas ad expugnandam eius constantiam admouet, dignus sanè erat qui Nicomachi potius quàm exoleti nomen ferret. Nam neque conuitijs quibus aures eius euerberauit, & effeminatum & muliebriter timidum appellitauit, cessit, neque promissis quibus regna pollicebatur infractus aut permotus est, neque præsentis denique mortis intentatæ metu, cum iugulo ipsius ferrum admouit, quicquam de constantia remisit. Quin imo vesano homini simulata animi mutatione, quasi inclinata iam in parricidium voluntate elicit etiam socios coniurationis, quorum nomina mox ad Alexandrum detulit.

DEMETRIO CORPORIS CVSTODI) Summa hæc dignitas apud Macedonum reges erat, & ^{ptolemæus,} non nisi fidissimis & amicissimis is honos habebatur: inter quos nonnulli postea regnarunt, & ^{Perdiccas,} regum fratres & cognati erant, vt supra monui, quo grauius Demetrio maiestatis crimen impingebatur: quod pertinacissimè inficiatus est, donec à morituro Philota proditus, cum alijs parricidis ^{Leonatus,} pœnas exoluit. Decem omnino fuerunt rei parricidij, *Dymnus, Philotas*, quem tamen Nicomachus, ^{Demetrius} propter potentiam, vt creditur, non ausus est nominare, aut mea sententia potius nesciuit, cum illi ^{vel armigæ} Dymnus non prodidisset: *Demetrius, Peucolaus*, qui quis fuerit, aut vnde domo (omnes nobiles & illustres viros & iuuenes constat) non traditur. *Nicanor*, Nicanores apud Curtium tres celebrantur, ^{ri vel corporis} Parmenionis filius cui paullò anteparentauimus, hic parricida, & tertius qui infra egregia morte defunctus est. *Aphabertus, Locens, Diogonus, Archepolis*, in obscuro, si absque hoc facinore fuisset, temper latuissent. *Amyntas*, hic non est ille prætor Alexandri, siue Polemonis & Symæ frater, sed alius quidam, quamuis Amyntas alter etiam suspectus & captus fuerit, sed iudicio postea cum Polemone & Syma fratribus absolutus. Cæteri saxis obruti vel iaculis confixi.

CEBALLINO ERAT NOMEN) Plutarcho est Balinus. τὸ δὲ Νικομάχε μὴ δεξαμένῃ φράσαντ' ὁ δὲ τῶ ἀδελφῶ βαλένω τὴν πείραν, ἐλθὼν ἐκεῖν' ὁ πρὸς φιλόταν ἐκέλευσεν εἰσάγειν αὐ τοὺς πρὸς Ἀλέξανδρον. *Qui cum id repudiasset, & fratri indicasset Balino tentatum se, ille ad Philotam profectus, petijt introduci se cum fratre ad Alexandrum.* Siculus Nicomachum adolescentem à Dymno persuasum ait, vt in partem consilij & coniurationis veniret, sed adolescentem siue ætatis vitio, siue inconstantia, rem cum Ceballino fratre communicasse. *Ἐχωρ δὲ ἐρωμένῳ Νικομάχῳ τῶτον ἐπέισε κοινῶν σὺ τῆς ἐπιβουλῆς. οὗτος δὲ νῆσ' ὦρ παντελῶς, ἀνεκοινῶσατο τῆρ πρῶτῳ τῶ ἀδελφῶ Κεβαλίῳ.* Cum verò Nicomachum (Dymnus) deperiret, persuasit illi vt *insidiarum particeps fieret.* Ille verò cum adhuc admodum adolescens esset, totam rem fratri aperuit.

PLACET ILLVM SVBSISTERE IN TABERNACVLO) Nicomachum iussit Ceballinus in castris papilione & tentorio suo expectare, donec euocaretur.

REGIAM INTRASSET) Quamuis & in castris tabernaculum regium, apud Romanos prætorium, & id pro regia fuerit, vt supra demonstraui, tamen hic regiam propriè dictam intelligo. Arrianus docet Alexandrum venisse in Zarangæos, quos alij Drangas, alij Drancas vocant, ibique regiam ingressum vt videatur, non in castris & tabernaculo regio, sed ipsa principis vrbis regia statua habuisse, milite extra urbem in castris sedente. infra tamen Arrianus tabernaculi facit mentionem. Cæterum iam supra monui non nisi certis regum amicis per se regem adire licuisse, & hoc est quod affirmat Curtius, ne Ceballino aditum vel ad vestibulum regis patuisset.

PHILOTAS) Hoc initium præsentis exitij Philotæ fuit, quod delatum coniurationis indicium per biduum suppresserit, cum quotidie bis tabernaculum ipsius adire solitus sit. ex quo & ipse de cogitato regis parricidio suspectus fuit, & per indices delatus. Siculus in dubium vocat Philotas ne ^{Sic. li. 17.} per negligentiam, an insidiosam cædis molitionem indicium oppreserit.

METRON ERAT NOMEN) An Metroni? vt supra Nicomacho nomen erat, certè MS. habet Metron ei nomen erat, vnde existimem Metroni scriptum fuisse Curtio, ita certè mecum legit Acidalius. quamuis non inficiaseam, lege etiam grammatica rectè dici, Metron nomen erat, sicut & Metroni.

SUPER ARMAMENTARIO POSITO) Armamentarium domus armis reponendis & seruandis destinata, Græcis ὀπλοδὴκη, sic enim Siculus & alij appellant, appellatur & ἀποθήκη & σκευοφόρος. Metron ergo præfectus erat armamentarij, in quo Ceballinum tantisper abscondit, dum regem de tota coniuratione doceret.

CORPVS FORTE CVRANTI) lauanti, vt ipse Curtius infra exponit: *Ceballinus ne momentum quidem temporis distulit exonerare se, vt eo vbi lauabat, irrumperet.* Siculus: αὐτὸς δὲ (Μέτρον) τῶ βασι-

λαί μεταξὺ λυόμενον προσελθὼν ἀπηγγείλε τὰ ῥηθέντα, Ipse vero (Metron) ad regem tum lauuantem ingressus ea qua à Ceballino acceperat retulit.

AD COMPREHENDENDVM DVMNVN) auctorem coniurationis, nisi princeps auctor Philotas fuit, vt Craterus, Hephæstion & alij censebant.

ARMAMENTARIVM INTRAT) vbi latebat Ceballinus index coniurationis, ex quo rex ipse clam de conscijs cognosceret.

HABEO TE EX IMPIORVM MANIBVS EREPTVM) Alexandrum ipsum alloquitur, quem ait suo beneficio à parricidio conseruatum.

ORDINE CVNCTA COGNOSCIT) De Nicomacho à Dymno tentato, de conscijs, de tempore & die quo hæc cognouisset, cum que rex audisset iam tertium diem abiisse, cum id à Nicomacho accepisset, ipsum etiam Ceballinum comprehendi iussit, quod rem tantam cum tanto regis periculo tacitam habuisset, sed ille deum hominumque fidem testatus, se eodem puncto temporis, quo de coniuratione audisset, rem ad Philotam detulisse, institisseque sæpius vt ad regem indicium deferret, quod cum per biduum non fecisset, sibi ipsum Philotam suspectum fuisse, atque ad Metronem versum, per quem statim res fit delata.

DECVCVRRISSE) Decurro, excurro, percurro, procurro, geminum formant præteritum. Legitur enim decurri, excurri, percurri, nec minus interim decurri, excurri, percurri, procurri apud bonos scriptores. Grammaticos nihil moror, quorum auctoritas tanti est, quanti sunt quos laudant, sine quorum testimonijs intestabiles sunt. Decurri præter Curtium etiam dixit, in Nerone Suetonius: *Notissimus eques Romanus elephantos super sedens per catradomum decurrit.* Lilius I. *Quum plures igni quam ferro armati excurrissent.* Sueton. in Galba, *Cumque exercitus Tusculum excurrisset.* Lilius apud Priscianum lib. 10. *Etsi ferocius procurrisset.* Cæf. lib. 8. de bello Gallico: *Cum omnes regiones Gallie Caesar percucurrisset.* Accurro, incurro, recurro, occurro, concurro, discurro, circumcurro, succurro nondum legi geminatum. Præcurro Grammaticis est nomen.

AN INSTITISSET EI) An vrsisset Philotam vt denuntiaret. Insisto cum dandi casu ad personam relato, rarius apud scriptores reperies, vt dicant insisto tibi, id est, vrge te, vt hic apud Curtium.

MANVS AD COELVM TENDENS) ritu precantis & testantis, verba sunt Alexandri contra Philotam, antehac semper inter principes & familiarissimos regis habitum & cultum, à quo nihil minus expectasset, quam vt tot ac tanta beneficia tentato parricidio compenlaretur.

DVMNVS GLADIO SE GRAVITER VVLNERAT) ex quo vulnere mox deceffit. Idem Siculus: *ὁ μὲν Δύμνος ἐαυτὸν κατέσφαλε.* Dymnus se ipsum occidit.

Plutarchus contra affirmat Dymnum (seu Lymnum vt ipse vocat) ab eo quem Alexander ad eum comprehendendum miserat dum se defenderet, interfectum, *καὶ τὸ τοῦ σφοδρὰ παρωξύνετον Ἀλέξανδρον, καὶ τὸ πεμφθέν ἐπὶ τὸν λίμνον, ὡς ἠμύνετο, συλλαμβανόμενον ἀποκλείναν αὐτὸν, ἐτι μᾶλλον ἐταράχθη.* Enimvero id Alexandrum magis extimulauit, vbi ille, qui ad comprehendendum Lymnum missus erat, defendentem se interfecit, qua re adhuc magis perturbatus est.

VVLTV A CONSPECTV REGIS AVERSO) propter atrocitatem facinoris non aulus regem respicere.

CAPVT XV.

ARGVMENTVM.

Philotæ accersito, & se de coniurationis suspicione purganti rex primum ignoscit, sed amicorum consilio mox comprehendi iubet.



Ex Philota venire in regiam iusso, Ceballinus, inquit, vltimum supplicium meritis, si in caput meum preparatas insidias biduo textit, huius criminis Philotam reum substituit, ad quem protinus indicium detulisse se affirmat, quo proprio gradu amicitiae me contingis, hoc maius est dissimulationis tuae facinus: & ego Ceballino magis quam Philota id conuenire fateor. Fauentem habes iudicem, si quod admitti non oportuit, saltem negari potest. Adhuc Philotas hand sanè trepidus, si animus vultu

vultu asstimaretur, Ceballinum quidem scorti sermonem ad se detulisse, sed ipsum tam leuè auctori nil credidisse respondit, veritum, ne iurgium inter amatorem & exoletum non sine risu aliorum detulisset. Cum Dymnus semet interemerit, qualiacunque erant, non fuisse reticenda, complexus q̄, regem orare cœpit, ut prateritam vitam potius quam culpam, silentij tamen, non facti illius intueretur. Haud facile dixerim, credideritne ei rex, an altius iram suppresserit: dextram reconciliat a gratiæ pignus obtulit, & contemptum magis quam celatū iudicium esse videri sibi dixit. Aduocato tamen consilio amicorum, cui tamen Philotas adhibitus non est, Nicomachum introduci iubet. Is ead quæ detulerat ad regem, ordine exposuit. Erat Craterus regi charus in paucis, & eo Philota ob amulationem dignitatis aduersus. Neque ignorabat sapè Alexandri auribus nimia iactatione virtutis atq̄, operæ grauem fuisse, & ob ea non quidem sceleris, sed contumacia tamen esse suspectum. Non aliam premendi inimici occasionem aptiorem futuram ratus, odio sua pietatis proferens speciem, Vtinam, inquit, in principio quoque huius rei nobiscum deliberasses: suasissemus, si Philota velles ignoscere, paterere potius ignorare eum quantum deberet tibi, quam vsque ad mortis meum adductum saprus de periculo suo, quam de tuo cogitare beneficio. Ille enim semper insidiari tibi poterit, tu non semper Philota poteris ignoscere. Nec est quod existimes eum qui tantum facinus ausus est, venia posse mutari. Scit eos qui misericordiam consumpserunt amplius sperare non posse. At ego, etiamsi ipse vel pœnitentia vel beneficio tuo victus quiescere volet, patrem eius Parmenionem tanti ducem exercitus, & inueterata apud milites tuos auctoritate, haud multum infra magnitudinis tuæ fastigium positum, licio non æquo animo salutem filij sui debitorum tibi. Quadam beneficia odimus. Meruisse mortem confiteri puer. Superest, ut malit videri iniuriam accepisse, quam vitam. Proinde * scias tibi cum illis de salu. * Scid re esse pugnandum. Satis hostium superest, ad quos persequendos ituri sumus. Latus à domesticis hostibus muni. Hos sibi submoues, nihil metuo ab externo. Hac Craterus. Nec cateri dubitabant, quin coniurationis iudicium suppressurus non fuisset, nisi autor aut particeps. Què enim pius & bonæ mentis, non amicum modò, sed ex vltima plebe, auditis quæ ad eum delata erant, non protinus ad regem fuisse cursurum? Nec Ceballini quidem exemplo, qui ex fraude comperta ipsi nunciasset. Parmenionis filium præfectum equitatus, omnium arcanorum regis arbitrum, simulasse etiam non vacasse sermoni suo regem, ne index alium internuntium quaereret. Nicomachum religione quoque deum adstrictum, conscientiam suam exonerare properasse: Philotam consumto per ludum iocum q̄, pene toto die, grauatum esse pauca verbâ pertinentia ad caput regis tam longo & forsitan superuacuo inserere sermoni. At enim non credidisset alia deferentibus pueris, cur igitur extraxisset biduum, tanquam iudicio haberet fidem? Dimittendum fuisse Ceballinum, si delationem eius damnabat. In suo quemque periculo magnum animum habere: cum de salute regis timeretur, credulos esse debere, vana quoq̄, deferentes admittere. Omnes igitur quæstionem de eo, ut participes sceleris indicare cogeretur, habendam esse decernunt. Rex admonitos ut consilium silentio premerent, dimittit. Pronunciare deinde iter in posterum iubet, ne qua noui initi consilij daretur nota. Inuitatus est etiam Philotas ad vltimas ipsi epulas: & rex non cenare modo, sed etiam familiariter conloqui cum eo quem damnauerat sustinuit. Secunda deinde vigilia luminibus extinctis, cum paucis in regiam coeunt. Hephæstion, & Craterus, & Cœnus, & Erigyus. Hi ex amicis. Ex armigeris autem Perdicas & Leonatus. Per hos imperatum, ut qui ad prætorium excubabant, armati vigilarent. Iam ad omnes aditus dispositi equites, itinera quoque obsidere iussi, ne quis ad Parmenionem, qui tum Media magnis q̄, copijs præerat, occultus euaderet. Attarras autem cum trecentis armatis intrauerat regiam, huic decem satellites traduntur, quorum singulos deni armigeri sequebantur. Hi ad alios coniuratos comprehendendos distributi sunt. Attarras cum trecentis ad Philotam missus, clausum aditum domus moliebatur. Liuienum promissimis stipatus. Nam ceteros cingere vndique domum iusserat, ne occulto aditu Philotas posset elabi. Illum siue securitate animi, siue fatigatione resolutum somnus oppresserat: quem Attarras torpentem adhuc occupat. Tandem ei sopore discussis, cum in iycerentur catenæ. Vicit, inquit, bonitatem tuam, rex, inimicorum meorum acerbitas. Nec plura locutum capite velato in regiam adducunt.

SI QVOD ADMITTI NON OPORTVIT SALTÈM NEGARI POTEST) Glareanus mendosè legit: Si quod admitti non potuit. Atque hinc extricari non potuit, liquet sententia si legas, non oportet

oportuit. Cæterum Alexander Ceballinum vinciri iusserat, quasi per biduum delatum ad se iudicium coniurationis reticisset, sed ille fidem regis testatus se eodem momento quo id à Nicomacho fratre accepisset, ad Philotam delulisse, reum silentij fecit Philotam. Hic ergo Alexander Philotam compellans querit an à Ceballino indicium id ipsum ante biduum sit delatum. dissimulationem illam supplicio dignam, tantoque grauiore quanto ille & familiarior regi fuerit, & maioribus beneficij & honoribus à rege cultus sit. Sequidem existimare mendacium potius Ceballino quam Philotæ convenire, magisque credere nunquam ad ipsum indicium fuisse delatum. Itaque vides, inquit, me tuæ causæ favere, dummodo quod factum non oportuit negare possis. Fieri autem seu admitti non debuit, ut toto biduo, coniurationis indicium supprimeres.

SI ANIMVS VVLTV AESTIMARETVR) Conscia enim mens confundit os, pallorem, trepidationem, exanimationem creat. Et sanè scriptores hodieque hærent, nocensne an innocens fuerit Philota. Iustinum audi: *Interea Alexander non regio sed hostili odio scire in suos cepit. Maxime indignabatur carpi sermonibus suorum, patris Philippi, patriæq; mores subuertisse, propter qua crimina Parmenion quoque senex dignitate regi proximus cum Philota filio de viroque prius questionibus habitis interficiuntur. Fremere itaque omnes vniuersis castris cœpere, innoxij senis filijq; casum miserantes. Interdum se quoque non debere melius sperare.* Curtius infra cap. 20. dubitat de scelere & animo Philotæ: *Philotas, inquit, verone an mendacio liberare se cruciatu voluerit anceps coniectura est, quoniam & vera confessio, & falsa dicentibus idem doloris finis ostenditur.* Iustino Scribanius etiam noster in Prodigio adolescente eleganter & ingeniosè descripto subscribit, quando ait: *Non amore regum amores, tamdiu firmos quamdiu viles, quamdiu nulla è quacunque causa indignatio, aut amica purpura suspicio intercurrit. Sciunt Eutropius, Stilico, Seianus, Belisarius, & Alexandri Lyfimachus, Clitus, Callisthenes, Attalus, Lyncestes, Parmenion, Philotas, cuius doctæ defensionis hoc initiū. Verba innocenti reperire facile est: & que sequuntur.* Fortiter exinde innocentia tuetur, sed oblarduerant aures, & perdere patrem cum filio volebat. crimen quærebatur, deesse sceptro nunquam potest; nam quod de Tiberio, omne quod purpuræ placuit crimen capitale est, discrimina diademata nesciunt. Subijcit dein exempla exulum Camilli, Coriolani, Ahalæ, Scipionum, Lentuli, Hannibalis, Lycurgi, Aristidis, Solonis, Phocionis, Themistoclis, damnationis in Claudio Nerone, Liuio Salinatore, vinculorum in Cimone, pecuniarum in Pericle & Timotheo, mortis in Socrate, Theseo, Paulania, Heluidio, Thrasea, Seneca, Romulo ipso conditore vrbis & imperij.

CEBALLINVM SCORTI SERMONEM AD SE DETVLISSE.) scorti Nicomachi Ceballini fratris. vnde intelligis scortum non de fæmina tantum, sed nare etiam dici. Vilitas ergo delatorum videbatur excusare Philotam, quod non detulerit indicium, ne se alijs ridendum propinaret, si tragœdias tantas in regia excitasset, à tam vili mancipio libidinis natas. Progredere ad caput octauum decimum huius libri: *Res ad me deferebatur à puero, & quæ sequuntur, in promptu posita. Periculosum est credere & non credere.* Hic non credidisse exitio fuit Philotæ.

Prius cap-
tus erat
Philotas
quã Dym-
nus se oc-
cideret.

CVM DYMNVS SEMET INTEREMERIT) videtur Alexander Philotæ obicere potuisse, imò quasi obiecisse, indicium quaecunque & cuiuscunque modi non fuisse contemnendum, cum Dymnus se ipsum interfecerit. Ad hanc obiectionem respondet hic Philota verum esse, indicium non fuisse contemnendum posteaquam Dymnus se ipsum interfecerit, quod futurum ipse nescierit, nec se contempturum, sed certò delaturum fuisse, cognita autem morte Dymni non potuisse, iam à rege accersitum & occupatum antequam de morte cognouisset, proinde precari se & obsecrare regem, ne putet indicium consilio malo tanquam à conscio coniurationis oppressum, respiceret potius antea quæ vitæ suæ rationes, quam silentij non facti vilius mali culpâ. Hanc veram germanamque huius loci, de quo anxie dubitauit Glareanus, (qui tamen coniectura etiã veram Curtij mentem assecutus est) esse explanationem & sententiam, docent ea, quæ Curtius infra, cap. 18. in Philotæ persona exequitur, cum dicit: *Etenim Dymnus se occidit. Num igitur facturum eum hoc diuinare potui?* Et que sequuntur. Siculus pro Curtio facit, Philotas, inquit, etli negligentæ culpam fatebatur, coniurationis tamen fædus constanti inficiatione à se repellebat.

HAUD FACILE DIXERIM) Hæret Curtius, an Alexander sincerè sibi à Philota satisfactum dixerit, an simulatè, cum illi dextram, pacis & veniæ signum, porrexit, professus sibi indicium contemptum magis quam celatum à Philota videri. Ego Alexandrum primùm non dubito sine vlla simulatione cum Philota egisse, putasseque Philotam omni culpa vacare, eoque dextram veniæ datæ pignus obtulisse, postea tamen recoxisse omnia & perpendisse an aliquid fraudis latuerit, atque suam dubitationem ad amicos retulisse. Philota sanè cum infra è vinculis causam diceret, hoc Alexandri factum & dextræ datæ fidem vehementer vrfit.

CRATERVS REGI CHARVS IN PAVCIS) Duos inter, & principes & amicos charissimos habuit Alexander Hephæstionem & Craterum, de quibus in Alexandro Plutarchus. *ἐπεί δὲ τὸν φίλων ἑώρα τὸν μεγίστων ἠφροσύνας μὲν ἐπαίνοντα καὶ συμμετακοσμέμενον αὐτῷ Κρατερὸν δὲ τοῖς πατρίοις ἐμμένοντα, δι' ἐκείνου μὲν ἐχρημάτιζε τοῖς βαρβάροις· διὰ τὸ τὸ δὲ τοῖς ἑλλήσι καὶ μακεδόσι καὶ ὄλλας, τὸν μὲν ἐφίλει μάλλιστα, τὸν δ' ἐτίμα· νομίσειον καὶ λέγων τὸν μὲν ἠφροσύνας, φιλαλέξανδρον εἶναι, τὸν δὲ Κρατερὸν φιλοβασιλέα.* Sed sicut inter Craterum & Philotam ob dignitatis & honoris pares gradus existebant æmulatione-

tio-

tionēs, ita inter Hephæstionem & Craterum, uti docet Plutarchus, quæ in aulis Cæsarium, regum principum quotidie vsuenerent solent.

ODIO SVO PRÆFERENS SPECIEM PIETATIS) Hæc sunt artes aulicæ, quibus inimicos suos circumveniunt. hac fraude Aman Macedo gentem Hebræam cum Mardocheo excindere conatus est. Quod Hebræa singularibus legibus & reliquis gentibus contrarijs vreretur; quod contumax & rerum pub. perturbatrix esset; quod regis decreta contemneret. Hæc prætexuit impius tyrannus apud regem, qui regis commodis & regni incolumitati consuleret, cum tamen hoc vnum doleret, quod Mardocheus illi genua non poneret, non adoraret.

VTINAM) modestè reprehendit factum regis . primùm quod non statim initio cum amicis de Philota consularit; deinde quod illum ad mortis terrorem induxerit, antequam ignosceret: præterea quod terrore primùm ignouerit; postremò quod omnino ignouit . Causas singulorum subiicit. Si deliberasset cum amicis ipso initio, salutaris consilium accepturum fuisse . Deinde si ignoscere voluisset, non prius terrendum fuisse. Ita enim futurum, ut beneficii oblitus de periculo duntaxat cogitatus sit, nec mutaturus consilium; aut si pœnitentia & beneficio ductus nihil deinceps moliat, patrem hostem habiturum. Illustrat bonis dictis, conditque gnomis sententiam Craterus.

Ad hunc locum consule nostrum Cauffinum p. 589.

TV NON SEMPER POTERIS IGNOSCERE) Quia si te per insidias interfecerit, serò ignosces. TANTVM AVSVEST) MSS. omittunt vocem *facinus*, quod plerique omnes antiqui codices addunt, si non addas, intelligendum est. Curtius verbis non abundat, quicquid rescindi potest, omittit, ut fieri possit rò *facinus*, ex glossmate irrepsisse.

VENIA MUTARI POSSE) mens impij nullis beneficijs vel mutari, vel flecti potest.

QVAEDAM BENEFICIA ODI MV) Quibus in memoriam sceleris reuocamur, quo crucem aut rogum meriti fuimus. Meruisse mortem fateri quem non pudet?

QVI MALIT VIDERI IN VRIAM ACCEPISSE QVAM VITAM) Ita interpretabitur Parmenio, ita Philota; nisi vtrumque occideris, perijsti . Nam Philota dicet sibi innocenti impactam notam criminis læsæ maiestatis, seque ad mortis metum redactum. Parmenio labem filio iniustam non nisi sanguine suo diluet, cum duobus ducibus his deinceps tibi quotidie de imperio, salute, vita decertandum erit. Hæc erit beneficii tui memoria. Malim: *Proinde scito, vel scias tibi, quam scio tibi.*

NEC CAETERI DVBITARVNT) Perdicas & Leonatus armigeri, Hephæstion, Cæsus, & Eripgyus principes amici. Sequuntur argumenta à probabili & vèro simili ducta, quibus amici Alexandri persuasi quæstionibus Philotam subiiciendam decreuerunt.

NEC CEBALLINI QVIDEM EXEMPLO) Quomodo non Ceballini exemplo? Non optimè fecit Ceballinus, qui ab Nicomacho cognita statim regi denunciauit? Pluribus ergo modis peccasse Ceballinus videri potuit in deferendo iudicio. Primùm quod non ipsum Nicomachum statim ad regem, quoquomodo potuerit, introduxerit, deinde, quod non ipse Ceballinus per se, sed per alium coniurationem patefacere voluerit; postremò quod iudicium eludi & suppressi à Philota toto biduo, cum maximo regis periculo passus sit. proinde ipsum Ceballinum suspectum regi fuisse . Sed Ceballino non fuit aditus ad ipsum, nisi per alios. Alius etiam subesse potest intellectus, Philotam nec Ceballini tam solliciti pro regis capite exemplo motum, aperuisse regi coniurationem, ac proinde vel auctorem illius, vel certè participem & conscium videri potuisse & debuisse.

IN SVO QVEMQVE PERICVLO MAGNVM ANIMVM HABERE) intellige, *debere*, ut in altero mox membro subiicitur: *Cum de salute regis timeretur, credulos esse debere.* quod omisit in priorè, ne cogeretur eandem vocem in vna periodo iterare.

PRONVNCIARE DEINDE ITER IN POSTERVVM DIEM IVBET) Quod nisi fecisset, facile tumultus in castris existere poterat, tot armatis circa prætorium excubantibus, passimque per castra volitantibus, quæ omnia miles necessario fieri credebat, quod profectio in sequentem diem esset indicta.

INVITATVS EST ETIAM PHILOTAS) ne quicquam de mutato regis animo suspicaretur. Suet. in Dōs Domitianus Actorem summarum pridie quàm in crucem ageret, sibi familiaritèr in toro assidere iussit, partibus etiam cum de cœna dignatus, securumque & hilarem dimisit. Eadem benevolentia signa erga Aretinum Clementem indemnatum exhibuit, ut & Mithridates tetrarchas Galatiæ vno conuiuio omnes trucidauit præter tres qui effugerunt, ut est apud Appianum in Mithridaticis. Absalomus sanctissimi regis degener & impius filius, per speciem conuiuij Ammonem fratrem interemit. In plura passim hoc genus exempla dissimulatæ crudelitatis & simulatæ amicitia apud scriptores incidet.

SECUNDA VIGILIA) Iam intempesta nocte. Nam sub primam vigiliam nox inchoabat: secunda ad mediam noctem durabat; singulis quatuor vigilijs ternis horis assignatis.

HEPHAESTION) Iam hi regis amici & supra sæpè celebrati sunt, & infra potissimum celebrantur.

EX ARMIGERIS) Armiger propriè dicitur & est, qui in prælio gerit arma domini sui, lætæam, inquam, arcum, scutû, & hoc genus alia. rara mentio in militia Romana armigerorum, frequè apud Græcos. Cicero pro domo sua, armigerum vocat stipatorem corporis Catilinæ. Hebræis frequens vsus armigerorum uti & barbaris. Habuit Goliathus, Ionathas, Saulus, Dauid, alijque suos armigeros, ut est in libris regum. Sunt iidem ferè custodes corporis & stipatores & satellites & armigeri, nisi quod armigeri etiam arma dominorum ferant, quibus cum vsus est, vtantur.

SINGVLOS DENI) Eleganter, deni, aliud est decem, aliud deni; decem non plures vnquam significat: deni possunt esse viginti, triginta, centum, mille & amplius in denos diuisi. Hic pro centum vox sumitur. Decem erant satellites quasi duces, quibus singulis deni armigeri additi sunt, qui efficiunt centum, ita scriptores boni semper & locuti sunt & loquuntur. Poetæ tamen suo more, voce nonnunquam abutuntur, ut denos vel senos vel id genus vocabula, pro decem aut sex vsurpent.

ATTARRAS) Præfectus prætorij cum trecentis satellitibus & quinquaginta, nisi quinquaginta malis sub trecentis complecti. Hunc Attarram Plutarchus 2. de Fortuna Tarriam Dinomenis F. appellat.

SOMNVS OPPRESSERAT) Hoc pro Achille tanquam firmissimo innocentia argumentum infra in defensione vtitur, Philotas: *gravi sopore acquiescebam, & quæ sequuntur: ad quem locum non pauca annotauimus.*

CAPITE VELATO) Romanis, Græcis, & Persis hic mos in tristi casu & mortis præsentis periculo vsurpatus. Lilius I. r. de Horatio qui sororem lamentantem interfecerat. *caput obnubito, infelici arbori suspendito.* lib. 3. de Appio decemuiro: *cum fractis animis Appius vitam metuens, in domum se propinquam foro, inscijs aduersarijs capite obuoluto recepit.* Darius supra: *Perfususque mutuis lacrimis inhaerentem sibi auelli iubet.* Capite deinde velato ne inter gemitus digredientem velut à tergo intueretur in humum pronum corpus proiecit. Ita A man suspendendus prius velatus est, *Nec dum verbum de ore regis exierat, & statim operuerunt faciem eius.* Infra capite ultimo ducto, ad quaestiones Philotæ obligantur oculi. Christo Deo quoque, sed per ludibrium impiorum satellitum facies velata fuit, & simul alapis mulctata.

Curt. lib. 5.
c. 23.
Esther. 7.

C A P V T XVI.

A R G V M E N T V M.

Rex Philotam apud milites coniurationis accusat.



Postero die rex edixit, omnes armati coirent, VI. millia ferè militum venerant: præterea turba lixarum calonumque impleuerant regiam. Philotam armigeri agmine suo tegebant, ne ante conspici posset à vulgò quam rex allocutus milites esset. De capitalibus rebus vetusto Macedonum * modo inquirebat exercitus: in pace erat vulgè, nihil potestas regum valebat, nisi prius valisset auctoritas. Igitur Dymni primùm cadaver infertur: plerisque quid patraisset, quouè casu extinctus esset ignaris. Rex deinde in concionem procedit, vultu præferens dolorem animi. Amicorum quoque mœstitia expectationem haud paruum rei fecerat. Diu rex demissò in terram vultu, attonito stupentique similis stetit. Tandem recepto animo, *Panè, inquit, milites, hominũ scelere vobis ereptus sũ. Deũm prouidẽtia & misericordia viuo: conspectusque vestri venerabilis coegit, ut vehementius parricidis irascerer, quoniam spiritus, imò vnus vitæ meæ fructus est, tot fortissimis viris, & de me optimè meritis referre adhuc gratiam posse. Interrupit q̄ orationem militum gemitus, abortaq̄ sunt omnibus lachrymæ. Tum rex, Quanto, inquit, maiorem in animis vestris motum excitabo, cum tanti sceleris auctores ostendero, quorum mentionẽ adhuc reformido, & tanquam salui esse possint, nominibus abstineo? sed vincenda est memoria pristinae charitatis, & coniuratio impiorum ciuium detegenda. Quomodo autem tantum nefas sileam? Parmenio illa ætate, tot meis, tot parentis mei meritis deuinctus, omnium nobis amicorum vetustissimus, ducem se sceleri tanto præbuit. Minister eius Philotas Peucolaum, & Demetrium, & hunc Dymnum, cuius corpus adspicis, ceterosque eiusdem amentia in caput meum subornauit. Fremitus vndiq̄ indignan-*

*morc:

indignantium quarentiumque tota concione obstrepebat, qualis solet esse multitudinis, & maxime militaris, ubi aut studio agitur, aut ira. Nicomachus deinde, & Metron & Ceballinus producti, quæ quisque detulerat exponunt: nullius eorum indicio Philotas particeps destituitur. Itaque indignatione pressa, vox indicum silentio excepta est. Tum rex, Quælis, inquit, ergo animi vobis videtur, qui huius rei delatum indicium id ipsum suppressit? quod non fuisse vanum Dymni exitus declarat. Incertam rem deferens, tormenta non timuit. Ceballinus ne momentum quidem temporis distulit exonerare se, ut eo, ubi lauabar, irumperet. Philotas solus nihil timuit, nihil credidit. O magni animi virum: iste, regis si periculo commoueretur, vultum non mutaret? indicem tantæ rei sollicitus non audiret? Subest nimirum silentio facinus, & auida spes regni præcipitem animum ad ultimum nefas impulit. Pater Mediæ præst. Ipse apud multos copiarum duces meis præpotens viribus maiora quam capit, spirat. Orbis quoque mea, quod sine liberis sum, spernitur. Sed errat Philotas. In vobis liberos, parentes, consanguineos habeo. vobis salvis orbis esse non possum. Epistolam deinde Parmenionis interceptam, quam ad filios Nicanorem & Philotam scripserat, recitat, haud sane indicium grauioris consilij præferentem, namque summa eius hæc erat: Primum vestri curam agite, deinde vestrorum, sic enim, quæ destinauimus, efficiemus. Adiecitque rex, sic esse scriptam, ut siue ad filios peruenisset à consocijs posset intelligi: siue intercepta falleret ignaros. At enim Dymnus cum cæteros participes sceleris indicaret, Philotam non nominauit. Hoc quidem illius non innocentie, sed potentie indicium est, quod sic ab ijs tenetur etiam, à quibus prodi potest, ut cum de se fateantur, illum tamen celent. Cæterum Philotam ipsius indicat vita. Hic Amyntæ, qui mihi consobrinus fuit, & in Macedonia capiti meo impias comparauit insidias, socium se & consocium adiunxit. Hic Attalo, quo grauiorem inimicum non habui, sororem suam in matrimonium dedit. Hic cum scripserim ei pro iure tam familiaris usus atque amicitia, qualis fors edita esset Iouis Hammonis oraculo; sustinuit rescribere mihi, se quidem gratulari quod in numerum deorum receptus essem: cæterum misereri eorum, quibus viuendum esset sub eo, qui modum hominis excederet. Hæc sunt etiam pridem animi alienati à me, & inuidentiæ gloria mea inducia: quæ equidem milites, quam diu licuit, in animo meo præst. Videbar enim mihi partem viscerum meorum abrumpere, si in quos tam magna contuleram, viliores mihi facerem. Sed iam non verba puniendæ sunt; lingua temeritas peruenit ad gladios. Hos (si mihi creditis) Philotas in me acuit. Si ipsum dimisero, quo me conferam milites? cui caput meum credam? Equitatus optima exercitus parti, principibus nobilissimæ iuuentutis unum præfeci: salutem, spem, victoriam meam fidei eius tutelæque commisi: patrem in idem fastigium, in quo me ipsi posuistis, admouit. Mediæ, quæ nulla opulentior regio est, tot civium sociorumque millia imperio eius ditionique subieci. Unde præsidium petieram periculam existit. Quam feliciter in acie occidissim potius hostis præda, quam civis victima. Nunc seruatus ex periculis, quæ sola timui, in hæc incidi, quæ temere non debui. Soletis identidem à me milites petere, ut saluti meæ parcam. Ipsi mihi præstare potestis, quod suadetis ut faciam. Ad vestras manus, ad vestra arma confugio, inuitis vobis saluus esse nolo, volentibus non possum nisi vindicor. Tum Philotam religatis post tergum manibus, obsoleto amiculo velatum iussit induci.

EDIXIT, OMNES ARMATI CONVENIRENT) Editiones pleræque; ut omnes armati conuenirent. Sed Curtius breuis est, quicquid omitti potest, negligit.

VI. MILLIA FERÉ MILITVM VENERANT) Quid ita? Sex millia tantum habuit sub signis Alexander, cum paullò antè plures sex millibus in supplementum Zoilo duce acceperit? Codices nonnulli, quod deterius est, tantum quinque millia numerant, & quidem MSS. Sed nullum, ut reor, mendum in numero, nullus error in scriptura, si rectè attendas. Nam quamuis præceperit rex ut omnes armati conuenirent, ut audisti; intelligendi sunt tamen Macedones potissimum, quorum iudicio stabant rei, legi enim Macedonici iudicati sunt, non aliorum Græcorum, nec peregrinorum militum, aut mercede conductorum. Interfuere tamen alij præsertim ex ducibus non Macedones, ut infra ipse Philotas testatur. Rex ipse Macedones iudicatuos affirmat infra, eoque rogat; Philotam qua lingua uti velit in dicenda caussa.

LIXARVM CALONVMQVE) Estne discrimen inter lixas & calones? Stevvechius ad cap. 10. Vegetij, discrimen ex originatione vocum & autoritate scriptorum, his verbis ostendit. Lixa Lib. 1. Lixio alijsque historiographis sunt, qui exercitum sequuntur lauandi & coquendi gratia. De his ita No-

nus Marcellus: Elixum quicquid ex aqua molitur, vel decoquitur. nam lixam aquam veteres esse dixerunt. Vnde lixa dicti, qui militibus aquam ad castra vel ad tentoria solent ferre. Videri autem quoque idem in voce lixarum. Iterum Fulgentius de prisco sermone lixam interpretatur mercenarium. Ad opinionem illius accedere video Festum Lixa, inquit, qui exercitum sequuntur quæstus gratia, dicti, quod extra ordinem sint militia, eiusque liceat quod libuerit. Alij eos à Licha appellatos dicunt, quod & ille Herculem sit secutus, quidam à liguriendo questum. Nactenus Festus, qui alibi istiusmodi mercenarios etiam metellos appellavit. Sed & calorum quoque proprietas habetur, quod ligna militibus subministrant, κάλα enim ligna Græci dicunt. Nonius in Calorum Glossæ, calo, δὲ κάλα & δὲ κάλα. Festus, Calones, inquit, militum serui dicti, quia ligneas clauas gerebant, quæ Græci κάλα vocant. Etiam Caculas à Plauto eadem de causa dictos, idem annotauit. Cui assipulatur & Glossarium, Cacula, δὲ κάλα & ἐρατιώτης.

PHILOTAM ARMIGERI) Expectatione rerum nouarum suspendit animos militum auidos cognoscendi, quid tandem rex facturus esset. Philota toti exercitui notissimus, miserabili habitu modoque reus, & armigeris cinctus & vinctus producit. Dymni cadauer proponitur, rex tristis, cum mœstis amicis prodit attonito stupentique similis, vt omnes etiam auditores attonitos stupentesque redderet, suamque in causam flesteret.

NISI PRIUS VALVISSET AVCTORITAS) Mos hic & modus Macedonum sapienter & salubriter institutus est, ne regibus (quos sæpè vel inuidia stimulat, vel ira furorque præcipites fertagitque) pro libidine fas esset in sanguinem populium sauire & grassari. Populus ergo de vita & sanguine ciuium censebat, iudicabatque. Auctoritas apud Romanos in senatu erat, potestas apud populum, vt Cicero de legibus docet, Patres decernebant, populus iubebat. Liuius lib. 8. Bellum ex auctoritate patrum populus aduersus Vestinos iussit. Sed apud Macedones rex ipse populum seu exercitum foris, plebem domi consulere debebat, in cuius pace, auctoritate, potestate reus erat, donec iuberet reum vel viuere vel mori. Enimvero Alexander hunc morem postremis annis ferè totum antiquauit, Clitum & Callisthenem viros inclitos indicta causa indemnatos occidit, milites quos voluit, repente ad supplicium rapuit, & tantum non ex rege in tyrannum & latronem migravit.

DIV REX DEMISSO IN TERRAM VULTU) Hunc gestum & habitum corporis & oculorum Alexander à magistro suo quem in linu ferèbat, Homero didicit, qui Vlyssæum cum Menelao Troiam legatum ira deiectis in terram oculis priusquam exordiretur stantem, & alquantisper tacentem, adeoque attonito & stupido similem introducit:

Αλλ' ὅτε δὴ πολὺ μῆτις ἀναΐζειεν ὀδυσσεύς
 Στάσκειν ὄπα, δειδῶκε μετὰ χθονὸς ὀμματα πῆξαις
 Σκῆπτρον δ' οὐτ' ὀπίσω οὐτε πρὸν ἔχει ἐνέμα,
 Αλλ' ἄσεμφές ἔχεσκειν, αἰδῶει φῶτι τοικῶς
 Φαίης κεν ζάκοτόν τινα ἔμμεναι, ἀβρονα ἢ αὐτως
 Αλλ' ὅτε δὴ ρ' ὄπα τὲ μεγάλῃν ἐκ σῆθε' ἔει,
 Καὶ ἔπει νηράδεωσι τοικῶτα χειμερήσιον
 Οὐκ' ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆι γ' ἐπίσειε βροτῶς ἄλλ' ὄ
 Sed quando prudens surgeret Vlysses
 Stabat, sub autem videbat in terram oculos desigens
 Sceptrum vero neque retrorsum neque in altiore partem mouebat,
 Sed immobile tenebat, imperito viro similis.
 Dixisset furiosum aliquem esse dementemque temerè.
 Sed quando vocem magnam ex pectore emittebat,
 Et verba imbribus niualibus similia hybernis
 Non deinde cum Vlyse contendere potuisset homo alius.

lib. 13. Quem locum Quidius in eiusdem Vlyssis oratione expressit, vbi de iudicio armorum inter Aiacem & Vlyssæum apud Græcorum proceres decertatum est:

--- donec Laërtius heros
 Adstitit, atq; oculos paulum tellure moratus
 Sustulit ad proceres, expectatoq; resoluit
 Ora sonò: neque abest facundis grætia dictis.

Virgilius quoque Didoni dicturæ eundem se è gestum affinxit:

1. Aen. Tum breuiter Dido vultum demissa profatur.

Et Andromache, cum Aeneas responderet:

3. Aen. Derecit vultum, & demissa voce locuta est.

1. de Orat. Hunc pudorem M. Tullius in optimo quoque Oratore plurimum commendat: Mihi etiam inquit, quique optimè, quique id facillimè atque ordinatissimè facere possunt, tamen nisi timide ad dicendum accedunt, & in exordienda oratione perturbantur, penè impudentes videntur. & quæ ibidem Cicero multa subiungit. Cicero Quintilianus subscribit: Etiam cum ad iudicem, inquit, nos conuertimus, & consultus prator permiserit dicere, non protinus est erumpendum, sed danda breui

Breui cogitationi mora. Mirè enim auditurum àicturi cura delectat, & iudex se ipse componit. Hoc præcipit Homerus Vlyssis exemplo, quem stetit oculos in terram defixis, immotoque sceptro, priusquam illam eloquentiæ procellam effunderet, dicit. Ex his signis auditor facillè coniectat, qualis oratio sit futura, meditata, inquam, grauis, prudens, quæ optimè in sapientem cadat, virumque probum & hōnoratum deceat. Sunt enim verecundia, pudor, rubor, præsertim in iuuenè virtutis colores & notæ.

Eandem in Cæsare Germanico moram silentium & gestum laudat Ouidius:

Surgit Iulèo iuuenis cognomine dignus,

Qualis ab Eois Lucifer ortus aquis.

Dumque silens astat, status est vultusq; disertus,

Spemq; docens doctæ vocis amicus habet.

Mox vbi pulsa mora est, atq; os cœlesti solutum,

Hoc superos iures more solere loqui.

Lib. 2. de
Pont. eleg.
5. ad Solin.

PAENE MILITES) Conciliat sibi benevolentiam à persona sua, Deum, hostium, & militum, simulque aperit orationis argumentum parricidium, quod se Deum benevolentia & cura euasisset, ut & de parricidis pœnas sumere, & amicis ac benemeritis, ipsis nempe militibus, referre gratiam posset. Qua voce attonitus exercitus in gemitus & lacrymas erupit. Tum motibus animorum vsus rex, militem vehementius aduersus insidiatores vitæ suæ inflammat, quando nomina impiorum, Parmenionis, inquam, Philotæ, Peucolai, Demetrij, Dymniprodit. Dein, fremente toto exercitu producti indices, Nicomachus, Ceballinus, Me- tron.

NULLIVS EORVM INDICIO PHILOTAS PARTICEPS DESTINABATUR) Ita in Codice Constantiensi exaratum est, & Modius legit. vulgò in *participes sceleris*, scriptum cum Acidalio reor *inter participes*.

Philotas nondum ab exercitu visus adhuc inter armigeros latebat.

INDICIUM SUPPRESSIT) Hæc omnia deinceps in Philotam detorta sunt: qui quod ab indicibus præteritus, & princeps clarissimus esset, pluribus rationibus erat premendus, ut reus crederetur.

NON VANVM DYMNIEXITVS DECLARAT) Hoc constanter & eleganter postea refellit Philotas.

INCERTAM REM DEFERENS, TORMENTA NON TIMUIT CEBALLINVS, METRON NE MOMENTVM QUIDEM TEMPORIS DISTVLIT EXONERARE SE) Torfit hic locus & Glareanus & Modius, propter nomen Metronis omissum, quod reposuit Acidalius. *Quis ille, in- Acid. nu. quit, qui rem deferens incertam tormenta non timuisse dicitur? Addi nomen debuerat. nec potest verò ca- 165. pi de Philota: quod cū putaret Glareanus, intricauit se magis, & locum, quàm expediuit. Etiam Modius ha- ret, cui obscurum oppido locum esse penitus assentior, illud quoque ferè, ut in membranis scribitur, ita legendum. Earum ista scriptura: Incertam rem deferens tormenta non timuit Ceballinus. Ne momentum quidem &c. Ita quidem hercle distinguendum potius. Nam deferebat à fratre audita Ceballinus. At idem etiam ne ad Alexandrum irrupit ipse, commodum lauante? Id verò falsum. Non enim hic ipsi regi, sed Metroni cuidam indicium deferebat, qui rectè à protinus Alexandro. Huius omissum nomen, inserendum rursus, & omnia sunt plana. Perijt illud affinitate literarum, quæ excipiebant. Ita verò scribe nunc & interpunge: Incertam rem deferens tormenta non timuit Ceballinus. Metron ne momentum quidem temporis distulit exonerare se, ut (fortasse quin melius) eo vbi lauabar, irrumperet. Ne dubites, audi & recognosce superiora, quæ probant non modò, sed flagitant, sed exposcunt. Cæperat Ceballino esse (Philotas) iulpectus. Ita què non vltra interpellandum ratus, nobili iuueni (Metroni erat nomen) super armamentarium posito, quod scelus pararetur, indicat. Ille Ceballino in armamentario abscondito, protinus regi corpus fortè curanti quid index detulisset, ostendit. *Satin' clarè, satin' ordine ista Curtius? Ille quidem plenè omnia hæc, & planè. Nam Arrianus breuiter nec adedè disertè, Diodorus paulò disertius ac prolixius, idem mutilè tamen sapè, neque hic nomen exprimit eius, qui indicij Ceballini index. Vnum fuisse ex regijs pueris ait. Sed bene, quod ex Curtio nobis & hoc & alia constant, ne foris quaramus, cuius abundè est copia domi.* Hæc Acidalius.*

Quæro etiam hic explanationis causa, quare dixerit Alexander Ceballinum rem incertam detulisse, cum certa fuerit? certa quidem fuit, sed certam tum, cum deferret fuisse, antequam se Dymnus occideret, non constabat.

QUARE TORMENTA NON TIMUIT?) Imò timuit, & propterea coniurationem patèfecit, quam si suppressisset, meritò etiam timuisset, ne suspectus fieret, ut Philota factus est. Proinde verè Glareanus negantem particulam inducendam putauit, & est comparatio inter Ceballinum, Metronem & Philotam. Ceballinus quamuis adhuc incertam rem deferret, tamen timuit tormenta, si non deferret. Metron etiam timuit, & statim irrupit ad me, quamuis importunus, vbi lauabar: Solus Philotas, nihil timuit, nihil credidit, en opposita sunt, *timuit, & nihil timuit.* Quod

Quod si dicas, retinendam voculam non, esseque hunc intellectum: Ceballinus non timuit tormenta, quamvis rem adhuc incertam, ut de qua certo nondum constaret, deferret, & calumniator videri posset, quod innocentes per invidiam traduceret, & suspectos faceret: Metron etiam non timuit, quamvis inuocatus penetraret ad balneum Alexandri, sed quæ sequuntur de Philota non habebunt locum: *Solus Philotas nil timuit*. tollenda ergo sine controuersia vox non.

OMAGNI ANIMI VIRVM) Ironia est & irrisio: accusat deinde Philotam ambitionis & regni affectati; causas suspicionis adfert, patris potentiam, qui fiduciarium Mediæ regnum obtinebat, ipsius quoque Philotæ officia proxima regi, præfecturam nobilissimi equitatus, & principum iuuentutis, suam denique regis orbitatem quod careret liberis, (nondum enim uxorem duxerat) sed liberorum loco sibi ciues & milites esse affirmabat. In epistola Parmenionis nihil poterat carpere, nisi ambigua illa verba: *Sic enim quæ destinauimus, efficiemus*: quæ poterant ad regni affectati suspicionem trahi, uti rex ipse traxit. Obijcit deinde quod videbatur Philotam à suspicionem parricidij purgare: At qui, Dymnus cum coniuratorum nomina ederet, Philotam omisit. Respondet Alexander, tantam fuisse potentiam Philotæ, ut nemo quantumuis nocentem, conscium & participem sceleris nominare auderet. Sed interim ex omni vita eius constare, quis fuerit, quoque animo, quibus moribus, quid alias egerit & aduersus se commiserit, aut tentarit.

HIC AMYNTÆ SOCIUM SE ADIUNXIT) Hic Amyntas, non est ille prætor Alexandri, de quo sæpius iam dictum, nec is qui postea causam dixit, sed diuersus ab utroque. Amyntam hunc Philippus pater, cum bellum in Persas pararet, cum Parmenione & Attalo in Asiam præmilit. Iustinus, *Initio veris, inquit, tres duces in Asiam Persarum iuris præmittit, Parmenionem, Amyntam & Attalum*. Non satis constat, an is fuerit, qui ab Alexandro ad Darium profugit, à Dario in Aegyptum, in qua ad Memphim periit, uti supra exposuimus, de quo Curtius: *Has pœnas Amyntas utrique regi dedit, nibilo magis ei, ad quem transfugerat, fidus quam illi, quem deseruerat*. De hoc ipso copiosè Siculus. Arrianus vno verbo lib. 2. Incertum tamen an hic, vel alius fuerit, de quo hic in accusatione Philotæ Alexander: Nam de conituratione & insidijs Amyntæ in Macedonia Alexandro structis nihil admodum scriptores. Quamquam Siculus disertè dicat illum ab Alexandro ex Macedonia profugisse ad Darium, deinde cum Dario victum ad Issum profugisse in Aegyptum, & ad Memphim demum, uti Curtius quoque scripsit, periisse.

QVI CONSOBRINVS MEVS FVIT) Consobrini dicuntur, qui ex duabus fororibus geniti sunt, adeo Amyntas ex sorore Olympiadis natus est, materque Amyntæ, matertera fuit Alexandri, & auunculus Alexander rex Epyri, qui in Italia periit. Soror autem Olympiadis apud Iustinum in 8. fuit Troas, quam Arisba rex Molossorum duxerat: ita Amyntas Arisbæ regis & Troadis filius, consobrinus Alexandri fuit. Vocat eundem consobrinum disertè etiam Iustinus, *Tunc, inquit, Parmenion, & Philotas, tunc Amyntas consobrinus, tunc nouerca fratresque interfecti, tunc Attalus, Eurilochus, Pausanius alijq, Macedonia principes extincti occurrebant*.

HIC ATTALO, QVO GRAVIORVM INIMICVM NON HABVI) Huius Attali fororem *In Alexâ-Philippus pater, expulsa cum filio Olympiade, in matrimonium accepit. Plutarchus* non fororem Attali, sed sororis filiam Cleopatram ductam ait, ita ut Attalus Cleopatæ auunculus fuerit. Odium autem Alexandri in Attalum inde exarsit, uti tradit Plutarchus: In nuptijs Cleopatæ quam Olympiadi superinduxit, Attalus seu frater, seu patruus, seu auunculus sponsæ, in epulo nuptiali cum vino incaluisse, hortatus est Macedones, ut iustum à Dijs ex Philippo & Cleopatra regni expolcerent hæredem & successorem: quo dicto non immeritò inflammatus Alexander: *Quid, inquit, scelus, nos tibi spurij videmur? simulque cum dicto craterem, Lapitharum ritu in os Attali iaculatus est*. Qua re incensus ipse Philippus, filium stricto ferro insecutus est, sed felici per iram & vinum casu, pede offenso prolapsus Alexandro spacium dedit se subducendi, qui interim in patrem iocatus: *Hic, inquit, Macedones parabat ex Europa in Asiam transnittere, qui è lecto in lectum sine lapsu transire non potuit*. Indeque cum matre patria excessit, & Olympiadem in Epiro collocauit, ille in Illyricum se contulit, ægrè inde à patre etiam vocantereductus.

Idem Athenæus, qui omnes ordine uxores Philippi enumerat, *Annis, inquit, viginti, quibus regnavit, ex Audata Illyrica, quæ ipsi nupsit, filiam Cynnæ suscepit: deinde uxorem habuit Philam Dardæ & Machata sororem: cum verò Thessalorum gentis benevolentiam & amicitiam captaret, ex Thessalicis duabus feminis liberos procreauit. Altera illarum fuit Nicesipolis Fheræa, quæ ipsi peperit Thessalonicen: altera Larissæa Philinna, ex qua genuit Aridaum. Olympiadis verò, è qua natus est Alexander, dos fuit regnum Molossorum, Thraciam idem cum subiugasset, Thracum rex Cibelas ad eum profectus est cum multis muneribus, & filia Meda, quam post Olympiadis nuptias etiam duxit. Verum è cunctis vxoribus summopere dilexit Cleopatram Hippostrati sororem, Attali ex fratre neptem, quam post Olympiadem duxerat, & cum ea transmisit reliquum ætatis, quoniam in ipsis statim nuptijs Attalus dixisset, tum demum reges futuros legitimos, non spurios: quod Alexander cum audiisset, calicem, qui tum in manibus fuit, impegit Attalo, & Alexandro poculum vicissim Attalus: post autem ad Molossos profugit Olympias, ad Illyrios Alexander.*

Attalus interim à patre cum Parmenione & Amynta in Asiam aduersus Persas missus, occiso Philippo, res novas moliri cœpit, & regno tendere insidias, quod non ignorabat Alexander, qui illum

Lib. 9.

Curt. l. 3. c.

19. l. 4. c. 4.

Sic. lib. 17.

p. 524.

Lib. 12.

l. 13. p. 557.

lum submisso cum armatorum manu Hecatæo in Asia sustulit. Quod ita describit Diodorus Siculus, cuius interpretis duntaxat verba adducam, quod locus sit paullo prolixior, & rarus lector Græca desideret. *Insidias regno eius necebat Attalus, Cleopatram, quam alteram Philippus uxorem duxerat, annunculus. Hunc igitur è medio submouendum statuit. Nam & paucis ante regis obitum diebus puer è Cleopatra Philippo natus erat. Legatus paullo ante in Asiam cum exercitu Parmenione collega transfuserat Attalus. Ibiq; cum & beneficijs & sermonis illecebra milites demulceret, gratiam non mediocrem apud exercitum iniuerat. Non igitur sine causa rex ab eo cauendum sibi existimauit, ne quando, adiutantibus Græcis regi aduersis, regnum sibi vendicaret. Ex familiarium proinde numero Hecatæum deligit; eumq; cum manu armatorum non exigua in Asiam mittit, hoc potissimum iniungens, vt viuum sibi Attalum sistat; sin effici hoc nequeat, vt dolo hominem cum prima occasione interficiendum curet. Ille in Asiam transfectus sociatis cum Parmenione & Attalo copijs, negotij sibi demandati tempus commodum expectabat. Interea Alexander multos Græcorum ad res nouas moliendum arrectis esse animis, certior factus, in magna consilij perplexitate hærebat. Nam Athen. Demosthene in Macedones populum concitante, obuijs Philippi interitum auribus lati exceperant, deque principatu Græciæ Macedonibus nequitiam cedendum arbitrabantur. Iamque transfmissis ad Attalum legatis, secretò totius negotij administrationem cum eo communicauerant, multasq; ciuitates ad libertatem asserendam instigabant, Aetoli de reducendis Acarnanum exsulibus, quos Philippus extorres egerat, tum fecerant decretum. Ambraciota, suadente Aristarcho, presidium inibi collocatum eiecerant, & reip. administrandæ potestatem populorestituerant. Eodem modo Thebani pellendum è Cadmea presidium, Alexandroq; imperium Græciæ nequaquam concedendum publicè sciuerant. Arcades vt soli Philippum Græciæ principem facere abnuerant, ita nec Alexandro addicti tunc esse volebant. Peloponenses ceteri, vt Argiui, Elei, Lacedæmonij & quidam alij, studio iurisdictionis propriæ totis sese animis dederant. Gentes denique non pauca, quæ tractus ultra Macedoniam incolebant, ad defectionem spectabant, & magnus inter barbaros illic motus erat. Quæ licet ita se haberent, tantis regni negotijs, & tot vndique terroribus occupato, quantumvis adolescens, omnes principatus sui difficultates, breui temporis spacio, præter omnium existimationem expeditas ac planas fecit: dum hos colloquiorum blanditijs, istos metu in viam reducit. Nonnullos etiam vi domitos imperata facere cogit. Primos itaque Thessalos cognationis antiquæ ab Hercule vsque deducta admonitos, tum sermonum humanitate, tum amplitudine munerum promissorum excitatos ad hoc induxit, vt imperium Græciæ à patre sibi hæreditario traditum, publico Thessaliæ decreto ipsi deferrent. Quo impetrato, conterminas etiam gentes in eundem fauorem adduxit, & ad Pylas transgressus, conuocato Amphictyonum senatu, vt communi omnium decreto summus Græciæ dux crearetur, effecit.*

Ambraciotis oratione humanissima hoc persuasit, libertatem quam ipsi paullo antè vindicauerint, propenso in eos fauore, iam tum se reddere illis constituisse & quæ sequuntur. Subijcit deinde * idem: Nam à Philippi interitu Attalus statim ad res nouandas se conuertit, iamq; fœdus cum Atheniensibus ad oppugnandum communi opera Alexandrum inierat. Sed mutato post consilio, epistolam à Demosthene sibi redditam & asseruatam transmittit Alexandro, verborum blandimentis ingesta sibi crimina diluere conatus. Sed cum Hecatæus Attalum iussu regis per dolum obruncasset, Asiaticus Macedonum exercitus ad defectionem propendere desijt: quod & Attalus iam extinctus, & Parmenio erga Alexandrum optimè affectus erat.

Sic initio
lib. 17. pag.
487. f.

* pag. 490a

Curtius non per Hecatæum, sed Philotam interfectum ait Attalum. l. 7. c. 1.

De eodem Attalo l. 8. c. 19, Attalum, antequam rex essem, hostem meo capiri fuisse meministi.

Idem Attalus impurissimum monstrum, Pausaniæ iuueni ludibrio conuiuarum obiecto occasionem præbuit Philippi regis occidendi, qui cum vindicare iniurias Pausaniæ de Attolo sæpius questi negligeret, pro reo ipse reus poenas morte luit, vt Iustinus prolixè denarrat. Nec aliter subinde Numen in magistratus ipsos publica flagitia non castigantes, pro æquitate & vindicta grauius animaduertit. Filium porro ex Cleopatra susceptum, à morte Philippi, crudelis Olympias alieno coctum, * Pausania teste, enecuit.

Lib. 9.

* lib. 8. pag.
460.

SOROREM SVAM IN MATRIMONIUM DEDIT. Immo ipse Parmenio filiam, conciliante opinor filio, dedit. quæris sponsæ nomen? iuxta tecum quæro. plures habuit sorores Philotas, alteram Attalo, alteram Cæno nuptam.

QUALIS SORS EDITA ESSET IOVIS HAMMONIS ORACULO. Quo Iouis filius à Pontifice Aegyptio est appellatus, vt lib. 4. c. 20. Curtius non sine Alexandri inuidia & acerba reprehensione exposuit. Locum autem hunc infrà refutauit Philotas.

ANIMI ALIENATI ET INVIDENTIS GLORIAE MEAE INDICIA) supra dixerat Alexander, ex reliqua vita notum. Plutarchus & illum & hunc locum de moribus & vita Philotæ egregiè tractat, cuius verba, sed ex interprete duntaxat (quia complurcula sunt) subscribam: At Philotas Parmenionis filius auctoritate inter Macedonas summa erat. Etenim strenuus habebatur & laboris tolerans, munificus autem & effusus in amicos adeo, vt secundum Alexandrum alius nemo. [ac fertur cum necessarius quidam illius argentum ab ipso posceret, iussisse dari. Negante procuratore esse, quid ais, inquit, ne potulum quidem aut vestem habes?] Ceterum animi tumore & opum supercilio, corporisq; cultu & victu insolentior erat, quam pro priuato fastigio. Et grauitatem tunc amplitudinemq; non vrbaniate, sed sine gratijs ineptè & insulse exprimens, suspiciones sibi conciliauit & inuidiam: vt Parmenio etiam ei aliquando diceret, Detiorem te mihi fili reddere. Hic iam dudum delatus apud Alexandrum fuerat. Cum enim Dario in

In vita A-
lexandri
p. 30. aliàs
in fol.
Frâncos-
pag. 692j

Ciliciæ

Cicila superato, præda capta Damasci fuisset, multis capitibus in castra adductis, mulier inter captiuos re-
perta fuit genere Pydnaea, eximia forma, Antigone dicta: hanc tenebat Philotas. Vt iuuenis apud amicam &
per vinum multa arroganter, & militari effutiens ferocia, arrogauit, quicquid præclare esset gestum, sibi &
patri: atque Alexandrum appellauit Adolefentulum, qui ipsorum beneficio nomen regis teneret: Hæc mulier
illa familiari cuidam enunciauit, ille (vt fit) alteri: ita ad Craterum sermo tandem est perlatus. Ille mulie-
rem clam introduxit ad Alexandrum, qui his auditis consuetudine vti eam inuisit Philotæ, & quicquid intel-
lexisset ex eo, id vt mox ad se deferret. Philotas verò, qui ita peti se ignorabat insidijs, in contubernio Antigo-
nes multa verba & sermones ineptos infestè & insolenter in regem habuit. At Alexander, etsi grauitè delat-
us apud ipsum Philotas esset, omnia tamen vel beneuolentia fretus erga se Parmenionis, vel auctoritatem eo-
rum & potentiam timens, tacitus tulit & silentio oppressit.

Subijcit deinde quam descripsimus coniurationem.

pag. 59.

Agit de eodem Philota in 2. de fortuna Alexandri, Iam verò Philotas Parmenionis filius nescio
quomodo & ipse incontinentia lapsus est. Antigona in captiuorum turba ad Damascum captorum, Pellæa
quadam muliercula erat specie commen-abilis, eadem olim ab Autophradate capta, cum in Samothraciam
nauigaret. Huius amore vecors Philotas, vir alioqui ferreus, ita tum mollis fluxusq; fuit, vt præ voluptate
compos mentis non esset, atque aded incautus silenda pleraque muliercula effutiret. Quid enim, inquit, Phi-
lippos ille, sine Parmenione? quid hic esset Alexander, si Philotam non haberet? vbi porro Ammon vbi draco-
nes, si nos volumus? Huiusmodi mulier sermones ad quandam familiarium detulit, illa rursus ad Craterum,
subindeq; Craterus Antigona captiuam clam ad Alexandrum admisit, qui Philotæ quidem manum neuti-
quam adiecit, opera verò muliercula totum eum clam excusit, plusq; septem annis nunquam suspicionem
prodidit, non in vino temulentus, non per iram iracundus, denique non ad amicam: qui nihil non credere He-
phæstioni solitus esset, nullorumq; non consiliorum conscium eum facere. Hæc Plutarchus.

IN QVO ME IPSI POSVISTIS.) Hoc gratiæ causa dicit, quasi militum studijs ad regnum
Macedoniæ primùm, deinde Perfarum euectus esset. Non memini Macedonum reges suffragatio-
ne populari creatos, iure stirpis regiæ succedebant.

IN IDEM FASTIGIVM ADMOVI.) Parmenionem fiduciarum regem constitui, dempto so-
lo registitulo. Media enim regnum erat, cui cum potestate præerat Parmenio.

SERVATVS EX PERICVLIS, QUAE SOLA TIMVI.) Bellica pericula & præliorum, quæ e-
uasi, incidi in domestica, quæ timere non debui, quod me saluum inter ciues crederem.

SALVTI MEAE PARCAM.) Quando primus in acie, proximus hostem, inter primos de præ-
liari consueui.

PRAESTARE POTESTIS.) Me ab insidijs domesticorum vindicando.

OBSOLETO AMICVLO VELATVM.) Ne splendor vestium priorem maiestatem in memo-
riam reuocaret militi, eumque ad misericordiam inclinaret. Sed magis commouit insolitus & ob-
soletus cultus. Misericordia enim non causam, sed fortunam aspicit.

CAPVT XVII.

ARGVMENTVM.

Miles aspectu Philotæ vincti ad com miserationem
motus, ab Amynta, & Cæno ad indignationem
inflammatur.



Acile apparebat motos esse tam miserabili habitu, non sine inuidia paullo an-
tè conspecti. Ducem equitatus pridie viderant, sciebant regis interfuisse
conuiuio. Repente non reum modò, sed etiam damnatum, vinctum intuebantur.
Subibat animos Parmenionis quoque tanti ducis, tam clari cuius fortu-
na; qui modò duobus filijs Hectore & Nicanore orbatus, cum eo quem reli-
quum calamitas fecerat, absens diceret causam. Itaque Amyntas regis præ-
tor inclinantem, ad misericordiam concionem, rursus aspera in Philotam oratione commouit.
Proditos eos esse Barbaris; neminem ad coniugem suam, neminem in patriam, & ad parentes
fuisse rediturum: velut truncum corpus, dempto capite, sine spiritu, sine nomine, in aliena
terra ludibrium hostis futuros. Haudquaquam pro re ipsius Amynta oratio gratæ regi fuit,
quòd coniugum, quòd patriæ admonitos, pigriores ad cetera munia exequenda fecisset. Tans
Cænus, quanquam Philotæ sororem matrimonio secum coniunxerat, tamen acrius quam
quis-

quisquam in Philotam inuectus est. patricidam esse regis, patriam, exercitum, clamitans: saxumque quod forte ante pedes iacebat arripuit, emissurus in eum, ut plerique credidere, tormentis subtrahere cupiens: sed rex manum eius inhibuit, dicenda prius causa debere fieri potestatem reo, nec aliter iudicari passurum se affirmans.

MISERABILI HABITV.) Miseros (enim) magis fortuna conciliat suis, ut Seneca canit.

SEDETIAM DAMNATVM.) Privato iudicio amicorum Alexandri, quod præiudicij loco fuit.

Theb. vers.

386.

ABSENS CAUSAM DICERET.) Parmenio vna cum Philota reus, absens indicta causa damnatus est, nisi quatenus pro patre filius dixit, ut mox audies.

AMYNTAS REGIS PRÆTOR.) Quis verò hic Amyntas prætor regis? Arrianus Andromenis filium appellat, mox ipsum quoque reum, sed absolutum. de quo multa antè mentio fuit, & infra erit.

PRÏDITOS BARBARIS.) Neminem enim futurum fuisse, qui ipsos à Barbarorum incursum, cælo Alexandro, defendisset.

HÀVDQVAQVAM AMYNTAE ORATIO GRATA REGI FVIT.) Paulò antè rumor in castris increbuerat, Regem victo Dario patriam cogitare, eoque omnes per castra conuulabant, & ritu limphatorum discurrebant; quos longa oratione rex docuit nondum adesse militiæ finem. Paulò post sarcinas & suas, & militum exussit, ut bello habiliores redderet. Proinde intempestivè Amyntas hic rursus patriæ memoriam ingessit, quod timeret Alexander, ne iterum desiderio patriæ, arma proicerent, aut agrè militiæ munia exequerentur.

TVM COENVS.) Gener Parmenionis, clarissimus dux & princeps Alexandri, cuius frequens passim in Curtio mentio. acrior hic in Philotam fuit, ne ob affinitatem aliquam contraheret coniurationis suspicionem.

TORMENTIS SVBTRAHÈRE CVPIENS.) Videbat enim nisi statim occideretur, futurum, ut quæstionibus subiectus acerbissimos cruciatu sustinere cogeretur, quibus illum per speciem iræ subducere conabatur, quod & ipse Philotas, ut fieret, operabatur.

IVDICARI.) Damnari & occidi, nisi lege Macedonica prius dixisset causam.

CAPVT XVIII.

ARGVMENTVM.

Philotas primum metu exanimatus, mox recepto animo causam suam tam luculenter egit, regisque argumenta diluit, ut quæstionem planè ambiguum fecerit.

Noster Causinus falsò accusatum putat ab Alexandro Philotam. Post Regis inquit &c. Oecono pag. 589: miam verò huius apologiæ hanc instituit. i. Exordium &c.



Tum dicere iussus Philotas, siue conscientia, seu periculi magnitudine a-nens & attonitus, non attollere oculos, non triscere audebat. Lachrymis leinde manantibus, linguente animo, in eum à quo tenebatur, incubuit: bster sis q; amicalo eius oculus, paulatim recipiens spm trum ac vocem, diturus videbatur. Iamque rex intuens eum; Macedones, inquit, de re iudicaturi sunt: quæro an patrio sermone sis apud eos vsurus? Tum Philotas: Præter Macedones, inquit, plerique adsunt, quos facilius, quæ dicam percepturos arbitror, si eadem lingua fuero vsus, quæ tu egisti, non ob aliud credo, quam ut oratio tua intelligi posset à pluribus. Tum rex: Ecquid videtis odio etiam sermonis patrii Philotam teneri? Solus quippe fastidit eum dicere. Sed dicat sanè utrumque cordi est, dum memineritis æquè illum à nostro more atque sermone abhorrere. Atque ut a concione excessit. Tum Philotas: Verba, inquit, innocenti reperire facile est, modum verborum misero tenere difficile. Itaque inter optimam conscientiam & iniquissimam fortunam destitutus, ignoro quo modo & animo meo & tempori paream. Absit quidem optimis causa mea iudex, qui

cui

cur me ipse audire noluerit, non me Hercule excogito, cum illi virumque cognita causa tam damnare me liceat, quam absoluere. Non cognita verò liberari ab absente non possum, qui à presente damnatus sum. Sed quanquam vinceti hominis non superuacua solum, sed etiam iniusta defensio est, qua iudicem non docere videtur, sed arguere: tamen utcumque licet dicere, memet ipse non deseram, nec committam, ut damnatus etiam mea sententia videar. Equidem cuius criminis reus sim, non video. Inter coniuratos nemo nominat. De me Nicomachus nihil dixit. Ceballinus plus quam audierat, scire non potuit. At qui coniurationis caput me fuisse, credit rex. Potuit ergo Dymnus eum praterire, quem sequebatur? praelertim cum quarenti socios vel falsò fuerim nominandus, quo facilius, qui tentabatur, posset impelli, non enim detecto facinore nomen meum praterit, ut posset videri socio pepercisse. Nicomachus, quem taciturum arcana de semetipso credebat, confessus, alijs nominatis me unum subtraherebat. Quaso commilitones, si Ceballinus me non adisset, nihil me de coniuratis scire voluisset, num hodie dicerem causam nullo me nominante? Dymnus Janè & viuat adhuc, & velit mihi parcere: quid ceteri, qui de se confitebuntur, me videlicet subtrahent? Maligna est calamitas, & ferè noxius, cum suo supplicio crucietur, ac quiescit alieno. Tot consy ne in equuleo quidem positi verum fatebuntur: At qui nemo parcat morituro, nec cuiquam moriturus, ut opinor. Ad perum crimen, & ad unum praeuertendum mihi est. Cur rem delatam ad te, et acuisisti? cur tam securus audisti? Hoc qualecunque est, confesso mihi, ubicunque es, Alexander, remisisti: dextram tuam amplexus reconciliati pignus animi, conuulso quoque interfuit. Si credidisti mihi absolutus sum: si pepercisti, dimissus. Vel iudicium tuum serua. Quid hac proxima nocte, qua digressus sum à mensa tua, feci? quod nouum facinus delatum ad te, mutauit animum tuum? graui sopore ac quiescebam, cum me malus indormientem meis, vinciendo excitauerunt. Vnde & parricide & prodito tam alti quies somni? scelerati conscientia obstrepente, condormire non possunt, agitant eos furia, non consummato modo, sed & cogitato parricidio. At mihi securitatem primum innocentia mea, deinde tua dextra attulerat. Non timui ne plus aliena crudelitati apud te liceret, quam clementia tua. Sed ne te mihi credidisse pœniteat, res ad me deferebatur à puero, qui non testem, non pignus iudicij exhibere poterat, impleturus omnes metus si cœpisset audiri. Amatoris & scorti iurgio interponi aures meas credidi infelix, & fidem eius suspectam habui, quòd non ipse deferret, sed fratrem potius subornaret. Timui ne negaret mandasse se Ceballino, & ego viderer multis amicorum regis fuisse periculi causa. Sic quoque cum laeserim neminem, inueni, qui mallet perire me, quam incolumem esse. Quid inimicitiarum creditis excepturum fuisse, si insontes laceissem? Etenim Dymnus se occidit. Num igitur facturum hoc diuinare potui? Ita quòd solum iudicio fidem fecit, id me cum à Ceballino interpellatus sum, mouere non potuit. At Hercule, si conscius Dymno tanti sceleris fuisset, biduo illo proditos esse nos, dissimulare non debuit. Ceballinus ipse tolli de medio nullo negotio potuit. denique post delatum iudicium, quid opperiturus eram: cubiculum regis solus intraui, ferro quidem cinctus. cur distuli facinus? an sine Dymno non sum ausus? ille igitur princeps coniurationis fuit. Sub illius umbra Philotas latebam, qui regnum Macedonum affecto. Et quis è vobis corruptus est donis? quem ducem quem praefectum impensius coluit? mihi quidem obicitur, quòd societatem patrij sermonis asperner, quòd Macedonũ mores fastidiam. Sic ego imperio, quòd de dignor immineo? iam pridem natiuus ille sermo commercio aliarum gentium exoleuit: tam victoribus, quam victis peregrina lingua discenda est. Non me hercule ista me magis ledunt, quam quòd Amyntas Perdicca filius insidiatus est regi, cum quo, quòd amicitia fuerit mihi, non recuso defendere, si fratrem regis non oportuit diligi à nobis. Sin autè in illo fortuna gradu positũ etiam venerari necesse erat, iterum quaso, quòd nõ diuinavi, reus sum? an impiorũ amicis insontibus quoq; moriendũ est? quòd si aequũ est, cur tam diu viuor si iniustum, cur nunc demum occidor? At enim scripsi, misereri me eorũ quibus viuendũ esset, sub eo, qui se Iouis filiũ crederet. Fides amicitia, veri consily periculosa libertas, vos me decepistis, vos quae sentebã, ne reticerem, impulsistis. Scripsisse me hoc fateor regi, non de rege scripsisse, non enim faciebam inuidiam, sed pro eo timebam. Dignior mihi Alexander videbatur, qui Iouis stirpem tacitus agnosceret, quam qui praedicatione iactaret. Sed quoniam oraculi fides certa est, sit Deus causa mea testis. Retinete me vinculis, dum consulitur Hammon in arcanum & occultum scelus. Interim, qui regem nostrum dignatus est filium, neminem eorum, qui stirpi sua insidiati sunt, latere patietur. Si

certiora oraculis creditis esse tormenta. ne hanc quidē exhibenda veritatis fidem deprecor. Solent rei capitis exhibere vobis parentes. Duos fratres ego nuper amisi: patrem nec possum ostendere, nec invocare audeo, cum & ipse t anti criminis reus sit. Parū est tot modo liberorū parentē, in unico filio acquiescentē, eo quoq; orbari, nisi ipse in rogam meū imponitur. Ergo charissime pater, & propter me morieris, & mecum? ego tibi vitā adimo, ego senectutē tuam extinguo. Quid enim me procreabas infelicem auersantibus dīs? an ut hos ex me fructus perciperes, qui te manent? Nescio adolescentiamea miserior sit, an senectus tua. Ego in ipso robore atatis eripior, tibi carnifex spiritum adimet, quem si fortuna expectare voluisset, natura reposscebat. Admonuit me patris mei mentio quam timide & cunctanter, qua Ceballinus detulerat ad me, indicare debuerim. Parmenio enim cum audisset venenum à Philippo medico regi parari, deterrere voluit eum epistola scripta, quominus medicamentum biberet, quod medicus dare constituerat, num creditum est patri meo: num vllam auctoritatem eius litera habuerunt? ego ipse quotiens, qua audieram detuli, & cum ludibrio credulitatis repulsus sum? si & cum indicamus, inuisi, & cum tacemus, suspecti sumus, quid faceret non oportet? Cumq; unus è circumstantium turba exclamasset, Bene meritis non insidiari. Philotas, recte; inquit, quis es, dicitis. itaq; si insidiatus sum pœnam non deprecor; & finem facio dicendi, quonia. n. vltima verba graua sunt auribus. Abducitur deinde ab ijs qui custodiebant eum.

SIVE CONSCIENTIAE, SIVE PERICVLI MAGNITVDINE.) Non absoluit, nec damnat historicus reum, ipseque videtur dubitasse, an culpæ affinis fuerit necne Philotas, nec mirum est hæsisse, dubitasse, attonitumque, & propè de statu mentis deiectum fuisse Philotam, adeoque defecisse, cum ipse Alexander accusator Philotæ, attonito stupentique similis, priusquam exordiretur, ali-quandiu mutus constiterit.

MACEDONES DE TE IVDICATVRI SVNT.) Proinde non totus exercitus fuit conuocatus; quamuis & alij complures è Græcis confluxerint.

QVAERO, AN PATRIO SERMONE SIS APVD EOS VSVRVS?) Patrio seu Macedonico; Philotas enim Macedo fuit. Quæres, quæ lingua Macedonibus fuerit, cum Macedonia in terra Græcia fuerit sita? quæne lingua Alexander dixerit, cum aliena fuisset vsus. Lingua Macedonica sine dubitatione Græca fuit, sed propriam dialectum & idioma habuit, multumque recedebat ab Attica; quæ omnes literarum cultores propter elegantiam utebantur, vulgus indoctum patrum sermonem vsurpabat: cæteri plerique omnes politius loquebantur. Et Philotas quidem adeo studiosus fuit elegantiae, ut cum suis popularibus illiteratis per interpretem loqueretur, quod illius arrogantiae adscriptum fuit. Et fermè eadem ratio fuit inter Græciæ populos, qualis hodie inter Germanos, qui pronationum varietate varia dialecto vtuntur, adeo ut ægrè se mutuo intelligant, qui nunquam expatria exceßerūt, & repente in peregrinos incidunt. habent enim suam quodammodo linguam Heluetij, habent Sueui, Bauari, Aufrij, Saxones, Francones: omnes tamen Germanica vtuntur. Ita inter Græcos multæ fuerunt dialecti, quamuis omnes interim Græcè loquerentur. Præcipuæ tamen fuerunt Attica, Ionica, Dorica, Aeolica, Cômunis, quæ omnes inter propriè Græcè loquentes habebantur. Reliquæ Macedonica, Bæotica, Thessalica, Chalcidica, Pamphiliana, Argiua, Laconica, Cypria, Cretica, Sicula, Syracusana, Epirotica, Rhegina, Tarentina, & si quæ fuerant aliæ, inter barbaras recensebantur. Proinde Cicero C. Cæcilium Siculum in diuinatione exigit, quod Græcas literas non Athenis, sed in Sicilia, non Romæ, sed Liybæi didicerit, ac barbarè loqueretur. Ridet etiam in vltima Verrina quædam Sicula verba, sed Liybæi didicerit, ac barbarè loqueretur. Græca fuerunt, ἐδικάθησαν, quod ineptus quidam interpres docet esse aoristum secundum, cum sit primus. De Macedonum lingua Athenæus. καὶ γὰρ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ποικίλεις καὶ συρραφεῖσι τοῖς σφόδρα ἐλληνίζουσιν ἔστιν εὐρεῖν καὶ περσικά ὀνόματα διὰ τὴν τῆς χριστέως συνθηκῆν ἀς τοὺς παραστὰς γὰρ, καὶ τοὺς Ἀσάβης καὶ τὴν σχοῖνον ἢ τὸν σχοῖνον. μέζον δ' ἐστὶ τὸ τοῦ ὀδῆ μέχρι νῦν εὐτὼ παρὰ πολλοῖς καλεσθέντων μακεδονίζοντάς τ' οἶδα πολλὰς τῶν Ἀπικῶν διὰ τὴν ἐπιμύθειαν. Et apud antiquos poetas & scriptores elegantioris etiam lingua Græca perstudiosus, tamen inuenire est etiam Persica quadam vocabula ex vsu nata & vsurpata, cuiusmodi sunt parasanga, Astari, schæni seu viridis, seu muliebris generis (sunt autem mensuræ viarum nomina) ad nostram vsque aetatem sic appellata. Atticos etiam plerosq; noui, eod quod cum Macedonibus versati sint & permixti, à Macedonicis votibus & loquendi proprietate non abhorre. Strabo quoque cum subiectas Macedonibus gentes enumerat, plerasque duplici sermone vsas scribit, patrio nempe, & Macedonico. Quod verò Lazijs de Græcia tradit, parū à vero arbitrator, Macedonum & Græcorum linguas tam distinctas fuisse, quàm sint hodie Latina & Germanica. Omnes scriptores, qui de dialectis Græcæ ling. æ agunt, Macedonicam inter Græcam numerant, nisi quod singulari dialecto, ut Laconica, Bæotica, Sicula cum reliquis vteretur. Facile tamen concesserim rudes literarum Macedones, elegantem & Atticum sermonem non intellexisse, nec Atticos Macedonicum, ut hodie qui in principum palatijs versantur, ægrè Helæctorum, qui in a-

Lib. 3. ca. 33: pag. 121.

gris

grisduntaxat vixerunt, nusquam vnquam emigrarunt, aut peregrinati sunt, voces assequuntur, nec Heluetij Palatinorum. Quemadmodum & vulgaris Græcorum hodierna, non parum distat ab e-rudita, vt ægrè se mutuo intelligant: videturque communis Græcorum ἡ κοινὴ.

QVA TV EGISTI.) Aequam certè rationem adfert Philotas, cur Græcè purè & non Macedonicè velit loqui, quod & rex ipse Græcè dixerit, & ob eam causam dixerit, vt à pluribus intelligeretur. Sed rex causam Philotæ inuidiam vocat apud Macedones, quasi & linguam, & patriam, ac mores patrios odisset.

FASTIDIT EVM DICERE.) Malim cum aliis eo (sermone) dicere, non eum.

MODVM VERBORVM MISERO TENERE DIFFICILE EST.) Tacitus Annal. 4. *Quando moesta semel prorupere, difficilius reticentur.* Appianus in Punicis de Hammone *ἄτε γὰρ συμφροσύ ποιῶσι μακρολόγους, miseria disertos faciunt.*

INTER OPTIMAM CONSCIENCIAM ET INIQUISSIMAM FORTVNAM.) Quanto pe-re me consoletur optima conscientia, tantopere terret summa temporis iniquitas. Iudex meus idem est & accusator; iudex dilcelsit, damnatum reum ante causam dictam reliquit & destituit, hæc mea iniquissima est fortuna & temporis iniquitas, cui si seruire velim, me ipsum damnabo, si animo meo obsequar & defendam, accusabo & arguam ipsum iudicem, damnati enim excusatio, iudicis est ac-cusatio. Itaque in difficultatem temporis inextricabilem incidi, vt propè quid dicendum & tacen-dum sit, ipse nesciam. Sed ne me ipse quoque, si tacuero, damnare videar, quomodocumque licet, dicam.

CVM ILLI VTRINQVE.) Vtique legerim cum Acidalio: Possit tamen ferri etiam Modiana scriptura hoc sensu; Cùm illi vtrunque ex accusatione & defensione cognita, seu ab accuatoribus & defensoribus agrata causa.

REX CONIVRATIONIS CAPVT ME CREDIT.) Ego non solum caput non sum aut fui, sed omnino non coniuraui. Status quæstionis est coniecturæ. τὸ ζήτημα μόνον est. Philota coniurasti, quod dilui t inficiatione; non coniuraui. quæstio est an coniurauerit. Non coniurasse, nec conscium fuisse, per ipsos coniuratos docet Philota: Nemo ex coniuratis me participem sceleris nominat, non Dymnus, non Nicomachus, non Ceballinus: quod fecissent, si vel auctor, vel particeps fuisset. Ergo non coniuraui. quod explanatione confirmat.

SED NICOMACHO.) Ita Acidalius non malè sanè.

ME VNUM SVBTRAHEBAT.) Scilicet: ironia est.

CVM SVO SVPLPLICIO CRUCIATVR.) Verè Acidalius *crucietur*, nō, *crucietur*. Noxius dum supplicio suo torquetur, in alieno interim solamen habet & leuamen.

Instat Alexander. Delatum ad te indicium coniurationis tacuisti & oppressisti, ergo vel au-ctor, vel particeps fuisti. Atque hoc est firmamentum accusatoris, & caput accusationis. Resp. tacui, non oppressi, quia delationis auctores contempsi: quod autem tacuerim, & contempserim indici-um, serò me peccasse intellexi, post necem, inquam Dymni, quam præuidere non potui. Itaque ve-niam rogavi, & ab ipso iudice meo rege impetraui: sequitur nobile dilemma aduersus regem. Aut credidisti mihi rex affirmanti, me contempsisse indicium, aut nō credidisti; pepercisti tamen & ve-niam precanti in pertiuisisti, adeoque velut absolutum dimisisti. Itaque sto iudicio tuo, rex, quod vt serues, cupio. te autem vel credidisse, vel pepercisse, habeo pignus dextræ tuæ, & cœnam insequen-tem, ad quam me familiariter adhibuisti. Ab illo tempore nil peccaui amplius; quod peccaram an-tè, ignouisti.

Pa. 77. f. 2. VNDE PARRICIDAE ET PRODITORI TAM ALTA QUIES.) Acidalius *proditor*, non pro-ditori legit. *Parum*, inquit, aut nihil ad rem vox *proditori*. An enim *proditor* Philotas? & ille vero quorum? sui, an sociorum? si ad regem trahis, non prodere cogitabat hunc, sed perdere. Minus ergo, quam pro sceleris grauitate. Quid autem irricor? egregiè hoc etiam emendamus, vnus syllabæ detractione, Vnde & parricidæ & proditor tam alti quies somni? valdè *εὐεργητικῶς*, & ex intimis affectibus natura. Non cadu securitas, & securitas vsque ad somnum, & somnum denique tam profundum, non hæc inquam, cadit in parricidam quidem eum, qui se proditum iam sciat & delatum. Hoc ex sequentibus ita elucefcit, vt qui non videat, non luscum oporteat esse, non luscitiosum, sed planè cæcum, & supra omnia omnino exempla cæcitate. Sed haud scio an non ipse Acidalius hic, si non cæcus, saltem lusciosus. quærit, quorum proditor fuerit Phi-lotas? sui, an sociorum, an regis? non sui, non sociorum fuit, neque regis, inquit, quem perdere non prodere voluit. Non sui, fateor, quis enim se ipsum prodatur? (quamquam Nicomachus seipsum pro-didit. Sed non iururatur, nisi fictè. Epimenes etiam verè) non sociorum, quia negauit se conscium coniurationis fuisse: Non regis, quem perdere volebat: sed commilitonum suorum, & totius exerci-tus, quod membrum omisit Acidalius, perdere enim regem, erat exercitum imperatore destitutum & relictum hostibus prodere. Ita enim supra contra Philotam Amyntas Andromenis F. *Proditor eos esse barbaris, neminem ad coniugem suam, & quæ sequuntur.* Interim haud inficias iuerim, non in-commodè legi posse etiam *proditor*.

lib. 3. c. 14.

cap. 17.

SCELERATI CONDORMIRE NON POSSVNT, AGITANT EOS FVRIAE.) Ostendit ex ipsa nocturna quiete & securitate, quam recta conscientia pariebat, suam innocentiam. Eodem modo

modo Cicero pro Sexto Roscio Amerino docet T. Clælii Tarracinenſis filios de cæde patris de la-
 tos publico iudicio fuiſſe abſolutos, quod aperto oſtuo dormientes in eodem conclauſi reperti eſ-
 ſent. Adſcribam Ciceronis locum & eloquentiæ & priſcæ e uditionis plenum. Non ita multis ante
 annis aiunt T. Clælium quendam Tarracinenſem hominem non obſurum, cum cœnatus cubitum in idem
 cœclauſe cum duobus adoleſcentibus filiis iſſet: inuentum eſſe manẽ iugulatum. Cum neque ſeruus quiſquam
 reperiretur, neque liber, ad quem ea ſuſpicio pertineret, id ætatis autem duo filij propter cubantes ne ſenſiſſe
 quidem ſe dicerent, nomina filiorum de parricidio delata ſunt. quid poterat? ſanè ſuſpicioſum, neutrumne
 ſenſiſſe? aſſum autem eſſe quenquam ſe in id conclauſe committere? eo potiſſimum tempore, cum ibidem eſ-
 ſent duo adoleſcentes filij: qui & ſentire & defendere facile poſſent? erat porro nemo, in quem ea ſuſpicio
 conueniret. tamen cum planum iudicibus eſſet factum, aperto oſtuo dormientes eos repertos eſſe: iudicio ab-
 ſoluti adoleſcentes, & ſuſpicione omni liberati ſunt, nemo enim putabat quenquam eſſe, qui cum omnia di-
 uina atque humana iura ſcelere nefario polluiſſet, ſomnium ſtatim capere potuiſſet: propterea quod qui
 tantum facinus commiſerunt, non modo ſine cura quieſcere: ſed ne ſpirare quidem ſine metu poſſunt. Vide-
 riſne quos nobis poëta tradiderunt patris vlcendiſſe cauſa, ſupplicium de matre ſumpſiſſe: cum præſertim
 deorum immortalium iuſſis atque oraculis id feciſſe dicantur, tamen vt eos agitent furia? neque conſiſſere
 vſquam patiantur? quod ne p̄i quidem ſine ſcelere eſſe potuerunt. Sic ſe res habet, iudices, magnam vim, ma-
 gnâ neceſſitatem, magnam poſidet religionem paternus maternusq; ſanguis, ex quo ſi qua macula con-
 cepta eſt, non modo elui non poteſt, verum vſque eo permanat ad animum: vt ſummus furor, atque amentia
 conſequatur. Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis ſæpenumerò videtis; eos qui aliquid impiè
 ſclerateq; commiſerint, agitari & perterrereri furiarum tadis ardentibus. ſua quemque ſuas & ſuus terror
 maximè vexat: ſuum quemque ſcelus agit, amentiaque afficit, ſua maligna cogitationes conſcientiaque a-
 nimum terrent. hæ ſunt impij aſſidua domeſticaque furia, quæ dies nocteſque parentum pœnas à conſcleratis iſ-
 ſimis filiis repetant.

Idem narrat Val. Max. l. 8. c. 1. Iiſdem furijſ agitatus eſt Alcæon μητροκτόν & de quo Virgil. lib. 8.

— — — — — μάστ' ἀμῆ, Eriphylem
 Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit.

Plura Pauſanias in Arcadicis, Thucydides 2. Higynus fab. 23. alij.

Oreſtis, qui matrem Clytemneſtram interfecit, furias deſcribit Euripides in Oreſte, ex quo pau-
 culos verſus reddo:

ΕΥΡΕΘΕΝ ἄχρῖα συντακείς νόσῳ, νόσῳ
 Τλήμων Ορέστης ὁ δὲ πρῶτον ἐν δαμνίοις
 Κεῖται, τὸ ματρός δ' ἀμείνιν προχλάτῃ
 Μανίασιν ὀνομάζειν γὰρ ἄδ' ἔμαι θεάς
 Εὐμενίδας, αἱ τὸν δ' ἔξαμιλλῶνται φόβῳ.
 Inde tabeſcens ſæuo morbo languet
 Afflictus Oreſtes, cadens in lecto
 Iacet, ſanguis enim maternus exagitat eum
 Furoribus: vereor enim nominare deas
 Emenidas, quæ eum certatim exterrēt.

Cæterum Scholiaſtes græcus Eumenidas tres nominat: Tiſiphonem, Megæram, & Alecto, quas
 furias appellant, quas infra Oreſtes (vbi precatur matrem vt auerruncet, eas Empulas vocat, ἀμα-
 τωπὸς, δὲ ἀκοντ' ἄδεις κόρας, κινὸν πῆδας, γοργώπας, ἐνέρων ἱερῆας, δεινὰς θεὰς puellas cruentas, comas ſerpenti-
 bus implicitas, caninâ ſpecie, toruum tuentes, inferorum ſacrificulas, atroces deas.

Sed omnia exempla impietatis vicit monſtrum illud naturæ

--- Horrendum, informe, ingens, cui culeus vnus,
 Simiaq; & ſerpens, nec triplex ſufficit orcus;

Nero inquam, non ſimplex parricida, de quo hæc Tranquillus, Matrem cum veneno ter tent aſſet, cap. 74.
 ſentiretq; antidotis præmunitam, lacunaria, quæ noctu ſuper dormientem laxata machina deciderent,
 parauit. Hoc conſilio per conſcios parum calato, ſolubilem nauem, cuius vel naufragio, vel camera
 ruina periret, comimentus eſt. Atque ita reconciliatione ſimulata incundiſſimis literis Baias euoca-
 uit ad ſolennia quinquatrum ſimul celebranda. Datq; negotio trierarchis, qui liburnicam, quæ adue-
 ðta eſt, velut fortuito concurſu conſringerent, protaxit conuiuium. Repetentq; Baulos in locum cor-
 rupti nauigij; machinoſum illud obtulit, hilarè proſecutus, atque in digreſſu papillas quoque exoſculatus, reli-
 quum temporis cum magna trepidatione vigilauit, operiens captorum exitum. Sed vt diuerſa omnia, nan-
 doq; euaiſſe eam comperit, inops conſilij, L. Agerinum liberrum eius ſaluam & incolumem cum gaudio nun-
 tiantem, obiecto clam iuxta pugione, vt percussorem ſibi ſubornatum arripi conſtringiq; iuſſit, matremq;
 occidi, quaſi deprehenſum crimen voluntaria morte vit aſſet. Adduntur his atrociora nec incertis authoribus,
 ad viſendum interfectæ cadauer accuriſſe, contrect aſſe membra, alia vituperaiſſe, alia laudaſſe, ſitiq; inte-
 rim oborta bibiſſe. Neque tamen ſcleris conſcientiam, quanquam & militum, & ſenatus, populiq; gratula-
 tion-

tionibus confirmaretur, aut statim, aut vnquam postea ferre potuit, sapè confessus exagitari se materna specie, verberibus furiarum ac radis ardentibus: quin & facto per Magos sacco, euocare manes, & exorare tentauit.

Plura quidem parricidarum exempla in promptu sunt, sed isthæc ad hunc locum illustrandum sufficient.

NON TIMVI, NE PLUS CRVDELITATI ALIENAE APVD TE LICERET, QVAM CLEMENTIAE TVAE.) Crudelitati: opponitur crudelitas & clementia, supra enim dixerat: *Vicit bonitatem tuam, rex, inimicorum meorum acerbitas.* Siciebant nempe sanguinem meum inimici mei Craterus, Cœnus, Hephæstion, Perdicas, Erigyus. Acidalius tamen rescribit *credulitatem*, quod fateor etiam non malè conuenire.

RES A PVERO DEFEREBATUR.) Hæc in Ceballinum indicem dicuntur, cuius auctoritatem ab ætate, à fratris Nicomachi scorti vilitate, à periculo amicorum eleuat.

DYMNVS SE OCCIDIT.) Iam fateor, inquit, indicio fidem accessisse, posteaquam Dymnus particeps coniurationis seipsum occidit. Sed tum, cum ad me indicium à Ceballino defereretur, nondum se occiderat, nec ego hoc futurum, vt se occideret, poteram diuinare, meritò ergo id loci potui & indicem puerum, & indicium contemnere.

SI CONSCIVS DYMNO FVISSEM.) Alio argumento admodum valido & firmo ostendit suam innocentiam Philotas. Demus, me conscium tanti sceleris Dymno fuisse, tum certè ego, proditus illo biduo non debui quiescere, sed Ceballinum indicem cum Nicomacho de medio tollere. Præterea, nonne post proditam coniurationem & delatum indicium, statim antequam ad regem deferretur, rex ipse mihi occidendus fuit, ne ab illo occuparer? An id facere non potui, qui solus ad illum & sapius, & gladius eodem biduo intraui? An, sine Dymno multo humiliore & ignauiore non sum ausus? Dices, ille princeps & auctor coniurationis fuit, tu per illum tanquam per cuniculos egisti, adeoque regnum affectasti. tum certè debui mihi duces belli & principes palatii promissis ac donis conciliare, vt, quod quærebam, assquerer. at nullum corrupti, nullum appellauit, nullum colui: nulla ambitio, nullus ambitus in me vnquam notatus.

SIC IMPERIO, QVOD DEDIGNOR, IMMINEO?) Si inquit patrios mores & patrium sermonem auersor & fastidio, liber sum à suspitione affectari regni, cum illud contemnere videar & fastidire, & cum ipso sermone & moribus auersari.

NATIVVS SERMO COMMERCIO ALIARVM GENTIUM EXOLEVIT.) Sicut Sicula lingua (quod Siculus ipse testatur) commercio Latinorum & Græcorum confusa fuit, ita Macedonica aliorum Græcorum vsu gentiumque consuetudine permixta desijt.

AMYNTAS PERDICCAE F.) Diluitalia ab Alexandro obiecta supra argumenta de Amynta, Attalo, literis. Prouocat deinde ad Iouis Hammonis oraculum testem suæ innocentiae. Postremo versa ad patrem absentem oratione, mouet commiserationem, quod nec fratres, nec patrem possit deprecatores vitæ exhibere, fratres, quod essent extincti; patrem, quod procul abesset, cuius ætatem, sortem, fortunam, statum, quod absens inter reos esset relatus, miseratur, cuius demum exemplo ostendit, meritò ab se contemptum esse indicium, cum Alexander etiam patris indicium contempnisset.

NON RECUSO DEFENDERE.) Paratus sum pro ea culpa satisfacere, si culpa est, amicitiam, extra omnem insidiarum suspitionem, coluisse, nec enim diuinare potui, quæ ille consilia coqueret, aut animo versaret. Acidalius mallet *defendam* reponere, pro *non recuso defendere*. Clarius certè & planius est, *non defendam*, vel *non defendo*.

Pausanias
Cleopatraz
patrum
facit Attalum.

SI FRATREM REGIS) Attalum, fratrem matris nouercæ Cleopatraz, auunculum Alexandri, si rectè loquamur. Sensus est: si fratrem regis Attalum diligi non oportuit, fateor me peccasse diligendo consobrino regis Amynta: si autem Attalus non solum diligendus, sed etiam venerandus fuit propter gradum honoris & propinquitatis, nemo ægè feret, si etiam Amyntas dilectus & cultus fuit.

* Lib. 9.

Attalus * Iustino frater regis ex nouerca fuit: *Alexandrum quoque regni amulum fratrem ex nouerca susceptum timuisse*, & quæ sequuntur. Alijs non frater regis, sed reginæ Cleopatraz fuit, imò (vt Plutarchus & Athenæus notant) auunculus. Itaque haud scio, an non hæc omnia, vsque ad illa verba, *an impiorum amicis insontibus quoque moriendum est*, ad Amyntam solum sint referenda. Vbi ergo, inquit, ad Attalum respondet, Eandem reor vtriusque defensionem fuisse: perinde enim Attali & Amyntæ amicus fuit, non conscius, non socius insidiarum: In eadem caula, eadem aut innocentiae, aut culpæ est defensio. Quanquam non abest suspicio locum esse mendosum, & aliquid desiderari.

QVISE FILIVM IOVIS CREDERET.) Ad illud argumentum respondet, de obiectis literis, quas ad Alexandrum dederat scripseratque, se misereri eorum, *quibus viuendum esset sub eo, qui modum hominis excederet*. Hoc inficiari nec potuit, nec voluit; sed respondet, se deceptum amicitiaz nomi-

nomi-

nomine, quo liberè mouerit regem vt amicum, vt abstineret ab huiusmodi iactatione. Adijcit se scripsisse hoc regi, non de rege; ipsi, non alteri, merito reprehendendum fuisse, si ad alterum hoc de rege scripsisset, sed iure amicitiae defendi, quod tanquam ad amicum & familiarem liberius scriplerit: qua adhortatione non creari inuidiam, sed cauerit, ne rex in illam apud populares incidere. Acidalius alteram vocem scripsisse, pro scribendam putat, ego nihil alieni loci occupare existimo. Pergit Philotas. Et se ex animi sententia ita scripsisse, ita monuisse, testatur ipsum Iouem Ammonè ad quem prouocat. Illa verba Curtij, retinete me in vinculis, dum consulitur Hammon interim, ita restituit aduersus Modij diras Acidalius, *Vulgatam, inquit, lectionem reducturus, deprecor ante diras quas non condignas satis imprecari se posse Modius ait illi, qui princeps eam cudisset. Mitte deuotiones tuas, nisi vis expetere in teipsum. Corrupta tu censeres ista? Retinete me in vinculis, dum consulitur Hammon in arcanum & occultum scelus. Interim qui regem nostrum dignatus est filium, neminem eorum, qui stirpi suae infidiati sunt, latere patietur. Vt censeret quid mouit? Interim particula credo maxime: cuius tamen idem non inelegans vsus & apud alios saepe, & apud Senecam vnum frequentissime. Sciunt, quiqui non duro nimis ingenio aut memoria fluxa: qua mihi tamen ipsi non nunc ita constat, vt exempla in numero habeam, qua alioqui plurima notauit. Nam ista hic ibidem, in arcanum & occultum scelus glossam esse, vel quoquo modo irrepisse temere, nemo, nec Modius quidem ipse crediderit. Nimis honesta locutio, Oraculum confulere in aliquid: qua facile absterere quemuis poterat, ne vim inferret: me certe inuit aut & sic cepit, vt defendam ab alio illatam.*

Denique offert se Philotas etiam ad quaestiones & tormenta, si aliter fidem facere non possit: quibus tamen perpetiendis par non fuit.

SOLENT REI CAPITIS EXHIBERE (Sic cum Acidalio emendo) VOBIS PARENTES.) Exhibere non adhibere, vt vulgo est editum.

tant huius moris exempla apud rerum scriptores non pauca. Cicero pro Sylla paruorum eius filium producit: *Hic, inquit, vos orat, iudices, paruus, vt se aliquando si non integra fortuna, at afflictus patri suo gratulari sinatis, huic misero notiora sunt iudiciorum itinera & fori, quam disciplinarum. Et mox ipse Sylla. Qua erepta sunt, non repetit, quod fortuna in malis reliqui fecit, vt cum parente, cum liberis, cum fratre, cum his necessarijs (en quanta copia supplicum aderat) lugere suam calamitatem liceat, obtestatur. Idem pro Flacco: Praeclara illi haec oratio quidem, si huic, huic misero puero, vestro ac liberorum vestrorum supplici, iudices, hoc iudicio viuendi praecepta dabit, cui si patrem conseruatis, qualis ipse debeat esse ciuis, praescribetis: sin eripitis, ostendetis bonae rationi & constanti, & graui nullum à vobis fructum esse propositum, qui vos, quoniam est id atatis, vt sensum iam percipere possit, ex maiore patrio, auxilium nondum ferre possit, orat ne suum luctum, patri lacrymis, patris maiorem suo fletu angeatis, qui etiam me intueretur, me vultu appellat, meam quodammodo flens fidem implorat, ac repetit eam, quam ego patri suo quondam pro salute patriae sponderim dignitatem. Miseremini familia, iudices, miseremini fortissimi patris, miseremini filij, & quae sequuntur. Et pro Sextio: Reum video hunc praetextatum eius filium oculis lacrymantibus me intuentem Val. Max. ex Liuiio & Cicerone: Cum à Libone Trib. pleb. Ser. Galba pro rostris vehementer increparetur, quod Lusitanorum magnam manum interposita fide praetor in Hispania interemisset, actionisq; tribunitia M. Cato vltima senectutis, oratione sua, qua in Origines retulit, subscriberet: reus pro se iam nihil recusans, paruulos liberos suos, & Galli sanguine sibi coniunctum filium flens commendare cepit: eoq; facto, mitigata concione, qui omnium consensu periturus erat, poene nullum triste suffragium habuit. Misericordia ergo illam quaestionem, non aequitas rexit: quoniam qua innocentia tribui nequerat absolutio, respectu puerorum data est. Consentaneum est, quod sequitur. A Gabinius in maximo infamia sua ardore suffragijs populi, C. Memmio accusatore, subiectus, abrupta esse spei videbatur: quoniam & accusatio partes suas plene exhibebat, & defensionis praesidia inualida fide nitebantur: & qui iudicabant, ira praecipiti, poenam hominis cupide expetebant. Licet igitur & carcer ante oculos obuersabantur: cum interim omnia ista propitia fortune interuentu dispulsa sunt. Filius namque Gabinijs Sisenna consternationis impulsu ad pedes se Memmij supplex prostrauit: inde aliquod fomentum procella petens, vnde totus impetus tempestatis eruperat. Quem truci vultu à se victor insolens repulsum, excusso è manu anulo, humi iacere aliquandiu passus est. Quod spectaculum fecit, vt Lalius tribun. pleb. approbantibus cunctis Gabinium dimitti iuberet: ac documentum daretur, neque secundarum rerum prouentu insolenter abuti, neque aduersis prope quinquam debilitari oportere.*

Coronidis loco addatur etiam quod Lipsius de Eponina Iulij Sabini vxore narrat: *Vespasiani eorum turba aut rebellio in Gallia fuit, & dux partium Iulius Sabinus, cui vxor Eponina, victis Gallis dux ad supplicium querebatur: sed is in speluncam auiam se abdidiit, & famam mortis suae sparsit, quasi veneno sponte eam sumpisset: ac rei fidem, villam, tanquam super se, iussit incendi. Ipsa vxor haec ignorabat, eratq; in multis & maestis lacrymis: soli duo liberti sciebant, qui miserati mulierem, mori certam, & cibium triduum expertem, marito indicant, & suadent amanti subueniri. Factum, & illaresciscit Sabinum suum sic viuere: venitq; ad eum, fidem & silentium coluit, per totos nouem annos, & liberos etiam in spelunca concepit ac peperit, sed charitate obstetricante. Denique res euulgata est, capti sunt, Romam deducti: an non venia donati? laudem & premium merebantur, certe ista. Sed Vespasianus (ab meo animo hic sauis) iussit interfici, quamquam illa prolatis ostensissq; liberis: En Caesar, dixisset, quos ego in monumento peperit atque alui, vt plures supplices haberet. Indignor, non vel dicto huic indulgentiam donatam;*